

stru. & ex his herbis, & dictis supra subtilibus fac cataplasma. res rudis est; non do exemplum. embrocha cum filtro, aut spongijs fit post ex his rebus bullitis in aqua, aut in uino, ut uidebitur. embrocha optima. R. methæ, absinthij romana. M. i. centaureæ, diptami, boli ar. corticum radicis moriana. M. 5. gentianæ, seminum portulacæ. ana. M. i. bulliât in aqua, & modico uini aromatici; si non adest fluxus, aut uomitus. quod, si sit uinum nigrû; & pone plus, aut minus, ut uidebitur decere ex parte dispositionis ægri, quia febricentis, aut non, & huiusmodi, usq; ad consumptionem tertiæ partis. deinde infundatur spongia, aut filtrum, & expressa stomacho calida applicetur reiterando bis, aut ter stomacho ieiuno. deinde locus mundificatus inungatur ex unguento dicto: & hoc fiat bis in die mane, & sero stomacho uacuo. suffumigium fiat ex myrrha, aloë, folijs persici, ex ligno mali granati, & ex alijs, de quibus supra interficientibus longos, & iuxta canonem conuenientius est per superius. habes pulueres multos laudatos, ex quibus factæ sunt pilulæ, confectiones, ut dictum est. ingeniantur itaq; medici, qui eos in tali forma stare non possunt dare hos pulueres in ferculis pueris, & sic de alijs. alius optimus. R. cornu cerui usti, donec albeat, de quo detur à grano. i. usq; ad iij. cum zucc. item rasura unicorni, & sic de alijs similibus, & de stercore muris, ut supra. alius optimus. R. cornu cerui usti, centaureæ, methæ, pulegij, sit ad quãtãtatem mediæ nucis cum lacte, uino, melle, aut aliter. quidam ingeniantur etiam in conferendo balnea; ut. R. palleas filiginis, gramen, lupinos, fac bullire, intret balneum patiens habito prius suppositorio ex melle. & ne te in longum amplius ducam, scito, qd ex iam dictis, & fortioribus interficiendo cucurbitinos ualentibus potes per omnia exemplificare, ut de interficientibus longos actum est. & quoniam hoc leue intellexi superuacuum tantum de eis exemplificare sic feriatim, ut de longis actum est, sufficit enim aliqua rememorare ex magis commendatis. dicitur, quod succus enulæ recentis est mirabilis, & sui expertus. semen apij est forte interficiens omnem uermem. Auic. & sumatur cum syru. acetoso, aut cum lacte, succus foliorum persici, decoctio radicis arboris granati. coriandrum bibitum cum rob, aut confectum continuatum tribus diebus, item sumach dissolutum in aqua est mirabile. & nota, quod ista, quæ sic sunt gustu fastidiosa, non semper dari possunt pueris; sed aliquando ipsi potarent uenenum, & omnia, & eo tempore dari poterunt: in qua datione laboret presentia medici. semine portulacæ mirabile est; cum multum sumitur, & consimiliter de alijs supra positis datis, aut in forma electarij, aut cõfectionis, aut aliter, ut supra de medicinis longorum actum est.

VENIO ad tertium principale, quod est interfectos expellere. propter quod nota, quod medicinarum uermes expellentium quædam dicuntur tales, quia sunt disponentes eos ad expulsionem, non quia sui uirtute eos expellant. sed quia eos mouent, & ipsi mouentur ad locum expulsionis eorum. unde à natura postmodum faciliter expelluntur ad extra; ut sunt dulcia, & unctiosa per inferius immissa, siue fuerint enemata, siue suppositoria. quædam dicuntur complentes expulsionem; quia sua uirtute expellunt; cuiusmodi sunt medicinæ solutiue appropriatæ, inter quos aloë prærogatiuam habet. exemplum de primis lac, mel, brodiu pulli, aqua mellis, zuccharum, & huiusmodi: nam hæc aut per clyster imponuntur, aut fit suppositorium, aut anus ex eis inungitur. item fit suppositorium ex penidijs saltem infantibus. & modus administrandi est, ut prius per horam, uel circa interficientia per superius administrantur per intus, si fieri potest, aut per extra. deinde supponat aut clyster ex brodio, & zuccha. absq; sale, tempore calido, existente febre. aut ex brodio, & melle tempore frigido, aut non existente febre. aut suppositorium ex melle, & penidijs. item inungatur anus ex melle, & suppositoria ex melle facta teta diu & reiterata bis, uel ter in die, longa, & stricta sunt uehementis iuuamenti. & hic modus est securus & efficax. exemplum de complentibus educationem ipsorum sua uirtute: & harum quædam simplices quædam compositæ. simplices sunt aloë primò, qui prærogatiuam inter ceteras habet; interficit etiam sua amaritudine, & sua uirtute solutiua, quia

E phlegma putridum & corruptum soluit, eos, eorumq; materiam educit. colloquintida, quæ habetur mirabilis in hoc, ireos, quia succus eius recens, centaurea, quia succus eius, carthamus, absinthium, rhabarbarum, agaricus, item breuiter euphorbium, & omnes laboriosè soluentes: & tu elige ex compositis sunt hiera simplex, & composita, item pilulæ de absinthio, item pilulæ communes dictæ de aloë, croco, & myrrha. Auic. & sunt meo iudicio efficaces. quod si additur bolus ar. adhuc melius, non existente difficultate anhelitus. Item. R. succi aphodillorum, succi absinthij, sandonici, sisimbrij, fabæ, lupini. ana. decoquantur ad spissitudinem aliqualem, deinde addatur aloë ad pondus omnium, fac pilulas, ex eis da ab una usq; ad quinq; secundum ætatē miraberis effectum. item. R. cornu cerui usti, centaureæ, menthæ, pulegij, sisimbrij, absinthij, sandonici, lupinorum amarorum. ana. 3. i. 5. aloes ad pondus omnium fac pilulas. da ut supra uel absq; aloë, da puluerem cum lacte, uino, uel aliter, ut poteris. & quia dictum est de clysteri, scito, quod etiam in hoc casu sunt clysteria fortia eductiua. unde accipiuntur medicinæ ad eos, & sunt decoctiones, quibus additur pulpa colloquintidæ, aut turbith, aut succus cucumeris asinini, aut aloë, aut aliquod tale, ut supra uidebitur expedire. item fit cum aquis falsis, baurach, & huiusmodi, in quibus etiam, cum fuerit fe. ponuntur cortices radicem mori, & cortices granatorum, & huiusmodi infrigidantia. sed hic aduerte, cum talia acuta imponuntur, siue sint clysteria, siue suppositoria, quod anus debet custodiri, ne accidat tenesmus, aut excoriatio: & hoc cum supposito rijs, & lotionibus prohibentibus, de quibus supra de cura tenesmi. postremò pro complemento rei oportet, quod quicquam dicatur de paruis, quorum cura facilis est respectu curæ præcedentis. unde nota, quod, cum parui sint propinqui exitui, & quod faciliter possunt medicamina sibi approximari, nihil in cura eorum melius, quàm suppositoria, & clysteria, ex quibus descriptis satisfactum, puto, tibi erit. clystere ad eos. R. centaureæ, carthami, hyssopi. ana. decoque. in eius decoctione addas de colloquintida, aut turbith, ut placet. & consimiliter fac ex alijs rebus interficientibus uermes indifferenter, & addas oleum, aloem, cucumeris asinini, & huiusmodi de solutiuis. item ualet aqua salita clysterizata sola, in qua imbibita sunt folia persici, aut medullæ ossium eius, & aduerte, si adest feb. quia oportet te cum calidis ministrare frigida, ut cortices granatorum, aut radices mori, & huiusmodi. & oleum, quo uti debes, est oleum omphacinum, de absinthio; si caliditas intensa non obstat. item ualet, si in enematis ponatur hiera, & est propria medicina. item ex suppositorijs fac suppositorium ex melle cum puluere hierapigræ, aut cum aloë solo aut cum colloquintida, aut aliquo tali. & considera caliditatem, & ne anus lædatur, ut supra. item capias suppositorium ex radice recenti factum, & aspergas cum aloë, & inunge cum oleo de absinthio. item fac suppositorium ex lardone recenti, aut falso, & sit longum, & in eius extremitate ligetur cum filo, deinde imponatur, & teneat patiens per duas horas, uel circa. deinde extrahatur, & inuenies eum plenum uermibus paruis, sic quàm frequenter, & iterum extrahentur. & hoc modo curabitur, si deus uoluerit. faciunt ad eorum curam suffumigia ex rebus interficientibus, ut ex myrrha, aloë, ex sticados marino, & huiusmodi fit eorum mortificatio, & euacuatio à multis uermibus, & incantationibus, de quibus nil ad præsens; ne uidear transgredi limites artis. sed de his plus, quàm satis in eo tractatu, quæ superioribus annis de uermibus deo cõcedete cõposui.

ACCEDENS ad quartum principale dico, quod accidentia consueta euenire sunt feb. angustia, syncopis, epilepsia, & huiusmodi, de quibus in de signis, de quibus tantum dicat, quod ne idem pluries replicetur, & ne capitulum ponatur in ea. debes recurrere supra, uel infra ad ea scilicet loca, in quibus de eorum cura determinatur. hic tamen uerbi gratia, tantum dicatur, quod existente fe. debes uti frigidis, & propriè ut est semen portulacæ, coriandrum, atriplex, & huiusmodi ad intra. ad extra uerò, ut est uermicularis: ad intus & ad extra, ut est acerû, si non sit, quod obster. calidis autem nõ nisi moderatè. item, ut supra, si adest fluxus

fluxus, sollicitus cibo, ut dictum est ne cadat, & uirtus, & appetitus. item ne ipsi carentes nutrimento mala inferant accidit. & epithema cordiale uehementer laudo factum ex rebus cordialibus frigidis, aut calidis, ut exigit dispositio, in quibus debes semper moderare, quæ si esse possunt, sint aut interfectiua, aut cum interfectiuis mixta; ut uerbi gratia. R. macis, florum buglossæ, ros. ana. M. s. coriandri, boli ar. terræ sigillatæ. ana. 3. i. lignis aloes. 3. s. absinthii. 3. i. corallorum rub. 3. s. zedoariæ. 3. i. ossis de corde cerui. 3. s. diptami. 3. s. fiat sacculus. aut ex aquis buglossæ, ro. endiuivæ cū hoc puluere fac epithema humidum, ut libet. q̄ calidius, aut frigidius facito, ut ipsa exigit dispositio.

ET, QVIA etiam molestantur medici in præseruando non tantum in curando pueros à uermibus; hic sic raptim scito, q̄ in eorū præseruatione debent primò cauere ab his quæ uermes multiplicant, ac generant, ut supra. secundò debent uti interdum quibusdam rebus magis gustui gratis, & interficientibus eos præsertim temporibus suspectis; & sunt autumnus, & uer. & talia non sic continent; ne fiant nimis cõsuetà familiaria a quibus deinde uermis nõ patitur, sed modò utatur una, modò alia interponedo tempus s̄m, q̄ uidebitur prudentiæ tuæ: nam, uerbi gratia, aliquibus diebus utatur sandonico in tortellis, & cum uino; quia pueri omnes libenter comedunt unum tortellum sic comedendo alternatis diebus tempore suspecto. deinde comedat tortellum ex ruta, & marrubio factum, & si potest ex absinthio. ite sca loniis, sine bulbo, item allio, porro, & huiusmodi. ualet etiã usus nucis, ut supra. similiter interdum dentur ex pilulis aloes una, uel duæ, & ex aliis non continuando, sed mutado; ne ex nimio usu res efficiatur domestica. item, si uis, ordina puluerem ex datis, uel elec. uel confectionem, item & unguentum, & unguenta ex interficientibus facta, de quibus supra. quidam dant semen sanctum, siue sementinam, & tempore præseruationis, & tempore curationis: & certè non sine causa, quare est dictum semen sanctum; nam ex ea uniuersaliter sunt mirabiles experientie, & ego etiam utor dando à 3. usq; ad 3. secundum ætatem cum melle, aut uino habiliter fieri potest. & multi tenent, quòd sit resolutiuum, uermium eductiuum. & quidam uehementer collaudant tormentillam, quam usque modo non inueni in libris authorum ex quibus apparet, quòd malè operantur, qui uino, & eodem, aut pluribus, & eisdem medicaminibus utuntur in præseruando pueros à uermibus, administrando semper idem unguentum, easdem pilulas, eundem puluerem, & huiusmodi. & in hoc terminetur capitulum decimum sextum de quo laus deo infinita.

D V B I A.

D V B I T A T V R circa capitulum primò, an fluxus uentris curet apostema pectoris, quia pleuritis, & hmoi. arguitur, q̄ sic, illud, quod uniuersales materiales curat ægritudines, etiam apostema curabit pectoris; huiusmodi autem est fluxus uentris; cum sit euacuatio naturæ magis dilecta, & consueta, & per ipsam liberius educatur corporis superfluitates; ut capitis, oculorum, aurium, & huiusmodi. In oppositum Hippo. xvi. aphor. vi. sectionis. A morbo laterali, uel pulmonia habito, alui profluuium adueniens, malum. & ideo dixit Mes. in pleuresi largitas plurima mala. & Viaticus, multum uitanda est in hoc morbo, mollities naturæ; nisi uehementer fuerit necessaria; nam hunc morbum solet sequi uentris solutio. & licet de hac materia actam sit supra 15. cap. nihilominus, quia utilis ualdè, saltem in actu prognostico, & curatiuo; etiam tantum de ea dicetur præmittendo hanc distinctionem: quoniam talis fluxus aut est in princ. aut est in fine. si est in principio; ponitur conclusio q̄ talis fluxus in principio factus est bonus. patet conclusio p̄ Aui. 10. tertii de signis bonis. Diuersitas, & fluxus uentris in principio est bonum signum. secunda conclusio, q̄ apperente fluxu in fine, qui est ex materia apostematis ipsa existente multa, prauus est, & malus. patet conclusio; quia significat, quòd natura non poterit dominari materiæ, & quia modo spargitur, seu euacuatur per loca propinqua cordi, & loca mobilia; unde praua causabuntur symptomata mor-

A tem minantia. tertia conclusio, quòd materia existente pauca poterit terminari ad bonum; natura tunc dominante cū forti naturæ nihil resistat. quarta conclusio, quòd talis fluxus etiam apperens in fine propter compassionem hepatis, & uentris, & spiritalium est malus; nã talis fit stimulata natura & operante symptomaticè: & hanc conclusionem uoluit Hip. in alleg. aph. & si arguitur contra primam conclusionem, quia omnis euacuatio sic in princ. à natura facta mala, patebit ex consequenti dubio, quid respondendum.

D V B I T A T V R, an fluxus in principio morbi factus sit cohibendus. q̄ sic; quia nullus talis est secundum cursum naturæ, ut secundo aph. com. 22. quòd autem non sit constringendus arg. quia quod mouet humores aut sua quantitate suffocantes, aut qualitate sua inflammantes, non oportet cõpescere; illud autem est fluxus in principio: ergo. pro isto dicendum præmittendo, q̄ talis fluxus est aliquis morbus, aliquis accidens. prima conclusio, quòd fluxus in principio apperens, & morbus non est cõpescendus, ubi non superfluerit. hanc conclusionem uoluerunt authores assimilantes eum fluxui critico: q̄ nullo modo compescendus est, nisi superfluerit. unde Dam. in aphorismis. Siquis per multum temporis, neque uomitum, neq; solutionem uentris habuit, & ei subito eueniet; uidendum, ne restringere festines; quia huic corpus prauis purgatur humoribus. secunda conclusio q̄ fluxus talis existens, ut accidens, & cibalis; quia per uia indigestionis proueniens est; cum temperatis stypticis in principio cohibendus, ut sunt absinthium, mastix, citronia, & huiusmodi. & est Gal. primo therap. cõsimiliter si fuerit cerebralis à meseraica, & huiusmodi proueniens cum suis appropriatis stypticis. tertia conclusio, q̄ talis fluxus humoralis de multa materia à qualitate intensa, aut utrisq; uirtute existente forti est sic in principio blandiendus, & non uiolenter constringendus; immo, ne mortem inferat materia deportata ad aliquod principium; debet fieri leuis euacuatio. & hoc forte uoluit Aui. 16. tertii, cum dixit. Fluxu fluxu curari ca. de cura eius. & in hoc cõsidera benè auctoritates eius adductas supra de cura fluxus intestinalis. quarta conclusio, q̄ uirtute existente debili talis fluxus est blandiendus compescendus; cum cautela tamen, & paulatim. unde sis sollicitus circa uirtutem primò; quoniam quæ primò est contemplanda, ut fortificetur, ut paulatim constringatur. & sic patet, quid dicendum ad dubium. sed propter primum argumentum, quia est accidens, contra est dicendum; licet natura ex se expectaret digestionem, quo tempore melius, & cõmodius euacuaret, nihilominus stimulata aut quantitate, aut qualitate, materia etiam existente pauca, facit in principio euacuationem, ad quam maius sequitur iuuamentum nocumento.

D V B I T A T V R, an dysenteria facta à sanguine sit deterioris curationis facta à cholera. quòd sic, arguitur; quia morbus non proportionalis est deterioris curæ, q̄ morbus proportionalis; sed minus proportionalis est dysenteria sanguinis, q̄ cholera; quoniam dysenteria est excoarctatio intestinorum, quæ à sanguine in inime debet contingere; cum sit temperatè calidus, & humidus: ergo à cholera. patet consequentia cum toto antecedente. in oppositum Auic. 2. prognostic. nam materiæ sanguinæ, & phlegmaticæ sunt minoris malitiæ, quàm cholericæ citrinæ, & cholera nigra. quæ ergo tales morbos inducunt facilius sunt curæ. respondetur breuiter, ut pro parte tactum est supra de dysenteria, quòd deterioris curæ est illa, quæ est ex materia melancholica genita per adustionem, quæ materia uocari consuevit melancholia de qua Hippocrates. xxiii. aphorif. iiii. sectionis. Difficultas intestinorum, si ab atra bile inceperit; lætalis est, qui aphor. debet intelligi, quando intantum processit, ut ulceratum sit intestinum ulcere canceroso. sed hic nota, quòd talis materia est illa, quæ ebullit super terram, & ampullas facit, à qua fugiunt muscæ, quæ diuiditur in partem grossam, & subtilem; nam quæ est proueniens à parte subtili sic adusta; citius recipit curam in principio si benè, & rectè medicabitur, sed est magis perniciofa: quæ uerò est à parte grossa econtra. & ideo benè considera; nã est ex consimili materia, ex qua fit cancer. quomodo autem faciliter curetur cancer exterius, cui possunt medicami-

na applicari, ut cupit medicus, considera. & proxima huic est illa, in qua frustra intestinorum emittuntur; ut uidi in quodam puero. dicatur secundo principaliter, quod post hanc deterius curæ est, quæ ex cholera rub. per adustionem in melancholiam conuersa. & quarto loco deterior, quæ est ex phlegmate falso. quinto uerò loco, quæ est corruptione humoris melancholici, de quo. xliij. apho. vi. sectionis. Qui cunque lienosi difficultate intestinorum capiuntur. ut infra in aph. & in hac semper sanitas quandoque speratur, & est illa, quæ non ebullit, & quidam iactant se curasse dysenteriam à felle nigro, & falsificasse aphorismū. & faciliter fuerunt decepti non distinguentes inter humorem melancholicum: considera. sexto loco ponitur ea, quæ est ex phlegmate uisoso multum adherente; ut est phlegma uitreum, cum & si non mordicat ex se; tamen ex sua uisositate secum trahit, cum expellitur superficiem intestini. & sic excoriat. materiam itaq; inde transeuntes postea mordicant. septimo loco ponitur, quæ est ex sanguine, & licet à sanguine manente in propria forma, ut puto, non fiat dysenteria hepatica; cum, tamē uena in intestino scinditur; subito causatur uirulentia, ut in exterioribus est uidentium. octauo loco est, quæ ex apertura apostematis, quæ est leuioris, aut grauioris curæ secundum materiam quātitatem, & eius maiorem, aut minorem malitiam. nono loco, quæ est ex grossis fœcibus fit quandoque ex assumptione uenenorum: & ista pessima propter etiam ipsorum uenenorum malitiam. sed quid dicendum ad Auicem. qui ponit deteriorem esse, quæ est per adustionem cholerae amaræ, quàm nigrae; idem Halyab. pro isto dicendum, quod ratione citæ impressiois deterior, quæ ex cholera adusta; sed ratione eradicationis, quæ est ex melancholia adusta; sed tamē stabit argumentum ratione materiam nocuenti absolute, sed tamē considera. uel dic, quod comparatur cholera adusta ad melancholiam adustam, & illa est deterior, ut dictum est. ad argumentū ante oppositū dicendum, quod ille aphorif. habet uerum in ægritudine complexionali; non autem in compositionali, qualis est ista considera.

D V B I T A T V R, an in dysenteria hepatica competant styptica. q. sic per Viaticum & Halyab. 7. pract. & per alios medicinae authores dantes trochiscos de charabe cum roboratorum, aqua berberis, & huiusmodi styptica in gradu etiam stypticis eleuata. in oppositum est Auicē. 16. tertii, ut supra de ea, & causa dicta est. & nota dictum Concil. differentia. 220. hæc passio incipit interdum sine feb. tempore procedente corrupto sanguine; licet parua superuenit se. quam medici ualde contemnunt in experti, ita ut totaliter uideatur eis quandoque laborans absque fe. & alibi plures decipiuntur in huius passionis curatione. respondeatur, quod quandoq; accidit dysenteria hepatica improprie; tamen sic dicta ex sanguine, repletionem totius: & hæc est facilis curæ, quæ sic consistit in his canonibus. primus alleuatio eorum, quæ sanguinem multiplicat, & contrariorū introductio. secundus euacuatio sanguinis per diuersam regionem. tertius administratio leuiter stypticatium quibus hepar confortetur, & ipsa materia intus non claudetur, seu compescetur. dicendum. 2. quod in dysenteria hepatica, quæ contingit propter debilitatem attractiua hepatis, unde nō attrahit chylum, competunt calida parumper styptica; nam propter caliditatem confortatur attractiua, & propter stypticitatem confortatur hepatis robur: hepar enim, & stomachus membra pro toto laborantia semper stypticis egēt ut eorum robur custodiatur. dicendum. 3. quod ubi talis cōtingeret ex materia grossa oppilante meseraicas, & hepar nullo modo competere styptica, & causa ex se ipsa nota est. & hoc est, quod uoluit Auic. 16. tertii de cura eius, quādo inquit. Illud, quod cadit de errore in hoc ca. est, ut datur illi, qui habet fluxum hepaticum, oppilatium, medicinae constipatiuæ in oppilationem, addentes ipsam confortantes, ut stringant materiam: & id ad errorē perducit maximum. dicendum. 4. quod ubi hæc acciderit ex malitia complexiōis calidæ hepatis, ita ut eueniat sanguis subtilis loturæ carnis similis, qui tādē in fœcem solet æruginosam cōuertere; tunc opus est frigidis cōtemperatis complexionem calidam hepatis remittentibus, & stypticis cōmensuratis;

E ut hepar uigoretur, & sanguis subtilis ingrossatus: nō. n. debent esse adeo stypticata, ut quod retentum est, prohibeatur descēdere, nam, ut dictum est, corruptum excoriatione inducet: & talia sunt lactuca, endiuia, & terra sigill. & huiusmodi, ut supra de cura eius, quam authores ita succinctè scripserunt, quia parum cōfisi sunt de eius salute in Cōciliatore allegata differentia. quicquid dicere possumus de breui cura posita ab Aui. de feb. pestilentiali.

D V B I T A T V R, utrum in colica competant narcotica. quod non, arguitur; quia hoc maximè deberet fieri in principio; cum uirtus sit robusta, & in peracutis passionibus eadem diei hora secundum ueterem sit medicandum, in oppositum ea, quæ dicta sunt de cura eius, & cōitas medicantium, nota, quod narcoticū; quia doloris sedatiuum: & hoc quandoque eleuatur ad tertium gradum, quandoque ad quartum, & quoddam simplex, & quoddam compositum. exemplum primi, mandragora, opium, faba inuersa, solatrū maius, & huiusmodi. exemplum secundi, theriaca noua usque ad. vi. menses, philonium, requies, aurea alexandrina ru. troc. Nic. optimum est illud Auic. uigilia superflua croco, opio, & casia lignea equaliter: & tu ibi. & nosce, quod simplicia sunt continuè deteriora; quoniam in compositis ponuntur correctiua nocuentorum: nam primò sunt mortificatiua, congelatiua, propter quod castoreum, crocus, piper commiscetur cum eis tanquam theriaca. secundò destruant uirtutem, & spiritum. propter quod commiscetur spica, ozimum, zedoaria, etiam huiusmodi cordialia, & stomachica. & de his, & pro his recurre ad ea, quæ scripta sunt de eis, & de fluxu intestinali. & ueniens ad solutionem dubii scito, quod omnis modus curationis sumitur aut à re naturali, aut nō naturali, aut præter naturā. à re naturali; quia à uirtute, aut à noxiis; ut quia fortis, aut debilis, aut mediocris; à re præter naturam; quia à causa, morbo, & accidente. causa; quia quandoque est calida, quandoque frigida. ab accidente; quia est quandoque perniciosum destruens uirtutem, quandoque debile, quandoque medium inter hæc. & consimiliter de morbo dicendum. à re non naturali; quia mediocris istarum mediocriter iudicandum. prima cōclusio, quod uirtute existente forti, causa existente frigida, & dolore remisso super narcoticum non est præsumendum; sed cum anodinis procedendum. propter quod nota, quod anodina reperiuntur in triplici differentia; anodina dico idest remouentia dolorem; nam alia mitigant dolorem; quia eius causam euacuant; ut solutiua, resolutiua quædam; quia malam remouent complexionem, seu alterant, qualia sunt quæ in primo gradu calida; ut chamæmilla, & huiusmodi commensurate calida complexionem humanam consimilia. nam secundum Hebengus, sed complexio humani est calida in primo, hæc enim dicuntur demulgentia spiritus, & ipsos inebriantia. quædam, quæ sensum à membro remouent, ut narcotica dicta. secunda conclusio, uirtute existente debili causa calida, dolore forti, tūc præsumendum est super narcotica. tertia conclusio, in mediis mediocriter est agendum. quarta conclusio, quæ materia existente frigida grossa, ut est phlegma uitreum; aut ubi sit uentositas grossa, non est administrandum narcoticum, nisi cum magna cautela, & dolore multum infestante. quæ cōclusio est authorum. sed nota, quæ qñ administras narcoticū; debes alia hora dare euacuatium causæ; nā ex hoc fortasse prohibeatur narcoticorum in posterum exhibitio. quod fieri debet, ut supra, cum tpe, mensura, & cautela, ita quæ iuuamentum præferatur nocumento, quod omnino intendit curans: nā difficillimū est inuenire aliquod auxiliiorum, quod nihil nocēs conferat undecimo de ingenio postremò nota, quæ in cholica uentosa sunt narcotica multum euitanda; nam spiritum, & calorem ingrossant, & membra condensant, ne possit fieri resolutio. ad argumentū ante oppositum dicendum, quæ cum in princ. corpus sit repletum, & uirtus sit fortis; speratur de mitigatione doloris, aut euacuantia aut aliter. & ideo non fit.

D V B I T A T V R de philonio, an sit calidum. & an. qd sit calidum per ea, quæ ingrediuntur eius compositionem; nā calida obtinent supra frigida; ut patet discurrenti. item quia resoluit uentositatem matricis. Serap. quod sit frigidum arg. quia stupefactiuum. pro his, & similibus dicendum, quod,

quòd, licet medicina calida excedant frigidæ; tamè, quia frigidæ in tali còposito ponuntur in multa quãtitate; hinc natura utitur eis principaliter: & sic per philoniũ infrigidat, calidis autem utitur accessoriè positis in emendatione nocumètorum opii, & iusquiami. his etiã vtendo, & accessoriè satis uentositatis resoluit. quòd autem natura utatur frigidis, & calidis ingredientibus unum còpositum per frigiditas infrigidando, per calidas calefaciendo; habetur prima quarti de cura hemitritæi, vbi dicit naturam; ut piper contra phlegma; & ptisana contra cholera in ea facta cum pipere, & quinto can. primo ca. ex quibus concluditur ipsum frigidum, ad argumentum dicitur calida non obtinere uigorem; licet in massa obtineant supra frigida.

DUBITATVR, an ileos causatus ex stranguria curetur ex febre superueniente, arguitur, quòd non per Gal. attestante. xlvii. aphor. vi. sectionis per totum commentũ: & tu ibi. ad oppositum est aphor. prædictus, cuius series. Quibus ex stillicidio urinæ ileos superuenerit, in septem diebus pereunt; nisi febre superueniente, satis urina fluxerit. pro dubio sciendum Gal. uidetur negare ex stranguria ileos causari posse; ut allega. com. 2. quòd feb. superueniens possit eum euacuare, uide enim commentum. pro isto dicendum ileon ex stranguria generari posse; nam uestica existente plena natura aliquando non potens tantam materiam euacuare per virgam tentat eam expellere ad membrum ignobilius: inde aliquando eam expellit ad intestina, tanquam ad ignobiliora. & quoniã ueretur, ne, si ad grossum, & rectum mittat urinam; inde fiat compressio, & dolor amplior in uestica; in gracilibus eam retinet. quare in de causatur ileos. & hæc in summa uidetur causa ex Cõcil. sumpta. 203. differentia. & pro responsione ad dubium ponitur conclusio, quòd feb. superueniens eam curat, uel curare potest. patet conclusio; quoniam omnis cura fit suo contrario; ileos autem sic causatur ex materia existente frigida & humida: ergo. nam febris talem materiam potest calefacere, subtiliare, & in motu ponetur ita, ut euacuabitur aut per urinam, aut per secessum, quo facto sequitur cura: ergo &c.

DUBITATVR de uermibus, an in colon, & monoculo tantum generentur. & uidetur, q̄ sic per tex. Aui. in quentis. 16. tertij trac. 5. 2. cap. & fortasse non generantur, nisi in colon, & monoculo, deinde sparguntur de latere ad stomachum, & ex latere ad anum. ad oppositum sunt, quæ de ipsis scripta sunt supra. pro illo dicendum, ut supra, quòd in omni intestino generari possunt. patet conclusio; quia ubi cūque possunt currere causæ productiuæ alicuius effectus, ibi potest & effectus produci; sed in intestinis omnibus pos sunt hæc causæ perducit, uel esse; ergo. ex isto potest inferri, quòd etiam in stomacho, quòd raro auditum est ab authoribus scriptum: item & in aure, item & in cerebro, & sic de alijs. quòd correlarium uidetur superficietenus contra Arist. 4. meteor. inquit. Animal non fit in ipsa digestionem, sicut quidam aiũt; sed in aggregatione putrefacti, & in inferiori segregatum. Et propter hæc, & similia aduerte, q̄ in stomacho corporis sani rarissimè, uel nõquam generantur uermes: & hoc uoluerũt authores asserentes in stomacho non posse generari; quia fm plurimum in corpore. secundò quòd in corporibus ægris, uel ægrotatiuis potest: patet per rationem adductam. & ideò non inuenies scripta signa, quibus cognoscuntur hi, qui in stomacho generantur. ad authoritatem Aui. dicendum, quòd per illam nihil aliud uoluit, quam quòd ualde pauci generantur nisi in monoculo, & colon; aliter quia dixit Fortasse. & si bene es memor eorum, quæ posita sunt de causis eorum; habes consequenter concedere hæc correlaria sequi. primum, q̄ uermes magis generantur in ætate infantia, & pueritia. secundum, quòd post biennium magis; nam, si ante adesset; materia proportionaliter calor naturalis, qui est agens, est magis hebetatus, & post biennium incipit dissolui ab humiditatibus, quare &c. ex isto sequitur, quòd in nouiter natis non generantur propter nimiam caloris hebetationem, ut tertia Aph. com. 26. infertur quartò ipsos plus in senectute, quàm in iuuentute, & minus, quàm in pueritia multiplicari. postremò probabiliter teneri potest, quòd minus in ætate iuuetutis mul-

A tiplicantur; quia eo tempore multiplicatur magis cholera. item exercitia optima resoluentia superfluitates. item est digestio optima. dixi probabiliter; quia hæc conclusio habet aduersantes rationes, quas omitto pro nunc: nã in tractatu meo magno de uermibus multũ me super his ampliaui. & hæc de uermibus.

A P H O R I S M I.

De fluxu.

Ex. ii. Sect. xiiii. aphor.

In profluuiis alui mutationes excrementorum iuuant; nisi ad mala mutatio fiat.

Ex. iiii. Sect. xxi. aphor.

Deiectiones nigræ; qualis est sanguis niger, spontè uenientes, siue cum febre, siue sine febre, pessimæ, & quanto colores magis prauis fuerint plures, peius; cum medicamento uerò melius; & quanto colores plures, non prauis.

xxii. aphor.

B Morbis quibuslibet incipientibus si atra bilis, uel supra, uel infra exierit; letale.

xxiii. aphor.

Quibuscũq; ex morbis acutis, aut diuturnis, uel ex uulneribus, siue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, siue uti sanguis niger desubter exierit, postridie moriuntur.

xxiiii. aphor.

Difficultas intestinorũ, si ab atra bile iceperit; letalis est.

xxv. aphor.

A difficultate intestinorum habito, si ueluti carunculae exeant; letale est.

xxviii. aphor.

Quibus biliosæ deiectiones, superueniente surditate, cessant; & quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus, cessant.

Ex. v. Sect. xxxiiii. aphor.

Mulieri in utero gerenti si aluus plurimum profluat; periculum est, ne abortiat.

Ex. vi. Sect. i. aphor.

C In longis leuitatibus intestinorum, si ructus acidus fiat, qui prius non erat; signum bonum.

iii. aphor.

In longis difficultatibus intestinorum, inedia ex fastidio malum, & cum febre peius.

xxxii. aphor.

Balbi ab alui profluuiio maximè capiuntur.

xl. aphor.

Quicunq; lienosi difficultate intestinorum capiuntur, his superueniente longa difficultate intestinorum, aqua intercus, aut leuitas intestinorum aduenit, & moriuntur.

xlvi. aphor.

Lienosis difficultas intestinorum superueniens bonum.

Ex. vii. Sect. v. aphor.

A furore difficultas intestinorum, uel aqua intercus, uel mentis alienatio bonum.

vi. aphor.

In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones syncere malum.

xxii. aphor.

D A deiectione sincera difficultas intestinorum.

xxvii. aphor.

Mulieri utero gerenti, si tensio supuenerit; facit abortum.

xxix. aphor.

Qui alba pituita detinetur, si fortis uentris fluxus superuenerit; a morbo liberabitur.

xxx. aphor.

Quibus in alui profluuii excrementa spumosa sunt, ijs ex capite pituita defluit.

De doloribus intestinorum.

Ex. iiii. Sect. xi. aphor.

Quibus tormina, & circa umbilicum labores, & lumborum dolor, qui neq; a medicamento, neq; aliter soluitur, in hydropem siccam firmatur.

lxvi. aphor.

In acutis febribus conuulsiones, & circa uiscera dolo-

aliis ep̄i colo dei-pochorifi a biliosa deiectione cū hic tantum de biliosis deiectionibus Hippocrates intelligat, quæ leuionem nõ inepte secutus est, & anti-quus itez-pres.

res fortes malum.

Ex.vi.Sect.v.aphor.

Dolores, qui sunt in lateribus, & pectoribus, atque aliis partibus, si multum differant, perdiscendum.

vii.aphor.

Dolores * uentris sublimes leuiores; qui uero non sublimes fortiores.

De Ileo.

Ex.vi.Sect.xliiii.aphor.

Quibus ex stillicidio urinae ileos superuenerit, in septē diebus pereūt; nisi febre superueniente satis urina fluxerit.

Ex.vii.Sect.x.aphor.

Ab ileo uomitus, singultus, desipientia, uel conuulsio, malum.

ARGUMENTVM. IN CAP. XVII.

ANI dispositiones nouem describuntur; quae sunt haemorrhoides, earumque tumor, siue inflatio, et cura, fluxus, apostemata ani, rhagadia, mollificatio, egressio, pruritus, & fistula. haemorrhoides autem est augmentum quoddam, quod in ore nascitur uenarum, quae in ano sunt. causa est uel humor, uel sanguis melancholicus. uerum tumoris causa est aut mala complexio sicca costringens sanguinem, aut frigida condensans, aut cutis inspissatio, aut sanguinis, siue humoris grossi, uel melancholici crassitudo, aut faeces spissae, & crassae fluxus uero haemorrhoidalis est aut natura ipsa crassa faciens, aut mala subtilitas sanguinis, aut eius nimia quantitas, aut uenarum relaxatio, seu uirtutis contentiuae ipsarum debilitas. apostematum quidem ani quaedam calida sunt, & quaedam frigida: sed rhagadiarum causa est ut plurimum materia acuta salsa, siue corrosiua eaq; sunt fistulae, siue ulcerationes, siue exiccationes in circuitu ani cum dolore secundum longitudinem euenientes. mollificatio ani est eius paralysis, qua egestiones inuoluntarie egrediuntur: idque fit ferè semper ob malam complexionem frigidam, & humidam in lacertis ani imbibitam. sed egressio ani non est aliud, quam eius exitus ad exteriora: causa est uel mollificatio, uel apostema, casus, percussio, spōdilis dislocatio, & similia. uerū pruritus eius causa est uermis, uel, ulcus sordidū, uel humor cholericus salsus uel adustus. fistula demum ani est ulcus sordidum interius latum, & exterius strictum cum callositate: quod fit pluribus de causis.

De aegritudinibus ani.

De descriptione, anatomia ani, & de aegritudinibus ipsi euenientibus. Rubrica.

ANUS est extremitas recti intestini feteris dicta, in qua tres, uel quatuor situantur musculi, ac quinque terminantur uenae haemorrhoidales nuncupatae musculi. n. eius proportionantur musculis labiorum; est enim musculus unus latitudinalis, qui uehementer cum carne eius commiscetur, & ipsum circuit. qui constringit, & coercet ipsum, ut uult, & sua extensione iuuat ad expellenda sterco- ra, & ceteras superfluitates. est & alius magis in profundo situatus, qui cum radice uirgae continuatur, ut patet ad sensum. est & unus alius, aut per unum super hos omnes stans transversaliter: cuius iuuamentum est elongare longam sursum. & neque accidit longam egredi, nisi propter ipsius laxitatem. An. prima primi de anatomia ani. & de ipsis pro nunc satis. uenae autem haec sunt rami uenae chyli descendens, de quibus in sequenti rubrica. & antequam deueniatur ad curam passionum eius; oportet permittere, quod de sanitate aegritudinum ani non facile prognosticatus sis; quoniam sunt difficiles ad sanandum; propterea quia anus est uia, & callis superfluitatum, quae etiam retinentur in rugositatibus eius: nam hora post horam fluunt. cum etiam

E positus sit in parte inferiori. item quia est uehementis sensus, quapropter additur in dolore, qui est causa attractionis materierum ad locum, secunda primi de his, quae proueniunt ex dolore. etiam quia est inuersus difficulter fit adhaerentia medicinarum ad eum. passiones ani communiter ab auctoribus ponuntur plures secundum pluralitatem eorum, quae circa ipsum eueniunt; ut sunt haemorrhoides, rhagadia, apostemata, fistulae, & huiusmodi, mollificatio ani, & ulcera eius, de quibus omnibus suis sequentibus rubricis.

De haemorrhoidibus. Rubrica.

HAEMORRHOIS est augmentum quoddam, quod in ore nascitur uenarum, quae in ano sunt, a quo quidem quandoque etiam sine se. fluxus inde prouenit sanguineus.

Vbi notandum, ut dictum est supra, quod ad orificium ani terminantur quinque uenae, quae sunt rami chyli descendens, haemorrhoidales dictae ab haema graece, latine sanguis, & rhois fluxus, & edes. quod est inferius. unde haemorrhoides. i. fluxus sanguinis per inferius, quod est uerum ualde frequenter. nam natura eas uenas ordinauit, ut per illas expurgaret sanguinem grossum melancholicum, qui in quibusdam uiris, & mulieribus multiplicatur exorsus sibi; sicut & menstrualis per anterius. unde sicut cum mulieres habent fluxum menstruum debito modo sanè & incolumes uiuunt; sic & uiri, in quibus hi humores multiplicantur, si debito modo fluxerint; sani, & incolumes degunt, & uitam prolongant: nam ab aegritudinibus melancholicis adustus praeseruantur; sicut mania, melancholia, lepra, morphea, quartana, hydropis, pleurisi, similiter de passioibus plenis, & sic de aliis. sed cum superfluent menstrua; & calidi, & aegri fiunt, & inducunt hydropem, & dictum est frequenter, quoniam aliquando, ut apparebit, stat in eis tumor, siue inflatio absque fluxu: sunt tamen in fluxum naturaliter ordinatae. haec autem in multiplici reperiuntur differentia, quae ex multis sumitur: Primo quidem ex parte speciei, secundo ex parte loci, tertio ex parte malitiae, quarto ex parte finis, de quo aliquid actum est. ex parte speciei communiter ponuntur tres uerrucalae, morales, & uuae. uerrucalae sunt longae uerrucis similes, & apibus. morales uero molles sanguineae, uel humorem crudum emittentes moris similes. uuae sunt latae, rotundae, purpurei coloris, a quibusdam uesicales dictae uesiculae similes. ex parte loci; quia quaedam sunt extrinsecè, quaedam intrinsecè interius natæ. & harum intrinsecarum quaedam sunt sanguineae, quaedam non sanguineae. item & harum quaedam emittentes, quaedam non emittentes dictae cecae siue surdae. unde, quoniam sic surdae sunt uesicae durae non emittentes; a quibusdam nominantur fici. quidam tamen aliter sentiunt de ficu, ut quod sit excrecencia quaedam circa anum in modum fici granularum. & consequenter de condylomate dicunt, quod est excrecencia circa anum mollis rugatus, quae cum fuerit plena; dicitur condyloma; cum uacua; attrices. haec sunt nomina ad placitum. tu itaque de eis cura, ut placet. Ex parte malitiae deteriores sunt uerrucalae, & proprie propinquiores camerae uentris, siue cannae ueretri; quae, si apostemantur; oppugnant meatum urinae: quae autem sunt retro, non nocent multum. uuae sunt leuiores, morales mediae. & iterum quae sunt extrinsecè, minus laedunt; sed quae sunt intus, difficiliore sunt ad curandum; quia ad eas non faciliter peruenit tactus, nec medicinae aptae applicantur. item quae emittendo superfluent, sunt malae: quod contingere potest aut ratione qualitatis, aut quantitatis, aut temporis. unde nota, quod si emittitur sanguis in quantitate conuenienti proportionaliter ad quantitatem sanguinis multiplicati, & in qualitate; quia in colore nigro, & tempore consuetae periodis; sunt bonae & laudandae, & praeseruant, & uitam prolongant, ut supra. quod, si altero horum defecerit; dicuntur non bonae; & hic fluxus dicitur innaturalis respectu fluxus mensurui; nam menstrualis a natura ordinatus est; sed hic non nisi gratia necessitatis. s. quando superfluit sanguis melancholicus, quod in homine bene sano non contingeret. ex quibus facile infertur, quod homines abundantes in sanguine multo melancholico adusto faciliter eas incurrunt. & propter hoc Ferrarienses masculi, & femellae hac sunt passione multum molestati. ex parte finis quid dicendum, patet.

CAUSAE. dicendum pro nunc duae sunt causae conside-

Haemorrhoides triplici differentia.

Oedema est. tumores, qui interferenda sunt ut unumquodque ex graeco exemplari colligere potest.

Haemorrhoides triplici differentia.

randae

randæ; prima est materialis, secunda est efficiens. materia-
lis uerò diuersificatur secundum diuersitatem materiæ; nã
uerrucalium materia est humor melancholicus, siue fuerit
talis per adustionem, siue non. Moraliu uerò est sanguis
ipse grossus melancholicus. & uuearum materia media est
inter has: rarò autem accidunt à phlegmate. quòd, si còtin-
gat apostema; tunc assimilantur uescicis; quæ sunt piscium
uentres. à cholera quidẽ nunquam, aut rarissimè propter
leuitatẽ cholerae ad superiora. causa uerò efficiens, & prin-
cipalis ex natura criticè operans, & per illas uenas sic in
circuitu ani existentes euacuans, & superfluẽ, quãdoq; ma-
ximè quando earum apertio fuerit magna, aut diminutè,
quando fuerit apertio parua, aut mediocriter quando, &c.
& coadiuuans est paruitas humoris, & loci uilitas. & ex di-
ctis patet, quid dicendum interrogãti de causis primitiuis
nam omne sanguinis multiplicatiuum, & maximè grossi
melancholici, siue adusti est ex parte primitiuae causæ tenẽ
dum; ut carnes uaccinae, siligo, milium, caseus, uinum gros-
sum, & huiusmodi de genere ciborum melancholicorum,
de quibus. 3. tractatu. unde introducantur cibi generatiui
boni, & laudabilis sanguinis. item forte exercitium, & per
maximè equestre. itẽ & animi accidens; ut timor, pusillani-
mitas, quæ melancholicum perficiunt; ut ait senex noster.

Ex quibus infero eas debere multiplicari in uento au-
strino, & regione austrina. patet correlarium intelligenti.

SIGNA demonstratiua hæmorrhoidarum, & maximè
manifestarum sunt tumorositas apparens in loco, siue emi-
nentia quædam. quæ si fuerit dura cum rotunditate habens
sic pedem in modum fici non emittens aliquid, à multis
morum, siue ficus dicitur. quòd si fuerit non habens pedes
sed secundum suam totalitatem adhærens, appellatur uer-
ruca. quòd, si fuerit emittentia talis, mollis, emittens humo-
rem crudum, album, uiscosum, uel uiridem, nigrum, foeti-
dum, & huiusmodi; dicitur moralis. si uerò sanguinem emi-
serit fluidum, aut grossum, temperatum, uel continuẽ; tunc
appellatur hæmorrhoidis iuxta descriptionem supra positã
sed de nominibus non est à medico disputandum. & à Gor-
donio, quando sunt à sanguine solo; uocantur uua. quando
à sanguine, & cholera; dicuntur morales, sicut morum, cū
incipit rubesceri, & quando fiunt ex melancholia, dicuntur
uerrucalæ. & si à phlegmate, quod est rarò; dicuntur uescicæ al-
bæ. sunt itaq; & sensui manifestæ, & notæ, quæ extrã sunt. quod
si fuerint parum occultæ; expressio eas manifestat. quod si fue-
rint ad intra, & occultæ; tunc sentitur grauedo, dolor intus
in ano, & maximè in emissionẽ fœcum, & propriè durarũ
aut in emissionẽ clysterij, uel suppositorij, & difficultas in
egerendo. & declarat eas infectio fœcum à sanguine earũ
facta. itẽ & maximè si apertæ fuerint, exitus sanguinis post
ipsas, & ab eis separatas. & quando nõ sunt apertæ, dolor
fortior similis dolori dysenterico. unde aliquando creditur.
quod sit fluxus dysentericus, & est hæmorrhoidalis. item sine
magno conatu egreditur materia liquida, saniosa, in hæ-
morrhoidibus est conamen, & emittuntur fœces schiba-
losæ. item in patiente fluxum hæmorrhoidarum color mu-
tatur ad citrinitatem, & ad pallorem, & ut Auic. est citri-
nus declinans ad uiridem, & maximè quando superfluunt:
non sic in alio fluxu. item, cū retinetur sanguis hæmorrhoi-
dalis, dolor erit in dorso, grauitas in tibijs, & coxis, renibus
& pectore, & inflatio in lateribus, gurgulatio in uentre,
& huiusmodi. certissimum signum hæmorrhoidarũ intrin-
secarum est, quod cum uentosa inuerfetur intestinum, & tunc
sensus manifestabit eas. quòd, si fuerit ab humoribus gros-
sis, & uiscosis, fortem inflammationem, & gurgulationem
in uentre habet, & grauitatem. sed nota, quod rarò à phlegma-
te fiunt Auic. quòd, si ex humoribus calidis, sentitur pun-
ctura, & mordicatio circa anum.

Et, quia supra promissum est in rubrica de fluxu non ex-
coriatu ponere in hac distinctiua signa inter ipsum, &
hæmorrhoidalem; scito, quod sanguis à mēbris superioribus
ueniens; scilicet ut stomacho, hepate, & huiusmodi, sem-
per commixtus, & turbulentus est: non sic hæmorrhoida-
lis, est enim guttatim cadens, & si fortis sit expressio, & co-
natus sentitur, quod sanguis exit impetuosè, & maximè quan-
do est subtilis, acutus. item non sentitur grauitas, dolor, pu-

A ctura, aut aliquod tale. item, si ab hepate accidentia in eo,
similiter si à stomacho, de quibus supra allegata rubrica.
item quia in absterfione ani cum petia mūda retinetur ma-
cula sanguinea etiam pura: non sic si ab alio fuerit loco itẽ
quia in absterfione, quando emittunt sanguinem; sentitur
ardor quidam in extremitate fœteris: quod non contingit quã
ab alio fuerit loco. itẽ, quia præcessit dolor, & aggrauatio
in ano, pruritus, & huiusmodi. item quia cõsuetus est pati.

PROGNOSTICA. Indifferenter passiones ani sunt diffici-
lis curæ; quia locus est decliuis, ad quem continua fluunt
humiditates impediens operationem medicinarum ap-
plicatarum, id est, remouent. item quia fœces egrediuntur
remouentes medicamina, & addentes in dolorem. item
quia locus est uehementis sensus, & ideò humiditates fluẽ-
tes in dolorem addunt. itẽ quia locus uilis; non se libenter
intromittit medicinam & infirmi sunt inobedientes pro-
pter uerecundiam. item mēbrum est frigidum pauci calo-
ris. fluxus sanguinis narium, aut menstruorum in retentio-
ne hæmorrhoidarum bonum. hæmorrhoides sanari anti-
quas Hipp. in fine cap. 25. continentis. 8. capitulo hæmor-
rhoides hæreditatem succedunt.

CYRA. Canones, & antequam deuenias ad curam; no-
ta hos canones.

Primus, quod ne decipiaris, debes diligenter considerare,
si sunt hæmorrhoides; quoniam aliquando est dysenteria,
& creditur quod sit hæmorrhoidis, aliquando econtra: & in hoc
habuisti differentiam. item & secundò, quod in ano erunt
ulcera sola, & existimatur, quòd sit hæmorrhoidis. oportet
ergo diligenter considerare.

Secundus, quod fluente sanguine hæmorrhoidali nõ debet
fieri eius constrictio, donec apparuerint hæc signa. debili-
tas genuum. s. mollificatio, propinquitas ad syncopim.

Tertius, quod ubi fuerit necessitas extractionis eius; fiat
paulatina, & non subita.

Quartus, quòd debes considerare, quando quis patitur
fluxum sanguinis narium; si prius patiebatur hæmorrhoi-
das. quòd, si sic, extima, quòd à clausione earum perueniat,
& tunc cura est apertio earum, sicque consimiliter, si mu-
lier fuerit, & sanguinem expuere incipiat extrã. & ego ha-
bui dominam, quæ ex retentione mēstruorum sanguinem
expuebat, & dubitabatur de phthisi futura, & ex apertione
uenarum matricis liberata fuit.

Quintus, quòd ubi non fuerit dolor neq; apostemata,
neq; inflatio, non erit tunc plurima necessitas curationis
earum: nam earum curatio quandoq; perducit ad fistulas,
& ad rhagadias ani.

CYRA particularis. canones magis particulares sunt
attendendi iuxta particulares dispositiones earum, quæ
sunt tumor, siue earũ inflatio absq; hoc, quod aliquid emittat,
dolor in eis accidens, nimius fluxus ex eis, & nimia earũ
restrictio, de quibus per ordinem dicetur in sequentibus.

**De tumore, siue inflatione hæmorrhoida-
rum.** Rub. 3.

TUMORIS, siue inflationis earum sine emanatione cã
est aut mala complexio sicca constringens sanguinem qui
prouenit usq; ad orificia, aut mala complexio frigida con-
densans, aut cutis inspissatio, aut sanguinis, siue humoris
grossi, uel melancholici grossities, aut fœces spissæ, & gros-
sæ, quãdmodũ obturantes, & prohibetes sanguinis exitũ.

SIGNA malarum complexionum iam nota sunt ex fre-
quẽter recitatis, & similiter, si acciderit à grossitie sangui-
nis ex regimine præcedente, cognoscetur, si ex inspissatis,
& induratis fœcibus relatione infirmi.

CYRA canones. in cura itaq; huius dispositionis, sicut
in cæteris sequentibus primum est studendum circa dietã
in exhibendo scilicet quæ sanguinem laudabilem gene-
rant, ut sunt cibi temperati laudabiles. ex fructibus etiam,
ex oleribus; ut borago, buglossa, & ex potu uini aromati-
ci digestibili, & huiusmodi, de quibus tertio tractatu. item
si opus erit: etiam uti, quæ sanguinem minuuntur. recurre.
10. cap. de apostematibus mamillarum. secundò principa-
liter studendum in lenificatione naturæ uti remoueat
fœx, etiam si sua siccitate nocent: quæ lenificatio melius, &
conuenientius fieret per superius exhibita; quoniam malè,
& sine

& sine dolore nō possunt clysteria, & hmōi administrari. & in hoc casu laudatur maximè pilulæ de bdellio. tertio, quod maximè iuxta causas dictas fiat cura per sua contraria cum variis ingeniis, de quibus post; ut in cā frigida cū calidis, & in sicca cum hu. & in causa indurationis cū mollificatiuis. & sic similiter de alijs, de quibus faciā te statim copiosum.

Calida à proprietate ualentia in hæmorrhoidibus ab authoribus nostris posita sunt anethum, allium, gummi prunorum, lana, marrubium, scabiosa, melilotum, oleum amygdalarum amararū, rosamarinus, porrū, hyssopus humida, assa, bdellium bibitum, uel suffumigiū, cœpe, cinnamomū, cyperi, foenugræcum, centaurea, carabe, parietaria, sandaraca, sordities parietū balnei, triphera ex arte phenonis, triphera gal. ex frigidis sunt gallæ, scoria fer. myrtus, cinis capitis menulæ piscis, plumbum, citonium, chrysomilla, & specialiter ualet oleum nucleorum, dragagantum, granatum, plantago, portulaca, ribes, terra sigil. ex mollificatiuis sunt adeps gibbi camelli. Aui. pinguedo anatis, anseris, galli, vulpis, ursi, leonis, bdellium dissolutum in oleo amygdalarum, uel in aqua ex his pinguedinibus: & consimiliter de alijs, hæc enim gratia exempli posui non faciens mentionē de compositis; quoniam de eis copiosè, & de ceteris alijs simplicibus suis conuenientibus locis.

CURA. Si accidet hic tumor; & ex ipsius sanguinis grossitie erit.

Primò, ut supra, ordina diætā cū subtiliātibus remissè; ne ex resolutione magna sequeret maior grossities. itē cū humidis. sint itaq; cibi temperati, ut supra, & calidi in primo huius, de quibus in allegato loco. item uinum pauciferum.

Secundus canon digestio cum appropriatis ipsi humori peccati, de quibus digestiuis habes supra quarto tractatu de digestiuis humoris melancholici.

Tertius est eius euacuatio, quæ euacuatio fiat aut phlebotomia, aut uētris solutione. phlebotomia quidem; qm, si fuerit sanguis; fiat phlebotomia ex saphena, aut ex uēna, quæ est post calcaneum, aut sub poplite, & est fortior omnibus, sicut & in retentione menstruorū; ut infra suo loco dicetur, quæ debet fieri maior, aut minor sē plethoriam maiorem, ætatē, uirtutē. quod, si ad particulariorē, & magis propinquam uidebit esse ueniendū; phlebotoma ipsam uenam hæmorrhoidalem, sicut & frequenter feci phlebotomare, aut, si patiens non timet; applica sanguifugas. quod, si fuerit ex humore alio grosso phlegmatico, aut melancholico; solue cū solutiuis illius humoris, de quibus quarto tractatu.

Sed hic aduerte, qd tale solutiū nō debet esse acutum, sicut scāmonea, colloquintida, & huiusmodi; sed sit expressione soluens; sicut sunt myrobalani. & ideò inuenies in authoribus scriptū multum de mirobalanis; de aloe dicendū, ut existimo, ipsum minimè ualere, quando fluunt; sed, quando sunt cæcatæ; confert, & uidetur cōueniēs prope, qm aperit orificia uenarum. tu tamen scito, qd causa quare uitatur acuta, est, quoniā dubitat de mala relaxatione uenarum, & propter hanc causam uetatur à multis aloe.

Quartus est rectificatio malę complexiōnis splenis, aut hepatis; ne tamē humor talis generetur, & raptum habeat ad locum inferiorem. quibus hic canon compleatur, habitum est supra de splene, & hepate. & tu ibi.

CURA. quando alia non ualent; sed oportet deuenire ad applicationem localium, aperiendo eas, & quādoq; immediatè propter dolorē, de quo infra, ideo hic subscribam modum operandi circa eas, & cum medicinis, & absque absq; medicinis fit cum phlebotomo, aut sanguifugis, ut dictum est. & est omnibus eorum melior, securior, & expeditior modus; ut ponantur sanguifugæ in ampulla, aut canna; ne ad alia loca ueniant. & differunt à uentosis, qm ipse attrahunt sanguinem grossum melancholicum, & uentosa subtilem. Auic. in aperiendo autem eas cum medicinis duo sunt canones. primus est mollificatio, secundus est mollificatarum apertio. primus completur diuersimodè secundū diuersa ingenia: nam quidam procedunt cum balneis cum decoctione radice althææ, branchæ ursinæ, meliloti, mercurialis, rutæ, & huiusmodi habentium uirtutem subtiliatiuam: cuius quidam cum spongiis, fomentatione facta in his, quidam cum sensionibus, quidam cum pingue-

E dinibus nominatis, & gummis, & faciēdo unguēta, emplastra, cerotaria, & hmōi, ut uidetur cōueniētius, cū olei de chrysomil. secundum sic perficiunt, & diuersimodè; nam quidam à facilioribus incipientes ipsas sic mollificatas fricant cum pāno aspero laneo, ut Raf. & maximè est uerum, quod dicit. qm sunt extrā apparētes; & sic leuiter aperiunt. quidam eas fricant cum foliis fici recētibus, quia lac earum hoc operat. & sic indifferēter facit omne lacticinium; ut thymallus, esula, & huiusmodi. & est cōsuetū hoc sē remediū, & cōe. quidam cum foliis parietariæ, quidā cum melle anacardino, quidam cum cœpe cōtrita, & supposita, nōnulli cū fricatione panni asperi infusi in succo ipsius cœpe, quidam cum stercore columbino cum mell. & est efficax. quidam cum succo flammulæ, & pedis ceruini, & sunt præstatis iuuamenti item cerotum ex asphalto, & galbano cōfectum etiam est proprium. nonnulli cum calce, & arsenico, & huiusmodi, quæ consulo uitari debere. alii superponunt puluerem aut sinapis, aut euphorbii, deinde immediatè superponunt emplastrū factum ex cœpe cruda cum modico acetisquillitici, uel oximellis squillitici. cæteri applicant cantarides. quidam cū felle tauri, & est forte. unde oportet, qd fiant cum cautela, & timore; ne pertranseat terminos. Serapio. unguētum. R. aloes succocitrini puluerizati. 3. ii. fellis tauri. 3. i. anethi. 3. ii. ceræ modicum, & superpone, uel absq; cera infunde in eis pannos, aut filtrū, & frica. quod, si fuerint intrā occultæ; oportet inuersare intestinum cum uentosa magna, deinde superpone, quæ aperiuntur aut cum phlebotomo, aut sanguifugis, ut supra. quod si non poterit inuersari: dentur per os, quæ aperiunt. & pilulæ de aloe sunt propriè secundum iudicium meum, & aliorū multorū. item supponatur radix ireos propriè. item. R. pulpæ colloquintidæ. 3. iii. & cum oleo amygdalarum amararū, & modico mellis fac lycinium longum, ut attingat locum. item radix brionæ iniuncta cū felle bouino. item collyrium ex melle factum aspersum puluere scammonæ, & colloquintidæ, item uinum decoctionis aloes. & hæc duo ultima sunt potentia, si uno, & eodem tempore applicētur. & si dolorē causabunt hæc suppositoria; extrahantur, & lycinium ex

G oleo ro. iniunctū intromittatur. quod, si cupis talem tumorem annulare dato, quod non fiat earum apertio; quia forte uidebitur, quod materia erit pauca, & quod sola sufficit apertio eorum, quæ habent talem materiā resolvere, & exiccare; tunc hoc faciliter adimplebis cum fomentationibus, & suffumigiis, emplastris, & huiusmodi: ex calidis resoluentibus, & exiccantibus, ut est calamentū, ruta, pulegiū, nigella, mentha, & hmōi, de quibus supra. fomentatio talsi barbāssi est in casu hoc iuuatiua ualdè.

CURA. quando hæmorrhoides ad magnum, & tediōsum deuenierint tumorem; ut quandoq; ad quātitatem magni panis augmētaretur; sicut uidi sursum, quo casu oportet, ut physicus cedat chirurgico; quoniam illi tumores, & similes minores etiam remouētur incisione, quandoq; cum medicinis acutis, de quibus aliquid dicam, & primò de incisione, ad quam antequā peruenias; te oportebit prius hoc canones commemorare.

Primus, qd uenter leniatur, & lenis teneatur; ne ex induratione fœcum offendatur anus.

H Secundus, qd fiat phlebotomia basilicæ prius, ne ex regurgitatione sanguinis ad hepar propter incisionem eius, quam oportet sequi constrictionem; lædatur hepar.

Tertius, qd si ex incisione paucus egrediatur sanguis propter eādem causam; reiteretur phlebotomia: & erit utilis.

Quartus, quod incisio, ut ita loquar, quæ magis casus dicitur, debet, si possibile est; fiat, & prius tentetur cum facilioribus, ut cum ligatione earū cum filo serico, aut fetis equi, & huiusmodi; ut ad earum casum.

Quintus, qd, si non potest conuenienter separari hoc modo; fiat earum incisio cū re acuta, & optimè, deinde applicentur constrictiua, de quibus statim, & supra. 5. capit. de fluxu sanguinis narium. qd, si illa non profunt; procedatur ad cauterizantia potentialia: & si illa non ualent; ad talia actualia; nam caustica actualia, ut Alchindus, sunt in hoc membro non ita conuenientia, sicut potentialia propter membrorum sensibilitatem; licet in alijs locis actualia præ-

eligantur.

eligantur, de quo in fine rubricæ.

Sextus, q̄ incisio sit paulatina, & successiua; ut de una in aliam etiam mitigando dolorem, si contigerit, ut infra.

Septimus, q̄ nunquam, cum plures fuerint; omnes incidantur, & claudantur; immo una relinquatur aperta tantū; si per illam poterit conueniens quantitas sanguinis, aut uirulentia, expurgari. quod, si non; dimittantur; ne ex omni sic tali constrictione quis hydropicus fiat iuxta illud Hippo. xii. apho. vi. sectionis, A diuturnis sanato hæmorrhoidibus, si una non seruetur; periculum est aquam intercutem, uel tabem aduenire.

Octauus, q̄ cauendum est, ne ex inepta incisione sequatur paralytis ani, de qua infra. sit itaque hæc incisio faciliter in extra apparentibus. quod, si fuerit ad intra; oportet medicum uentosa magna posita cum igne super anum, & dimittitur per horam, aut per longius spatium; ut sic inuersum remaneat, deinde cum filo, ut supra, ligetur circa radices earum, & non profundetur; ne sequatur apostema, deinde, si cadent, benè; & si non; incidantur. post incisionem fiat ut dictum est, cum constringentibus, & causticis procedendo, de quibus statim dixit Gordonius. R. alumen, fermentum, calcem, porros, caules, bulliant in aqua, fomentetur frequenter locus, proculdubio facit ipsas cadere, quod magis præsumentes incidunt eas cum ferro fortiter ignito; quia sic debent se incidere, & consolidare simul. sunt & alij, qui eas incidunt, siue remouent, quod idem pro nunc uoco, medicinis acutis; quia potentialibus causticis, tū quia medicatio est securior; tum quia non est sic infirmis, & parentibus horrida. procedunt deinde cum facientibus cadere escaram, & cum consolidantibus; quod chirurgicis relinquo. satisfactum itaq; mihi esse uidebitur; si medicinas simplices, & cōpositas numerauero post factam incisionem conuenientes. ex quibus sunt primò medicinæ stypticæ, conglutinatiuæ, & sigillantes; ut sunt aloe, thus, balaustræ, sanguis drac. sief. memitæ, & huiusmodi puluerizatis, & deinde ligatis fortiter. tela aranæ cum albumine oui, & est optima aqua styptica, uinum, in quo decocta sunt styptica. quod, si non conferunt, coquantur bombace infuso in oleo bulliente, deinde aspergantur puluere constrictiuo; sed in hoc est timor spasmi; & idè relinque. ualeat & confectio de scorria ferri, & reliqua multa supra de fluxu sanguinis narium. & propter quintum canonem, & ea, quæ infra dixi, etiam aduerte uerba Placentini nostri: inquit. quidam delent eas cum medicinis acutis, corrodentibus, & mortificantibus ipsas extra apparentes; sed hæc uia non est sic recta, & infert maiores dolores, & citius ducunt apostema in locum. & subdit. Remotio talium infirmitatum cum ferro ignito incidente est ultima in bonitate, ad quam non sequitur dolor, neque apostema, neque aliud impedimentum, uel malitia. & propter hoc magis est eligenda hæc operatio sapientibus doctis, & consuetis bene facere operari, quàm alia aliorum ex dictis superius. ad quam nobile operationem sequi debet alteratio loci cum infrigidatione usque ad tempus consolidationis. tu modò benè considera medicamen nobile ponendum super anum post casum earum, aut incisionem, aut post corrosionem, & post casum escaræ. Recip. acaciæ, rubæ, scorix plumbi ana. 3. ii. coriandrorum siccorum. 3. i. dragaganti. 3. i. 5. terantur, & cum albumine oui misceantur, & super locum ponatur petia in eo tincta. consolidat, & dolorem mitigat. & hic hæc sufficiant.

De cura hæmorrhoidarum cum sunt constrictæ. Rub. 4.

AT T E N D E R E oportet earum apertioni, quando aut in totum sunt constrictæ, aut quia non emittunt sanguinem ut consueuerunt, maximè in eo, in quo consuetum est, & à quarum manatione incolumitas sequebatur: nam, quando sic constringuntur in totum, aut pro magna earum parte sunt causæ euentus multarum ægritudinum; ut mania, melancholia, hydropisis, phthisis, lepræ, scabiei, canceri, morpheæ, grauitatis, & lassitudinis totius corporis, & præcipue totius capitis, renum, pectoris, thoracis, & coxarum, & corporis turpitudinis, & de causis dic proportionabiliter per contrarium eius, quod dictum est. de

A nimio fluxu earum in sequenti rubrica. tu itaque sis sollicitus earum apertioni, quæ fit modis iam dictis phlebotomando saphenam, aut uenam, quæ est post calcaneum, aut sub poplite, item rectificando humorem, si aliquis est in causa, ipsum euacuando, item applicando sanguifugas, aut cum phlebotomo aperiendo, si conueniet: aut applicando ex medicinis aperiensibus, de quibus in præcedenti rubrica. & hic nota, fomentationes, & suffumigia calida acta, & potentia sunt in hoc casu conferentia multum. secundo, quod quæ prouocant & sanguinem hæmorrhoidalem, de quibus prouocantibus infra suo loco. xxi. cap. ubi ponetur modus prouocationis eorum: & tu age proportionally in hæmorrhoidarum prouocatione. & sic hæc posita uobis sufficiant.

De nimio fluxu hæmorrhoidarum. Rub. 5.

F L U X U S hæmorrhoidalis cā est aut natura ipsa crissim faciens, aut mala sanguinis fluxi subtilitas, aut eius nimia quantitas, aut uenarum ipsarum relaxatio, seu uirtutis contentiua ipsarum debilitatio. fm itaque has uarias causas oportet uarijs modis in earum cura procedere.

S I G N A quando est à crisi; quā confert, & benè fertur.

Signa. quā a subtilitate sanguinis maximè cholericis; exitus eius multus, & nō guttatim solū, rubedo eius clara, pruritus, qui p̄cessit, dolor satis acutus, inflatio circa anum percepta, regimē præteritū, ætas, cōplexio habitudo, tps anni, & hmōi, de qb̄ sæpe. q̄ si fuerit, p̄pter aquositate, & subtilitate; aquosus erit, & fluidus cū priuatione dictorū signorū.

Signa nimia quātitatis est plethoria, complexio, habitudo, regimē; quia ipso sanguinis multiplicatiuo multus usus sit, quia mutilatus, & huiusmodi, ut supra.

Signa debilitatis cōtētiua quia cōtinuè exit, & est satis aquosus, & nō sentit grauitas, dolor, & hmōi. & quia sedet supra petram, & hmōi, quæ uirtutem debilitauerunt.

C Y R A. critici canones & quantum est ex parte primæ causæ, q̄ criticus nō est cohibendus; nisi ad magnam, seu notabilem perducatur debilitatē iuxta ea, quæ dicta sunt supra de fluxu sanguinis, & de fluxu intestinali. q̄ si debilitauerit; constringendus est successiue; & non subito cum his constrictiuis, de quibus infra.

C Y R A. In eo, qui est uacuitate, uel sanguinis subtilitate, canones ordinatio diætæ, euacuatio humoris subtilitatis; quæ cholera: nā hic loquor de ipsius subtilitate, ut à cholera prouenit: nā, & si cōtingat quāq; eius subtilitas à phlegmate subtili, & acuto; de eo hic non aliter scribo, nisi quod ex primo fm plurimū cōtingēte habebit modus curæ sc̄di, tertius diuersio, quartus digestio. & nota, quod alteratio hepatis cū epithemate, aut unguēto, erit utile. quintus uiarum, per quas transit, alteratio, & constrictio. sextus applicatio rerum constringentium ad intra, & ad extra, ut res ipsa requiret, septimus correctio accidentium.

Primus completur cum his; quæ sanguinē ingrossant, ut cibi uiscosi, grossi, pastalicei, lentes, carnes grossæ, uinum nigrum lymphatum, panicum, milium fractum, faba fracta, & huiusmodi; quæ ad complexionem declinant melancholicam, de quibus tertio tractatu, ut supra, de dysenteria & de fluxu sanguinis narium.

Sc̄ds cum eūantibus stypticis participantibus; ut sunt mirobalani citrini, rhabarbarum aliquantulum ustū, & hmōi, de quibus quarto tractatu: unde statim sis sollicitus.

Tertius cum applicatione uentosarū inter spatulas sine scarificatione, si uirtus debilis erit, & reiterando: quod si uirtus fuerit fortis; cum scarificatione. item consimilis applicatio circa lumbos, & renes, & sunt præstatis iuuamēti, phlebotomia basilicæ dextræ, aut sinistra, ut res exigit. item utilior est in hoc casu phlebotomia saluatellæ. sed nota, q̄, si fit phlebotomia stāte debilitate uirtutis; est malum ualdè. & idè ista phlebotomia est timenda post multū fluxū san. item introducendo fluxū san. nariū. xvii. tertii cap. i. & multoties accidit habētibus hæmorrhoidas fluxus sanguinis narium, & remouentur hæmorrhoides.

Digestio fiat cum frigidis remittentibus acuitatem, ut sy. ro. uiol. iulep. miua citoniorum, sy. de nenuph. aquæ frigidæ, de quibus. iiii. tract. ut aqua portulacæ & sy. eius prærogatiuam habent, ut supra. de his autem digestiuis uti debes

bes continuè mane, & sero etiam alijs additis remedijs.

Alteratio uiarum, per quas transit, fiat cum emplastris, unguentis, cerotis, embrochis, & huiusmodi, ex rebus constrictiuis factis, de quibus statim. uia autem sunt renes, & dorsum, de quibus est intentio in canone.

Pro complemento sexti scito, q̄ medicamina, que applicantur, seu administrantur in cura earum, ut. xvij. tertij de cura earum sunt aut quæ bibuntur, aut suppositoria, aut epithemata, aut emplastra, aut linimenta, aut pulueres, aut suffumigationes, aut sersiones in aquis constrictiuis, aut alia quomodolibet restrictiua, & talium per embotum recepta de quibus omnibus iam sæpe dictum est in cura aliorum fluxuum de quibus alleg. est. ex his, quæ bibuntur, sunt pilulæ, electaria, confectiones, pulueres, decoctiones, & huiusmodi. de pilulis commendantur pil. de bdellio, de quibus Aui. de cura earum. & scias, q̄ pilularum de bdellio iuuamentum in hæmorrhoidibus habentibus periodos apparens est, & non sunt multi iuuamenti in eis, quæ sunt fixæ non habentes periodos. quod intelligo, scilicet in non emittentibus; quoniam bdellium constringit, & non aperit eas: & tu considera, pilulæ de bdellio maiores. & minores Mes. & secundum intentionem suam eodem loco. trochisci de carabe, de terra sigillata, item. R. scorix ferri, se. porri, ameos. ana. ℥.i. carabe. ℥.i. s. myrobolano. citrinorum. ʒ. i. sandara. corticum ouorum. ana. ʒ. ʒ. bdellij. ʒ. ij. cucurbitæ adustæ. ʒ. iij. confice cum sy. ro. & ex consimilibus compone. & ex electarijs est michleta Nicol. triphera ex arte phenonis, triphera Gal. omnia Mes. prima distinctio. antidotarij sui. item electarium Mes. secunda parte distinctionis primæ, cuius initium confectio electarij ex inuentione nostra, & est magistrale, & bonum. ex confectionibus confectio de scoria nono Almanforis de confortantibus stomachum, item cōfectio de gemis absq; speciebus, item triafandali, & huiusmodi. sy. rob. & huiusmodi iam dicta sunt de dysenteria intestinali; nam quæ ualent in eo casu, ualent, & in isto, & iō sic expediendo pertransio. ex pulueribus. R. galbani sicci puluerizati. ʒ. ij. bibatur cum aqua plantaginis, aut porrorum: unde Aui. etiam si in potu sumatur tribus uicibus; nō redibunt. item limatura ferri cum uino bibita, puluis mille folij cum uino bibitus, & nigella est ex pulueribus bonis mirabilis iuuamenti. suppositoria primò possunt confici restringentia solum, item restringentia, & dolorem mitigantia, de quibus ad plenum de cura tenesmi. ualeat, & sedat dolorem suppositorium ex nenuphare factum epithemata fiant ex decoctione rerum constringentium, & infusa petia, quæ duplicata sit quasi frigida; quia infra tepidum supponatur ano, & alia magna extendatur supra renes, & dorsum: & hoc tempore frigido; tempore uerò calido sit frigida. emplastra, linimenta ex eisdem confices; sed nota q̄ cataplasma ex folijs porrorum ad extra applicatum eas notabiliter constringit. item. R. plumbi ubi, cerussæ, acaciæ, uitrioli, psidiarum. ana. omnia puluerizentur, & cum succo pentaphilon, & farina fabarū, & oleo de chrysomillis fiat emplastrum, & miraberis effectum quòd, si ad itra fuerint; dimitte farinam, & in reliquis intinge petias in modum suppositorij, & suppone. suffumigationes ex multis fiunt. sed nota canonem, q̄ fluente sanguine tepidè frigida esse debent, ne ex actuali caliditate sanguinis amplius in motu ponatur, quādoq; de sersionibus intellige. & propter hoc Mundinus non multum laudabat intentionem earum. suffumigia, & sersiones fiunt aut cū rebus stypticis, & mitigantibus dolorem, si opus erit. & de his supra de dysenteria.

Pro septimo scito primò, q̄ aliquando in eis contingit dolor magnus ex duritie fœcum transeuntium per anum, propter quòd sis sollicitus, ut patiens utatur lenificatiuis ex cibis, & alijs; ut fœces liquidæ exeant. item quia in eis solitus est contingere dolor; etiam ipsi dolori maxime attendendum est, ne ex ipso amplior fluat materia. propter quā tardabo eius curam, usq; quo compleuero curam fluxus earum secundum ordinem causarum de eo positarum.

Cura. in eo, qui peruenit multa eius quantitate canones. ordinatio diætæ; quia ad ea, quæ sunt pauci nutrimenti & mediocris quantitatis habito respectu ad ætatem, consuetudinem, uirtutem. & modus particularior positus est

suprà. xij. cap. de exuberantia lactis: & tu ibi. euacuatio p̄ phlebotomiam ex saluatella, uel basilica dextra, & si oportebit, etiam ex sinistra. diuersio, ut supra, constrictio, ut habitum est.

Cura. in factu ex relaxatione orificiorum uenarum, si secuta fuerit debilitas uirtutis; primò intende cū resumptiuis, deinde cum restrictiuis puris. unde laudatur fomentum ex tasso barbasso, & calendula in uino decoctis. item applica alia constrictiua ex unguētis, emplastris, & huiusmodi, ut supra. & nota propter complexionem earum, q̄ etiā cum frigidis debent commisceri calida constrictiua, ut. R. masticis, sandaracæ, dragaganti, carabæ, seminū porri, bdellium, myrti, florum tasi barbassi, balaustiarum, ros. cimini usti, thutia, & huiusmodi. & tu pone plus, & minus de calidis cum frigidis commiscendo, ut decebit. & de his constrictiuis habebis infra in hoc capitulo de exitu, siue mollicatione longaonis.

De cura doloris hæmorrhoidarum. Rub. 6.

Tua interest ex habitis causis doloris earum inuestigare; si scilicet est mala complexio immaterialis, aut materialis apostema, aut solutio continuitatis, aut alia causa extrinseca faciens illum: nam de signis horum sæpe actum est quæ contrahe ad hūc locum. satisfactum itaq; à me esse puto, si ea connumerauero medicamenta ex emplastris, suffumigijs, cerotis, sersionibus, unguentis, & huiusmodi dolorem mitigantia ex auctoribus approbata magis excerpta calida, aut frigida, ut ipsa exiget dispositio. sed prius nota, q̄, nisi præcedant uniuersalia ex euacuationibus dictis ex pharmacia, aut ex phlebotomia diuersiones, & huiusmodi parum profunt hæc localia. propter quod stude in eis præmittendo dolorem mitigantia: ut. R. serapini, bdellij, castorei, opii, ana, fiat lycinium. aliud. R. seminis lini. ʒ. ii. granorum nigellæ. ʒ. i. bdellij. ʒ. i. s. thuris, cyperi, ameos. ana. ℥. i. sandaracæ. ʒ. i. terantur, & dentur in potu. ʒ. iiii. uel circum aqua, & hoc Ras. unguentū. R. olei de chrysomillis. ʒ. v. storacis. ʒ. i. bdellij. ʒ. ʒ. dissoluantur, & inungantur. emplastrum. R. cepæ albam, & elixam cōfice cum butyro uacino, & emplastra: est enim utile. aliud. R. succi radice serpentariæ, olei de nucleis perfici, uel chrysomillis, uel linaxungia anatis, uel gallinæ cum modico ceræ fac unguentum. item. R. meliloti, lentium excorticatarum. ana. par. i. commisceantur cum uitello oui, & oleo ro. adipe anatis, & modico opii. adeps anatis est uehementis iuuamenti. Aui. item. R. chamæmillam, melilotum, farinam, seminis lini, mucillaginem psyllii, adipem anatis, crocum, uitellū oui, & huiusmodi. confice, ut placet. item radix liliorum alborum decocta sub prunis pistata cum oleo myrtino superposita. item lana succida cum oleo ro. item diaquilon cum modico opii, & croci. item storax, calamita, bdellium, cum opio, & croco dolorem sedant, item cepæ inter prunas decoctæ cum permixtione rerum mitigantium dolorem ex chamæmilla, flore meliloti, semine lini, tasi barbassi, adipe renum anatis, & huiusmodi. item. R. folia iusquiami, portulacæ, uitellum oui, medullæ panis cum oleo ro. pistetur, & misceantur, statim dolorem mitigant. ad idem fiat sersio in aqua calida decoctionis anethi, florum chamemille, meliloti, scœnugræci, althææ, maluæ, & huiusmodi. & post eius eleuationem inungatur locus cum hoc unguento. R. iusquiami nigri al. ana. ʒ. ii. aluminis scisci, uitrioli, de quo fit encaustrum. ana. ʒ. i. taphæ, cerussæ. ana. ʒ. i. ℥. i. ceræ. ʒ. ʒ. olei ro. ʒ. iiii. fiat unguentum, & ex consimilibus compone. item limacias cum testa combure in clibano, donec pistari possint, & cribellentur, & ex hoc puluere aspergant hæmorrhoides: adde modicū olei de chrysomillis, uel adipis anatis. item laudatur oleum de semine lini, in quo bullerunt scarabei. ad idem. R. olei ro. uiol. ana. ʒ. i. cerussæ. ʒ. iiii. camphoræ. ʒ. i. ceræ albæ fac unguentum. ad idem. R. masticis, dragaganti, gummi arabici, boli arm. opii. ana. ʒ. ii. mummiæ. ʒ. iiii. terantur, & cribellentur. & misceantur cum albuminē oui. item. R. olei chamæmille. ʒ. ii. bdellij. ʒ. ii. croci. ʒ. ʒ. mucillaginis seminis althææ. ʒ. ii. cum pauco ceræ fac unguentum, & sic hæc dicta sufficient.

De his quæ siccant hæmorrhoides. Rub. 7.

Ea siccant exiccantia; ut sunt balaustia, rubigo ferhedera

hedera, psidia, & huiusmodi. comburantur balau. & cortex gra. & cortex pinæ, & puluerizentur, & supponantur. frequenter exiccant in una, uel duabus noctibus. item plumbum ustum, item & est expertum applicetur primò sanguis sugæ, deinde inungatur oleo oliuarum, deinde puluerizentur cum puluere maxillarum lucij combustarum. item puluis ferruginis, uel squammæ ferri cum succo tassi barbafsi superponitur optimè. item liniantur primò melle, deinde accipiatur pullus factus ex ueretro bouis exiccato, & tasso barbasso. ana. & spargatur, & est optimum. item. R. nuce cupressi numero. x. uiridis æris. 3. iij. olei. 3. iij. ponantur ad ignem, donec comburantur, deinde puluerizentur, & superponatur cum melle, & lana succida, & totum sit benè calidum. cum in frigidari cepit, remoueat, & replicetur medicamen, & inuenietur utile. item. R. folia artemisæ, & absinthij, & terantur, & decoquantur in oleo liliorum, & calidum, quantum sustinere potest, applicetur, & continuetur per duos, uel tres dies.

Et in hac operatione exiccationis considera; quoniam aliquando sunt duræ, & ideò, ne maior sequatur durities ex puris exiccantibus; oportet, ut tu cum eis utaris etià mollioribus ex pinguedinibus, & oleis iam dictis. secundò ad uerte, q̄ talia exiccantia administrari debent, ut supposito ria, aut aliter quomodolibet, maximè, quando hæmorrhoides exiccandæ sunt ad intra, ut dictum est supra. de eis quæ do sunt occultæ. R. olei uiol. albuminis oui, adipis gallinæ, cerussæ, plumbi. ana. simul misce dolorem tollit, & eas deficcant probatum. & non mireris, si de earum passione prolixus fui; quoniam est ægritudo quasi omnibus adueniens, & tediosa multum, quare te uolui facere copiosum.

De apostematibus ani. Rub. 8.

Et, quoniam eorum quædam calida sunt, quædam frigida, & ex calidis quædam sanguinea, quædam cholericæ, ex frigidis alia phlegmatica uiscosa dura, alia melancholica, alia gypsea, prius de calidis tanquam de magis molestis determinabitur.

SIGNA demonstratiua apostematis calidi sunt dolor acutus, rubedo, & manifesta ani inflàmatio, feb. acuta satis urina intensa, frequentia pulsus, cum malo anhelitu, dolor renum, & partis posterioris ancharum, iliorum, & difficultas egestionum, & urinæ, & hæc intensiora in cholericis, quam in sanguineis, & distingue etiam inter ipsa ex parte coloris, & huiusmodi. sed secundum plurimum talia apostemata sunt cholericæ propter choleram, quæ consueuit cū fœce descendere.

Quòd, si frigidum fuerit; color, & dolor non ita fortis, neq; febris ita acuta; sed sentietur notabilis grauitas cum manifesto tumore, cum difficultate egerendi, & urinandi, & urina erit in colore remissa, turbida, pulsus paruus, debilis, & aliquando rarus, & est paruus signum, erit cum grauitate iliorum, & partis posterioris. & tu ex usu distingue inter ipsa phlegmatica, gypsea melancholica.

PROGNOSTICA. cum indebitè curantur hæc apostemata, minatur futuram fistulam; & ideò, ut supra, sis sollicitus etiam de hoc rubrica de fistula ani.

CURA. canones. tu itaq; hos canones nota, q̄ in principio apparente apostemate calido, & maximè incipiente fieri debet phlebotomia ex basilica, si uirtus, & cætera consentiunt. aut uentofatio super lumbos, super partè superiore natiu, aut hæc duo simul, si uirtus, & ætas, &c. consentiunt.

Secundus, quòd ante completam maturationem apostematis fiat eius apertio; ut non extendatur materia ad profundum, & fiat fistula.

Tertius, q̄ in cura eorum oportet prouidere cū canone generali, quia in princ. ponendo repercussiuæ, & intensiora, & remissiora secundum intensiorem doloris, & materia acuitatem, in augmento uerò miscere, & in reliquis temporibus, ut supra sæpe, & specialiter de apostemate stomachi, & hepatis; & tu ibi. & nota, quòd dictum est, & maximè incipiente; quoniam aliquando accidit successione hæmorrhoidarum, & incisione de eis facta.

Secundò nota, quòd dicta in de cura tenesmi sunt hoc loco afferenda, & necessaria, & utilia multum, & ideò, &c.

Quartus, q̄ uenter teneatur lubricus cum medicinis le-

nientibus ex cassia, & huiusmodi; ne duritie fœcum ledat anus. & quidam, ut Placentinus, suppositoria commendat ut existimo, absq; dolore imponi non possunt: & ideò per superius exhibita conuenientius procedendum. & nota qd à pharmaciis fortibus abstinendum; ne sui acutie, & multà de motis trahendo materiam multum lædant.

Et descendendo ad particularia ordinetur diætæ ex frigidis, & humidis lenientibus ex cibis, & potibus, sy. & huiusmodi. secundò fiat diuersio cum phlebotomia ex basilica, aut saluatella, ut dictum est.

Tertio in ultimis fiat eius apertio ante completam maturationem. quòd, si fuerit successione doloris, aut incisionis; teneatur locus multum mundus, ut quanto possibile est minor quantitas saniei generet, & citius, quam fieri potest incarnet. repercussiuæ autem in principio ponendo. exempla sunt. R. olei ros. 3. iij. succi plantaginis. 3. ij. ouum unum cum albumine, & rubeo. omnia simul agita & comisce. ad idem unguentum de populeon, item unguentum de cerussa absq; aceto. item. R. litargiri. 3. iij. cerussæ lotæ ter in aqua ro. 3. ij. lapidis hæmatitis. 3. i. sumach. 3. i. 5. oia terantur, & cum albumine oui, & cera alba fiat unguentum. item succus semperuiuæ, solatri, item succus plantaginis. item emplastrum factum ex pane grattulato, lacte, albumine ouorum, & oleo ros. & aliquando additur ex succis frigidis, ut sunt portulacæ, semperuiuæ, alchechengi, & est optimum solatri, & huiusmodi. aliquando additur opium, iusquam, & huiusmodi: unde recurre ad ea, quæ de tenesmonam & sessions sic frigidæ, stypticæ ibi positæ etiam sunt conuenientes & ut dictum est, eas fac tepidas, ut infra. ex quib⁹ potes facere embrocationes, & alias applicationes diuersas s̄m diuersa ingenia, ut de hæmorrhoidibus dictum est. transacto principio comisce cum resolutiuis ex repercussiuis calidis; ut chamemillam, melilotum, altheam semè lini, cœpe liliorum, & huiusmodi: aut anodina; sunt autem eis proxima: unde comendat diaquilon dissolutum, & lotu cū aqua ro. & mixtum, deinde cū oleo ro. & albumine oui. item cœpe, aut porrù elixatum, & mixtu cum cerussa, & oleo ro. & debet oleu ro. esse factum ex oliuis imaturis. tu itaq; ex his, & consimilibus commisce. & si uides, qd resoluatur; benè est: si non, desinas applicare sanguisugas; quia ipsæ fortasse eradicabunt. qd si non; intende maturationi cū malua uiscosa, aut cœpis, & butyro malua, & misce malua uiscum, aut cœpam albã cū butyro, & uitello oui, & huiusmodi. deinde, ut dictum est, cito aperias eum, deinde mundifica cum unguento apostolorum, uel farina hordei mixta cum melle, & uitellis ouorum, & abluatur locus cum uino styptico, deinde supra aspergatur thus minutum cribellatum, & consolidetur.

CURA. in facto ex cã frigida. ordinet diætæ: dentur digestiua appropriata humori: fiat euacuatio conueniens cū pharmaco, & phlebotomia ex basilica saltè in principio, que est magis diuersiua, uel post ex saphena, si uidebit. & in principio applicent styptica repercussiuæ non ita frigida. deinde procedatur ad maturationem, si opus erit, cū emplastris de terbitina, malua uiscosa, cœpis, allijs coctis, uitello ouorum, farina, scœnugræci, & seminis lini mixtis cum butyro, axungia colata, oleo de spica, de lilijs, & huiusmodi. deinde aperiat, & benè mundificet, & consolidet. & ualeat ad consolidationem maximè puluis mummia, & nucum cupressi. & si dolor infestabit; & in principio sedere potest in aqua decoctionis rerum anodinaru; ut seminis lini, chamemille, scœnugræci, absinthij, & huiusmodi, & erit utile. & ex expertis est succus scabiosæ sumptus, & emplastratus frangit, & sanat, & nasturcium aperit, & maturat. & ex his apparet, quomodo procedendum est in cura ulcerum ani nam debet fieri mundificatio cum exiccantiis fortibus prædictis in capitulo excoriationis; quamuis sit dolor ueniens ualdè in sensum loci dolorum, & conferunt ei almaram nigrum, & almaram de uiridi ære, & ponitur totum in lana super caput tentæ Auic.

De rhagadijs ani. Rub. 9.

RHAGADIAE sunt fissuræ, siue ulcerationes, siue exiccationes in circuitu ani cum dolore s̄m longitudinè absq; tumore euenientes: quarum causa s̄m plurimum est ma-

rhagades grecis nostris rimæ sedis, uel

Practica. S. o. teria

barbaris
rhagadiæ
nominat.

teria acuta, salsa, siue corrosiua ad eum locum perueniens. & dicitur fissuræ; quia fiunt absque tumore, & fissura aliquando dicitur secundum plurimum; quoniam ex aliis causis etiã contingere possunt: nam quoniam causa est mala complexio sicca contrahens partes ani. quare separant. & hæc quoniam est coniuncta malæ complexionis calidæ, aut frigidæ cum materia secundum plurimum, quoadque est ex materia fecum duritiæ, quoniam successione incisionis hæmorrhoidarum, aut nimia earum apertione, ex fluxu nimio, aut successione apostematum, aut tenesmi, aut dysentericæ, & huiusmodi, aut applicatione rei duræ; ut lapidis acuti scindētis, aut ferri, aut caustici, & huiusmodi, de quibus omnibus seriatim cura ponetur.

SIGNA demonstratiua earum sunt dolor, & ardor in ano, & inflatio loci cum fissuris apparentibus manifestè. & quod ex eis emanat, ut uenenum nigrum, uel uiride, uel nigrum foetens. & sunt aliquando cum feb. aliquadoque absque feb. quod, si fuerit à mala complexione sicca; non erit ibi humiditas, nisi pauca ualdè, & signa apparebunt siccitatis ex parte tactus. quod, si ibi aderit cum ea mala complexio calida; erunt signa caliditatis: si frigida; frigiditatis. quod, si à siccitate fecum, uel successione incisionis, aut post dysenteria aut tenesimum, aut nimium fluxum, aut post causam aliam primitiuam; statuer relationi patientis.

CVRA. canones in facta ex causa primitiua. ordinetur diætã ad contrarium ex frigidis, & hum. notis ex parte cibi & potus, de quibus. iiii. tract. secundò digeratur materia cum digestiuis cholerae, aut phlegmatis salis, de quibus. iiii. tract. tertio euacuetur cum lenitiuis euacuantibus cholerae adustam, aut phlegma salsum timendo semper acuitatem medicinae. de quibus etiam. iiii. tract. quartò procedatur cum localibus frig. & hu. item frig. & sicc. ex sicc. cataplasmatibus, embrochis, sensionibus, unguentis, cerotis, & huiusmodi; ut de hæmorrhoidibus dictum est acuitate sanguinis contingentibus. quintò mundificetur locus optimè. sextò superponatur conglutinatiua, & incarnantia, ita quod attende multum mundificationi, & citæ incarnationi; ne contingat locum infistulari. & nota, quod, si ibi aderunt crustæ; eas remoue usque ad emanationem sanguinis, deinde mundifica, & incarnatiua & conglutinatiua administra. incarnatiua autem sunt medicinae stypticæ, & exiccatiua; cuiusmodi sunt gallæ non perforatæ, balaustra, cerussa, litargirium, plumbum ustum, scoria argenti, climia semen ro. &c. facta ex his unguento, aut ceroto, & à proprietate cinis ostracorum, polypodio, cinis foliorum oliuæ. & ex compositis. R. litargiri, cerussæ, fricationis plumbi, feminis iusquiami al. ana. olei ros. quantum sufficit. fac unguentum. item, si uis; addere potes ex medulla ossium cerui, ceræ, semen ro. thutia, climia, & propter dolorem, si expedit, adde opium. ex conglutinatiuis sunt amilum, puluis molendini, & similia. item confert inunctio cum oleo de Keiri, oleo de liliis, oleo de nucleis chrysomillorum, & hmōi, maximè quoniam non adest febris, qua existente oportet te multum moderare, ut in precedentibus dictum est sæpe. similiter si non aderit apostema; nam, quoniam talia sic applicant; oportet medicum esse multum cautum, & præuisum. quidam tamen existere febre, & apate ordinata diætã faciunt phlebotomiam; si uirtus & cætera consentiunt. aut ponunt uetosas, ut supra de hæmorrhoidibus. mundificant corpus cum myrobalanis indis, citrinis, aut Kebulis, ut materia requirit, aut cum pilulis indis, foetidis, & hmōi. & digerunt, si expedit cõsequenter. deinde applicant loco unguentum de cerussa cum camphora. aliud ex eorum intentione. R. arsenici, litargiri, sulphuris, ana. ʒ. i. olei ros. ʒ. iiii. aceti. ʒ. ʒ. & fiat unguentum. & in fine aliquid camphoræ addatur. consolidat, & dolorem earum remouet; sed prius ante mundificetur locus. ista sunt fortia, nec sine earum lotionibus, & alteratione non essent ausus applicare; sed experimento chyrurgicorum stare debemus. quod, si non fuerit febris. ueniendo ad localia mundificato loco superponunt unguentum uiride apostolorum, & huiusmodi. item faciunt eos sedere in aqua decoctionis althææ, chamæ millæ, foenugraci, meliloti, & huiusmodi, & post mundificant, & applicant, ut unguentum ex oleo nucleorum perfici, in quo dissolutum est bdellium, aut emplastrum, & ex oleo ros. nitellis ouorum, farina hordei, & huiusmodi,

E laudatur maximè unguentum de cerussa cum plumbo usto, & nitellis ouorum assatorum, oleo ros. & camphora.

CVRA. in factis à mala complexione sicca, & calida materia rescindatur, & ordinetur diætã, ut decet ex humidis brodialibus, & huiusmodi. fiant sensiones in rebus humectantibus, applicentur emplastra humectantia in oleis, adipibus iam pauloante nominatis, & unguenta, & huiusmodi, fomentationes, embrochationes.

CVRA. in facta à fecum duritiæ studeat mollificationi earum, deinde procedatur cum mundificatiuis, & cum eisdem, si fiunt successione scissionis, uel incisionis apertione apatis.

CVRA. si fuerit ex tenesmo, dysenteria, & huiusmodi, habitis prius meti canonibus generalibus ex nominatis procedere cum incarnatiuis, conglutinatiuis, & suppositorijs incarnantibus, & hmōi, de quibus in rubr. de hæmorrhoidibus, & supra de tenesmo dictum est: & tu ibi; hæc. n. cura magis est chirurgicalis, quam physicalis; ideo leuiter pertransiui.

De mollificatione ani. Rub. 10.

F **MOLLIFICATIO** ani est, eius paralyticatio, qua egestiones inuoluntariæ egrediuntur. cuius causa secundum plurimum est mala complexio frigida, & humida in lacertis ani imbibita. & dicitur secundum plurimum; quoniam ab alijs causis potest contingere ut ab humiditate coniuncta imbibita calori facienti ipsam melius penetrare. & differt hæc à posteriori; quia in ista sentitur mordicatio, & punctura, & caliditas. item à casu super rem duram; ut est lapis. unde nerui quasi cõteruntur, iam rumpunt, & fit subito, & ei non est curatio. similiter dislocatione, aut incisione hæmorrhoidarum, aut lacertorum, ut infra de fistula; & huic non est cura. aut auersione nimia ipsius intestini. quandoque fit sessio longa super rem frigidam, aut in aqua frigida, & huiusmodi. & etiam reperitur quædam sine sensu, & quædam cum sensu, & est incolumior. & signa eius, quæ est à frigiditate; satis nota sunt. & antequam ad canones perueniam; scito, quod hæc passio turpis, & difficilis cura, & apta ualde ledere inhonesti accidentis. propter quod esto sollicitus, & diligens in eius remotione; quod fit magis cum localibus, quam cum uniuersalibus; quæ tamen non debes ommittere.

G **CVRA.** canones. ordinatio diætæ ad contrarium causæ ex calidis siccis, & alijs, ut exigit dispositio. idigestio materiae, euacuatio eiusdem. quibus perficiuntur hi, habes supra iiii. tract. & pro his ibi. ultimus est humoris imbibiti resolutio, absterfio, & exiccatio, siue malæ complexionis remotio. quod, si fuerit ex fractura neruorum, attritione eorum & hmōi, ut supra; curam non recipit. & hic ultimus canon cõpletur sensionibus, clysteribus, lotionibus, emplastris, unguentis, & pluribus hmōi. sedeat in aqua, uel uino styptico decoctionis sauinæ, costi, nucis cupressi, spicæ, squinantia, saluiæ, acori, calameti, absinthii, stocados, & hmōi. & hoc causa existente frigida tamen. quod, si fuerit cum humiditate iuncta caliditas; sedeat in aqua decoctionis balaustræ, ros. myrtillorum, adiungendo ex calidis, ut uidebitur etiam propter membri complexionem. & post istas sensiones inungatur ex unguentis sibi proportionatis; ut in prima cum unguentis ex rebus calidis, in secunda ex frigidis rebus cum calidis, ut decebit; uerbi gratia, de primo. R. olei de spica. ʒ. i. de castoreo. ʒ. ʒ. de euphorbio. ʒ. ii. nucum cupressi. ʒ. i. ceræ &c. fac unguentum. exemplum secundum. R. olei de absynthio, de myrto, ros. ana. ʒ. i. spicæ. ʒ. i. seminum ro. ʒ. i. ceræ modicum fac unguentum: & de consimilibus habes supra. ii. cap. de paralyfi: & tu ibi. si uerò fuerit ex dislocatione, casu, & huiusmodi; reducatur, & attendatur causis ut expedit; exquirèdis suis capitulis dictis, & dicèdis. clysteria fiant ex aquis maris, aluminosis cum agarico, serapino, hieris magnis, oleo rutaceo & huiusmodi, de quibus supra allegato loco. ex consimilibus fieri possunt lauacra, cerotaria, unguenta, & huiusmodi: & tu compone. cassia lignea decoquatur, & in modum enchatismatis superponatur. ad idem enchatisma ex sauina. & quonia quæ dicentur in sequenti rub. conueniunt in hoc loco, hinc à multa remediorum narratione supersedeo.

De egressione ani. Rub. 11.

H **ET, LICET** multi doctores unum faciant capitulum de egressione ani, & mollificatione eius; tamè, ut ducè sequar;

quar; duas scripsit rubricas distinguēs aliquantulum inter unā dispositionē, & aliā, dato, q̄ in remediis satis cōueniant, p̄pter quōd consueuerunt unū facere capitulū. egressio ani non est aliud q̄ eius exitus ad exteriora, aut propter mollificationem contingentem in lacerto constringente anum, & mouente ipsum ad superiora: de quo in principio capituli dictū fuit. & non accidit longaoni egredi, nisi propter ipsius laxitatē. Auic. alleg. loco: aut propter ap̄a sui grauitate etiā trahens intestinum ad inferiora. potest etiā cōtingere casu, uel percussione, dislocatione spondilis, & hmōi, ut in præcedenti rubrica de mollificatione eius dictū fuit. egreditur nanq; anus quandoq; parum, quandoque multū ad quantitatem palmi, quandoque cum uoluntate, quandoq; præter uoluntatem, & est magis malum. Hæc autem passio, ut dictū est de mollificatione, est turpis, uerecunda, & nisi diligens cura adhibeatur; fit quasi impossibilis cura, maximè quando ueterascit; nam ex se difficilis curæ existit, propter quōd sollicita, & scito, q̄ curatio redeuntis facilius est curatione apostemosi, qui non redit.

C V R A. canones consimiles seruentur, saltē uniuersales, ut de eius mollificatione dictū fuit: & particulares cōsimiliter iuxta particulares causas eius. in ea uerò, quæ est ex apostemate, si ætas, & cætera consentiunt, phlebotomia ex uena, quæ est sub talo pedis, & diuersua & saluatella, si uidebitur fm̄ plethoriam maiorem, aut minorem, aut sanguinis abundantiam. item aut uentosas super musculos dorsi, ut supra de hemorrhoidibus. secundò mollificetur cum mollificantibus anodinis toties, ut eius reingressio sequatur. tertio admixtrentur styptica, confortatiua, retinentia intestinum sursum in loco suo. completur intentio secundò & suapte magis cum sensionibus ad hoc; licet emplastris, cerotis, suffumigiis, & huiusmodi etiam compleri possit. sēnsio. R̄. florū cham. anethi, melliloti, radicis althææ, ana. decoquantur in aqua, in qua actu calida sedeat patiens. deinde inungatur cum unguento facto ex oleo ro. chamæ millæ, & anethi, & modico ceræ, & tunc queratur eius introductio, quæ si fieri poterit; benè: si non; iterum sedeat in aqua prædicta calida, deinde ungetur, deinde tentetur eius introductio, & sic reiteretur, donec fiat eius introductio. qua facta inungatur locus cum oleo ros. de chamæ milla, & huiusmodi. & aspergatur puluere constrictiuo facto ex galis, balauistiis, myrto, absynthio, cupulis glandium, aluminis zuccharini, antimonii, cerussæ, & huiusmodi. & quidam cum fascia, & petiis ligant intestinum sic ingressum inunctum, & puluerizatum. & stet patiens in lecto cum ano eleuato. quidam student cum uentosa posita in alchatim reducere ipsum, & dicunt, q̄ reducet; sed ante eius reductionem lauant cum uino styptico, calido: & reducto puluerizant cum puluere thuris, litargirij, & aliarum rerum notatarum componendo, ut res exigit, & pro his sensionibus recurre ad ea, quæ de tenes. posita sunt. puluis cornu cerui usti post eius reductionem, & abluitionem cum uino styptico ualet multum. ad idem expertum. R̄. carabe, cornu cerui usti, balauisti. thuris, antimonii, acaciæ, terantur, & puluerizentur super anum, umbilicum, & renes cū uitello ouorum, & oleo de myrto. item ualet fumus receptus ex aceto asperso super lapidē molarē calefactum, siue ignitum, item fumus colophonix, thuris, corticum pinearum. itē Rec. florū tapsi barbalsi, gallarum, cerussæ de plumbo, acaciæ, barbæ hircinæ, corticis pini, thuris, myrrhæ. ana. puluerizentur. & post eius lotionem, & introductionem super aspergatur puluis hic. & est Gal. & sis attentus, si adest feb. aut non; quoniam potes, & debes calidioribus, & remissè calidis uti, & infrigidantibus, ut ipsa exigit dispositio.

C V R A. in ea, quæ est rōne nimix humiditatis fluentis ad anū, seruent uniuersalia ex parte cibi, & pot̄, & aliarū rerum, digestionē, eūone, & hmōi, si expedit. quartò ad localia ueniendum proportionaliter, ut actū est supra de mollificatione. fiant sensiones cum rebus stypticis, calidis aut frigidis, & frigidis, & calidis simul; ut cum costo, faba, storace, hypoquistidos, balauistia, nucē cupressi, mastice, thuræ, gallis, sumach. ana. & fiant pilulæ. suffumigatio facta cū spolio serpentum est optima. ad idem facta cū bdellio, & capparibus, & est conferens ualdè.

A C V R A. in facta ex dislocatione, aut paralyfi, lacerti facta incisione; aut casu non curatur, ut dictum est; sed benè potest ex medicinis blandiri.

De pruritu ani. Rub. 12.

P R U R I T U S ani causa est aut uermis in extremitate intestini existēs, aut ulcera sordida, aut humor cholericus falsus, uel adustus. & de his omnibus signa demonstratiua dicta sunt propriis rubricis; nam his consueuerunt uenire ardor in loco, punctura, feruor, adustio.

C V R A eius, quæ est ex uermibus, iam dicta est: & similiter, quæ est ex ulceribus, cura dicta est de rhagadiis.

C V R A. in eo qui est à malitia humoris acuti deriuantis ad locum canones ordinatio diæte, quæ debet ordinari ad contrarium causæ, digestio, euacuatio. cum quibus perficiuntur hi canones, habes supra. iiii. tract. & licet diuersio uideretur conueniens; tamen per uias urinæ non est facienda, dubitando de excoriatione uesicæ, quæ esset deterior dispositio. quartus est materiæ fluxæ absterfio, & resolutio. completur hic quartus cum sensionibus in aqua decoctionis fumiterræ, maluarum, uiolarum, acetosæ, meliloti, granorum lupinorum, lapacii, & huiusmodi. resolutio uerò fiat cum unguentis ad scabiem cum rebus resolutiuis, & exiccatiuis. ut. Recip. axungie porci liquefactæ. ʒ. ii. cerussæ lotæ. ʒ. i. litargiri. ʒ. i. sulphuris. ʒ. ii. olei laurini. ʒ. i. acetum parum, & cum modico ceræ fac unguentum. item unguentum factum ex terebentina, uitellis ouorū, butyro, & modico salis benè triti & sic de aliis. & rob cum aceto uini est iuuatiuum ualdè. Auic. item nota, quōd ad remouendam materiam etiam retentam, & non de nouo fluxam oportet te procedere cum enematibus, suppositoriis, & aliis, ut in de tenesmo dictum: & tu ibi.

De fistulis ani. Rub. 13.

F I S T U L A ani est ulcus sordidum interius latum, & exterius strictum cum callositate quadā apud ipsum contingens. Cuius causa est materia uirulenta, aut apostema, aut inepta hæmorrhoidarum cura, & huiusmodi consecuta, aut ad ipsum longaonem defluxa, quæ talis fm̄ plurimū consueuit esse melancholia adusta, ut Placentinus. Et harum quædam sunt non penetrantes, quia non peruenientes usq; ad intestinum: & quædam sunt penetrantes, quia peruenientes usque ad intestinum, & ultra. unde & intestinum est perforatum; & tunc egreditur foex per illam fistulam. quandoque penetrat usq; ad uesicam; quia ultra medietatem uirgæ & tunc egreditur urina, & huic non est spes curæ, quandoque usq; ad os coxæ quandoq; usq; ad nodum anchæ, & horum omnium signa dicentur.

S I G N A. demonstratiua fistulæ penetrantis; quia egreditur stercus, & uentositas per foramen fistulæ manifestè; & hæc chirurgico manifestatur. cum imposuerit in os fistulæ tentam subtilem plumbi, & cum ea tentauerit fistulam cū discretionē; tunc inueniet fistulam profundari usque ad longaonem: & hoc posito digito prius in ano, ad quem debet peruenire cuspis tentæ eius. non penetrantis signa; quia nec stercus, nec uentositas per os fistulæ egredi percipitur neque manifestè, neq; occultè; sed inuenit tentā plumbeam profundari, ut in penetrante. & , antequam ponatur canones; scito, q̄ fistulæ ani ut plurimum negligentia infirmorum generantur; quoniam locus turpis est tactu, & opere; ad quæ sequitur tumor, cura neglecta: unde, cum continuè fluat humiditas mala, & nō debite purgetur locus; ex non fistuloso efficitur fistulosum. sint ergo infirmi solliciti, & benè soluentes, ut medicus cum aculeo aureo curet; ne tale horridum uulnus incurrant.

C V R A E. canones. istæ itaq; sic penetrantes multum usque ad uirgam, & ad os coxæ, nodum anchæ, & cætera, non sunt curabiles, nec de eis te intromittas; ut quidam stolidi, & imperiti faciunt. de aliis autē penetrantibus, & prope anum te securè intromittere poteris; sicut pluries meis uidi diebus mecum cooperante chirurgico Antonio Ianuensi. & dabitur modus in non penetrante. canones. primus sollicita earum curæ; ne ex non penetrantibus fiant penetrantes, secundus est ordinatio diæte, tertius digestio materiæ. quartus euacuatio eiusdem. hi canones perficiuntur cum iam dictis, tertio, & quarto canone, ut supra.

prà saepe nam, cum materia est facta acuta; oportet uti remittentibus acuitatem, & ab acutis se custodire. quintus est absterfio, mundificatio putredinis, seu carnis corruptæ remotio. sextus est bonæ carnis loco callosæ, & corruptæ regeneratio. septimus est accidens corrigere, quod est dolor inde contingens. perficitur itaq; quintus cum mundificatiuis; ut cum aqua mellis, melle ro. ex eo tenta intincta. item cum tenta balneata in uino tepido, sic tepida melius mundificat, & abstergit. deinde administrentur, quæ putredinem, & carnem corruptam remouent; ut sunt medicamina acuta; ut unguentum ceraseos. Mes. magnum, unguentum uiride, unguentum nigrum, unguentum ægyptiacum, pul. asphodillorum aristolochiæ, & huiusmodi. medicamē nobile ad hoc. R. aloes, thuris, sarcocollæ, sanguis. drac. balauftiarum, antimonii, aluminis, zuch. ana. ʒ. ʒ. florum extremi. ʒ. i. fiant ex eis sief cum succo fumiterræ, & indurari permittantur, & cum necesse fuerit, ponatur uinum in fistula, & continuetur omni die usq; ad duodecim dies. de proprietate mundificat, & consolidat etiam lachrymalē unde reuideas, quæ scripta sunt suprā. iii. cap. de fistula lachrymali: & erit utile. scribitur, quod idem operatur radix gentiane intus posita, & attentata. hæc autem fistula etiam cauterizari potest, & melius est cauterium actuale, licet et cum potenciali fieri posset: omnem enim malam membri dispositionem rectificat, & materias corruptas resoluit; in quo est expeditio, & salus. uera est tamen Aui. scientia hic & alibi; ut à faciliori inchoetur; sed certè raro cōsequitur ex his leuibus honor: & tu considera. sextus completur ex his, quæ carnem generant. & ex expertis est caudā equina, aloes simplex puluerizatus. item cortex thuris, puluis gallæ, balauftia, aristolochia & huiusmodi, de quibus suprā de fistula lachrymali. mitigatur autem dolor cum butyro, & oleo ro. aliquando sunt necessaria opiata mixta cum anodinis, de quibus saepe suprā.

C V R A. in penetrantibus seruentur canones sui ex parte diætæ, digestionis, euacuationis, & mundificationis, siue absterfionis, & in non penetrante. deinde procedatur ad remotionem carnis corruptæ, & nouæ regenerationē. & hic modus curæ fit multipliciter. quidam cum unguentis iam dictis ceraseos, &c. tentant mortificare eam, quam prius mundificant cū instrumento dicto Bulzarolo, in quo ponunt aquam mellis, uel aquam aluminosam. deinde procedunt ad incarnantia, & hi certè parū proficiunt, & meo tempore perferunt. & quia hic modus fit cum impositione tentæ; scito, quod ligari debet cum filo in eius extremitate; ut extrahi possit ad libitum; quoniam intincta est rebus acutis inducentibus dolorem. & ideò, cum dolor fit intolerabilis, extrahatur, & mitigetur dolor, ut suprā. deinde reiteret. & quia hic modus non placet; summam p. transiui. Secundus modus & uidetur esse Aui. hoc loco in tromittatur stylus plumbeus in fistulam, in cuius extremitate perforata; ut est acus, fit anodatum filum fericum, aut de fetis, & tunc prematur ad superiora digito inūcto oleo in anum intromisso; ut caput styli capiatur, & tunc caput styli obtorqueatur ad extra, & trahatur; ut cum eo filo caput exeat. deinde ligetur capita fili adinuicem fortiter cōprimendo, & constringendo. & sic procedatur de die in diem ad ulteriorem compressionem, donec totum scindatur, & interim cum acutis unguentis iuuantibus procedatur. quòd, si dolor, spasmus, aut syncopis accideret; remoueatur tenta cum fetis, & sedetur accidens, deinde reiteretur. & postremò procedatur cum glutinantibus incarnatiuis; quamuis ex se consolidaretur. hic modus nō est in usu, & certè credo, est tediōsus ualdè. quem, ut existimo, nullus sufferret; & tu considera; dolor nimis longus est aptus spasmus causare. alius modus, ut ligetur cum filo locus fistulæ ut dictum est, cum filo satis grosso, & non fiat compressio fortis; sed leuis ualdè. deinde cum uno digito trahatur sursum, uel deorsum, uel ad latus secundum situm fistulæ, deinde cum alia manu procedatur, aut cū falce, aut cum rasorio secundum incessum fili incidendo totum, donec filū sit liberatum. deinde pro ea die, & forte sequenti pone repercussiuā ex albumine oui, pulueribus constrictiuis, deinde procedere cum acutis remouentibus callositatem, ut

E suprā, & postea cum incarnatiuis. alij in principio procedunt cum cauteriis potentialibus discooperiendo usq; ad fundum intestini, ut dictum est. alius modus, & securus, & expeditus, est, ut, cum peruenis ad fistulam penetrantem seruatis uniuersalibus, ut suprā, q̄ intromittas extremitatē instrumenti, cuius figuram hic ponam, quam cum digito in anum immisso percipies, eamq; obtorquebis ad exteriora, & impetuose, & fortiter trahes usq; ad scissionē totius spatii occupati per fistulam, & tunc pones repercussiuā, ut suprā. deinde caustico utere ad remotionem carnis canceræ, quia nihil melius, & procede modò cum unguentis iā dictis, modò cum caustico, ut uidebitur expedire. sed prius utere eis unguentis, & cum non sufficiunt; utere caustico. deinde procedere ad incarnantia. & certè hic modus uerus est, & pluries expertus, & ego testis.

F Instrumentum debet esse talis figuræ, ista extremitas debet esse subtilis & ferrea flexibilis ita, quòd magister faciens eum nō debet ipsum accelerare, siue chalybeare, nec aliquo temperare, ut sit dura; sed flexibilis ualde remaneat reliqua pars lata debet esse benè chalybeata, aut contemperata, ut sunt rasoria, & alia instrumenta benè incidentia & debet optimè incidere, ut rasorium. & quia opus est restauratum: uolui hæc pauca uobis sufficere.

PONENTVR hic quædam utilia primò, deinde dubitabit quia aloë uisus est sic absolutè blasphemari in hæmorrhoidibus: quòd id intelligendum est in earum fluxu; sed ubi cōstrictæ sint, laudandus est; aperit enim uenarum orificia: de myrobalanis autem econtrā asserendum. secundò, ut aliàs gallæ, sumach, & huiusmodi styptica frigida, & si ano sua frigiditate noceat; conferunt tamē exiccando in exitu lōgaonis præcipuè q̄n cū nuce cupressi, mastice, thure, & huiusmodi calidis commiscuntur. propter quòd aduerte, q̄ superflua frigiditas, & fortis paralyticans nocet lōgaoni, temperata desiccans, & coartans est conueniens. unde secundum diuersos gradus nocet, & prodest, ut sensui est manifestum. item nota, propter Aphor. xi. sextæ particulæ. dicit textus, ut infrā phreneticis, quia cum ex hæmorrhoidibus euacuetur sanguis melancholicus; non uidetur phrenesi conferre, cum talis sit cholera. propter quòd scito, q̄ per hæmorrhoidas sanguis euacuatur melancholicus, de cuius natura est deorsum descendere; cholera autē sursum, & ideò per ipsas non conuenienter euacuatur. & si conferunt, hoc est pro quanto euacuatur materia in uenis contēta apta fouere phrenesim. de phlegmate autem dicendum, q̄ abundat magis in intestinis, quàm in uenis superfluat, & non per uenas natura ipsum purgat; sanguis autem utilis à membris trahitur per nutrimentum; melancholicum autē, seu fœculentum ad extra per inferiora natura ipsa transmittit. q̄, & licet in mulieribus sanguis menstruus, & grossus egrediatur; nihilominus reperiuntur mulieres fluxum hæmorrhoidale patiētes, per quas sanguinem magis grossum, & impurum transmittit natura multo sanguine onerata. nota, q̄ causa periodicationis sanguinis hæmorrhoidalis est; quoniam natura ex illo, uel ex parte eius se iuuare potest. & ideò ipsum retinet, ut potest; quia non sic continuè uel omni die emittit; non autem sic est de aliis superfluitatibus, ut sunt egestiones, urina, & huiusmodi, quibus nullum; uel quasi nullum potest recipere iuuamentū, quas omni die emittit. & ex isto potest reddi causa periodicationis fluxus hepatici. item quid dicendum, quare non retinent fœces, aut urina, & tu considera. item scito, q̄ hæc passio est amica iudæorum propter tria: primò in complexione sunt melancholici, secundò quia occisio, tertio ex ultione diuina iuxta illud. Percussit eos in posteriora dorsi opprobrium sempiternum dedit eis.

D V B I A.

DUBITATUR, utrum hæmorrhoides sint res naturales. quòd sic; quia est operatio naturæ naturaliter operantis. quòd non, sexto de accidenti, & morbo, omnis fluxus sanguinis est præter naturam excepto menstrualis. dicendū quòd aliquid esse naturale potest intelligi dupliciter, ut pposito pertinet: primò, quia à natura fit naturaliter operante.

rante. secundo quia ordinatum a natura in speciei, aut individui conseruatione. est itaque hic fluxus naturalis primo modo, & non secundo. & absolute dicitur praeter naturam, quia fit a natura coacta a re praeter naturam; quia a sanguine superfluo, & nocitur: nam in homine debite sano non reperitur hic sanguis melancholicus; sed bene menstrualis in muliere quatumcunq; sana. & in hoc considera, si inuicem intemperatissima, quia dubietatem habet.

APHORISMI.

Ex.vi. Sectione.xi. Aphor.

Atra bile uexatis, & renum passionibus haemorrhoides superuenientes bonum.

xii. Aphor.

A diuturnis sanato haemorrhoidibus, si una non seruetur, periculum est aquam intercutem, uel tabem aduenire.

xxi. Aphor.

In infanientibus, si uariolas, uel haemorrhoides superuerint; insaniae solutio.

ARGUMENTVM IN CAP. XVIII.

RENVM dispositiones sunt debilitas, & oppilatio, uentositas, dolor, lapis, apostema, ulcus, & scabies. debilitas renum est eorum actio diminuta: cuius causa aut est mala complexio, extenuatio, & colatorij dilatatio. oppilatio est triplex, ac uarijs de causis euenit. uentositas uero cum sit crassa gignit in renes dolorem extensiuum atque grauedinem extendendo colatorium. sed causa doloris eorum est aut mala complexio, aut solutio continuitatis, aut utraque. lapis uero renalis est, qui per asationem materiae grossae uiscae cum aquositate ad renes transmissa, uel saniosa, uel ulcerosa in eis congenita ad indurationem perducitur. sed renum apostema est collectio alicuius humorum. id multoties euenit ob lumborum structuram. per ulcus quidem renum intelligitur eorum continui solutio cum deperditione substantiae. causa est eadem, quae aliorum membrorum esse consueuit. rerum scabies in renis est bothor ipsa, quae apparet in superficie eorum ex humoribus cholericis, & baurachijs genita.

De dispositionibus renum.

De descriptione anatomia, & complexione renu, & de canonibus uniuersalibus in cura eorum, & de iuuantibus, & nocentibus eis, & de signis complexionum eorum. Rubrica. i.

Renes sunt membra duo; carnea, colore subrubea; oblonga, dura, pannelo dante sensum inuoluta, in partibus suis diuisa, difformiter situata. in quorum concauitate panniculus colatorium dictus contextitur in excolationem aquositatis sanguinis superfluae a natura productae, quandoq; spondilibus post duodecimam spondilem alligata. oblongos creauit eos natura propter foramina duo, quae ad ipsos terminantur; nam in parte superiori uersus hepar terminatur ramus uenae chylis dictus emulgēs, per quem forma specificata retrahit aquositatem concurrēte expulsiua hepatis. in parte autē inferiori terminatur orificiū porii uiridis, per quem aquositas transit, & descendit in uescicam. duos fecit eos; ne acuitate urinae ad eos quasi continue fluentis laederentur. Habent panniculum inuoluentem neruis a cerebro uenientibus cōtextum, propter quod in eorum passione laeditur cerebrum ipsum. unde hic panniculus eos lumbis alligat: a quo, uel si sint plures, a quibus duo colla gracilia dura exanguia pori uirides dicta tenduntur in uescicam differentia. lxxxvi. sunt diuisi, ut patet ad sensum: nam magna est necessitas mundandi sanguinem ab aquositate tali; quoniam, si non mundaretur; remaneret inconueniens nutrimentum membris; quare membra eum respuerent. & hoc modo causatur hydrops, ut supra de hydrope. & ideo, ne contingente laesione in una parte eo-

Aru laederetur totum; diuisi fuerunt propter necessitate dicta, & propter consimilem ratione natura duos constituit etiā, ut tanta aquositas ex ipsis duobus melius attrahatur. est & ren dexter altior sinistro, eod, quod dexter est propinquus hepatis ita, ut uideatur tangere pennula eius: & hoc ut melior fiat attractio, quae aliis partibus melius fit ipso existente propinquo; & ut ad remotiora perueniat, attractū est positū sinistrū in parte inferiori. alitur, quoniam qui est in sinistro, descendit cum splene ad inferiora. in medio est eius concauitas, ad quam continue peruenit aquositas, in qua concauitate est panniculus rarus, qui est uenas emulgēs dictum colatorium: & inde purgatur sanguis, qui peruenit usque ad renes pro eorum nutritiōe ab ipsa aquositate: nam ita defusus est, ut per ipsum naturaliter dispositum sanguis transire non potest; sed bene ipsa aquositas. ex quo apparet causa, quare aliquando urina est, sicut lotura carnis; sed etiā ex debilitate discretiuae hepatis hoc idē contingere posset; considera. reliqua patent. & ex his expedita sunt tria; anatomia scilicet renum, ipsorum descriptio, ac tertio eorum complexio.

BANTE QUAM ad curam ipsorum peruenias; oportet quaedam utilia praambula discurrere: quorum primum est, quod ignorare non debes, quod nisi subito succurratur dispositionibus malis renu prauae inde oriuntur in eis aegritudines; propterea quia ad eos perueniunt ex multis locis superfluitates multae; quia cum membris multis colligantia habent. unde & quandoq; uidimus materiam pleuritis per uias renu expelli, similiter materiam catarrhalē, maxime autem cum aquositate, quae continue, uel quasi continue fluit ad eos secū portas de humoribus, & superfluitatibus aliorum membrorum, ut apparet in fundo, & in hypostasibus urinarum. & quia sunt durae, & compactae substantiae, cum penetrant difficulter remouentur: & ideo, cum inueterantur tardē, & malē sanant: ad quod concurrunt; quia medicamina etiam eis malē applicari possunt; quia sunt membra remota ab his, quae per os sumuntur. & si per inferius administrantur localia; etiam reperiuntur multa intermedia impediētia eorum debitam applicationem, & specialiter ulcera in eis malē sanantur. ex his uide, quam regulariter operatur, qui dant in cibis infirmorum diuretica. et iuxta hoc nota hos canones.

CPrimus, quod curandus a dispositione renum debet esse debite purgatus, & mudatus: debetq; esse moderati cibi, & potus, ut si possibile est, nulla superfluitas in eo multiplicet; ne simul cum medicinis renu, quae administrantur, haec ad renes moueantur ipsos mala complexione, aut compositione, laedentes.

Secundus, quod talis pro cuius liberatione, si uirtus & cōsentiunt, debet quotidiana uti euacuatione propter quotidianam superfluitatum multiplicationem.

Tertius, quod si stomachus patitur; fiat frequenter uomitus; quoniam haec ē euacuatio diuersiua melior priori; sed debet medicus in hoc prudentia uti. considera.

Quartus, quod medicinae renales cōueniētiore sunt in substantia liquida; quia melius influunt, & penetrant.

Quintus, quod cum istis semp misceat aliquid hepatis confortatiuū, ne ex eorum aut frigiditate, aut fluxibilitate laedat.

Sextus, quod coitus super omnia maxime uitetur, & specialiter in uiris: hic tamen canon moderationē habere debet: ex multis contingentijs, quas per te considera.

DSeptimus, quod assumi debet ieiuno stomacho, & post euacuationē medicinae diureticae, post quā assumptionē debet stare patiens ad minus tribus horis; si fuerunt liquida: si solida, plus iuxta earum soliditatem, & duritiem.

Octauus, quod administratio diureticorum; cum eorum fortior quae sit operatio, cōueniētiore est in balneo, uel post balneū.

Nonus, quod diuretica solida debent uenire per renes debet esse subtiliter puluerizata, & cribellata cum liquore bene cōmixta facta in eo residentia longa, & saepe cōmixta.

Decimus, quod post eorum exhibitionem per tempus parum debent renes calescere cum emplastris, aut sacellis, aut unctiōibus trahentibus.

Vndecimus, quod diuretica alēbicata, aut per decoctionem data sunt meliora.

Duodecimus, quod uasa aerea blasphemant. quare aut collocatione medicamina, aut reponendo cibum euitentur.

Tertiusedecimus, quod cauterium, quod continue teneatur

apertum, ut fiat diuersio, optimū est: de quo infra. Quartusdecimus, quod portiones, quæ dan- tur in alijs dispositionibus propter longitudinem uis. & ex his inferunt, quod omnia aquosa in se habentia grossitie, & turbulenti- am sunt eis nociua; quia aquosa ad eos ueniunt, & sua grossitie, & turbulenti- a oppilant; ut aqua turbida, uinum nouum, grossum, turbidum, stypticum multum, aqua lumi- nosa, item & grossa & uiscosa cum subtiliatiuis mixta, ex quo inferunt, quod irregulariter, & cætera miscentes diureti- ca cum cibis. item caseus, pastilicia & hmōi, item omnia corrosiua, omnia uehemēter aperitiua; ut cantharides. oīs collectio humoralis membrorū superiorū, & uicinarum; ut intestinorum. item nimia uentris solutio, tenesmus, & hmōi; nimium enim renes concutiunt. itē omnis crapula, omnis retētio fœcum, coitus, post cibum præcipuē, omnis laboriosa fatigatio, uel deambulatio, uel statio, & per opposi- tum discurre de iuuantibus, siue conferentibus; ut abstinere ab his, quæ dicta sunt &c. de his specialibus infra.

SIGNA demonstratiua, quia de eorū complexione facta est mentio, hic ipsius signa hic aggregabo: quæ ad curan- das eorum ægri- tudines non parum proficiunt. sed scito quod in paucis libris Auic. reperitur capitulum de dispositioni- bus eorum; ut etiam Gentilis recitat.

Signa caliditatis renū est rubedo, & tinctura urinæ: nā rubedo est gradus, supra citrinū, & quidā glossator inquit, non posse tingi à caliditate renum, & dat exemplū de aqua bulliente in lebere, quæ tñ non tingit. secundū est priuatio pinguedinis circa renes, & circa totum corpus: nā pin- guedo a frigiditate generatur saltem completiue. tertium est perceptio caliditatis ad tactum. quartū frequens euen- tus apostematis in ipsis, & maximē calidorum; nam calidi- tas est causa attractionis. quintum appetitus ad coitū; cali- ditas aut renum cōmunicata est uasis spermatis. unde per ipsam trahūt materiā pro generatione spermatis, & incitat ualdē. item quia materia est acuta ex caliditate ipsa magis stimulat. sextum quia tales sunt sitibundi; quoniam cali- ditas illa stomacho communicata nō solum fundo; sed etiā ori stomachi est causa exiccationis humidi roridi. itē quia frigidis iuuatur, item sentit aliqualem dolorē; licet remis- sum interpollatē. item multiplicatio urinæ, & in die, & in nocte. uidi unum, qui ex caliditate renum intēsa etiam per- potum à siti non relinquebatur.

Signa frigiditatis renum discoloratio totius corporis, & albedo in urina, & idē per cōtrariū dicta de caliditate. secundū paucitas coitus, & idē quia frigiditas illa testicu- culis communicatur, & per consequens non attrahitur ma- teria multa. tertium est eorum debilitas, cuius signa dicen- tur in sequenti rub. quartum euentus ægri- tudinum chroni- carum in eis; quia frigiditas congregat. quintum, quia nocetur à frigidis, & iuuatur à calidis.

De debilitate renum, & oppilatione. *ibi Rub. 2.*

DEBILITAS renū est eorū actio diminuta: cuius cau- sa ut Aui. hic sequar, est triplex; mala complexio, extenua- tio, & eorum uiarum, seu colatorij dilatatio: nam & licet apostema, ulcera, oppilationes, & huiusmodi debilitatē cau- sare possint; de his tamen hic nihil, cum speciales de eis ru- bricæ scribent. mala autem complexio, & calida resoluens spiritus, & eorum substantiam frigidam reddēs eorū calo- ris causa esse potest. extenuatio, de qua hic intelligitur, est illa, qua extenuati sunt renes, quo ad eorum substantiā, quæ cōsecuta est consumptionē humidi cābij; sicut in hectica. & hic aduerte, quod tam debilitas cōsequens malā cōplexio- nē fixā, quā illa, quæ consequit hāc extenuationē, est diffi- cilis curæ. & idē raro curantur, qui lōgo tēpore passi sunt renum debilitatē. propter quod sis cautus intromittēdo te in tali cura: usq; modo nullū uidi curatum ex diuturna eorū debilitate. ubi autem fuerit siens, siue dependens, & non chronica; facilis. propter quod & iterū replico, cautus sis, & prudens, dilatatio autem meatuum causa est debilita- tis eorum; quā ob dilatationem transit, & non retinetur sanguis, qui uenit cum urina ad nutriendum eos, ut supra. & hanc dilatationem sequitur debilitas, quæ est in poten- tia separādi sanguinem ab urina, & sic est debilitas. seque-

Cambiu est fictitiu Auicennæ nomen, ut retulit il- lius inter- pres, unū ex secun- dis illis quatuor (quos ip- se sic com- mēt est) hioribus ostēdens,

Estratiuæ uirtutis eorum, & hanc debilitationem Auicenn. uo- cauit debilitatem propriam: inquit, & est debilitas propria eis ambobus. & in de cura debilitatis uerē, & certē multas expressit causas. prima est frequēs coitus de quo in dubijs. secunda multitudo administrationis stupefacientium. sed di- ces hæc est præter rationem; quia talia cōstringunt. propter quod nota, quod talia constipant uias, & prohibent transitū aquositatis, qua de re detenta cum amplius remanere non possit propter suam multitudinem dilatat. tertia est urinæ multitu- do, quæ, nisi colatorium dilatetur exire non potest, & tunc sua caliditate, & acuitate renes etiā debilitat. qua- rta est equitatio plurima, & duri motus: nā in tali motu mul- tum laborāt renes in motu agitatio uersum, & deorsum fa- cto: unde sic sæpe meatus aperiuntur. unde accidit multis, ut uidi, & in me, quod quāq; post talem equitationē urinā quasi sanguineā mingant. ad hoc concurrat caliditas ex motu cau- sata ad uiarum apertionē iuuans, propter quod, ut supra, san- guis cum urina egredit. quinta est percussio in renibus fa- cta, ad quā sequit̄ continuitatis solutio. sexta est frequens ascellatio; ut in dysenteria, tenesmo, & hmōi, ex qua fit for- tis cōpressio, ad quā sequit̄ renum dilatatio, ut patet ad sen- sum. septima est peditiua ambulatio; quæ ex ea supflue cale- fiunt. octaua est oīs labor renibus adueniēs; ut eleuatio pō- deris magni: unde renes in eius eleuatione laborant, & di- latantur. ex his patet primò, quare saltatores, & hmōi renes habēt debiles: & tu cōsidera. secundò inferri potest causa, quare oppilatio coartatoria est causa debilitatis renum; nā prohibendo descēsum urinæ est causa congregationis eius in loco. quare, cum descendere non possit, nisi aperiat; mul- tum sequitur &c. & hæc reduci habent in causam terciā, & propter hoc in hac eadē rubrica ponēt cura oppilationis eorū, ut in rubrica ipsa scriptū est. item & oppilatio ex lapide causata, & dolor etiā cum multiplicat̄ in eis non solum pro- pter malā cōplexionē; sed & propter lapidē ipsum doloris fa- ctiuū. item quāq; accidit debilitas renum cōitate aliorū; ut cerebri, hepatis, & cordis; nam cerebrū quāq; per nucham, & spondiles posteriores renibus ipsis materiā cōicat; quæ in eis retēta est causa similiter & cōmunicat malā comple- xionē, & hepar, & cor similiter. & hic aduerte, quod in multis contingit cōitate cerebri renes pati.

SIGNA demonstratiua eius quæ est à mala complexio- ne, nota sunt in præcedenti rubrica. similiter, si acciderit a- liqua causa ex primitiuis, stetur relationi infirmi.

Signa eius, quæ est ex extenuatiōe, sunt extenuatio ipsa circa renes, & corporis totius naturaliter aut accidētaliter facta ex hectica, uel alia ægri- tudine. item sitis, & urina mul- ta, alba, limpida, in qua nō apparet aliquid superfluitatis. itē caualatus appetitus ad coitum. i. gonorrhæam, qua extenuā- tur renes multū, & debilitatur. itē debilitas percepta in his qui in rene sunt collocati cōmunicantes eorum debilitatē eis. item & dolor quidam extēsius propter multiplicatio- nem multæ materiæ phlegmaticæ, & uentosæ in eis ob de- bilitatem multiplicatæ.

Signa eius, quæ est propter dilatationem meatuū, & car- nis eorū, quia colatorij sunt; quia nō est ibi dolor, nec quāq; etiā minorat̄ appetitus, & ē urina ante digestionē, & adue- tū ad uenas secūdu plurimū aquosa. cū autē cibus peruenit ad uenas; tūc secūdu plurimū fit exitus sanguinis, & humi- ditatum grossarum cum urina: nam, cum ea uenit sanguis, qui renes nutrire debebat, & fit, sicut lotura carnis, & est ut plurimum pauca, & quāq; residet in fundo. & communi- catur debilitati renum paucitas urinæ; quia propter debili- tatē non bene attrahūt: & idē nō pauca fit debilitas in coi- tu; quia sic debilitantur uasa, & testiculi: debilitas uisus ex retētionē aquositatis, & sāguinis, quæ aquositas retinetur; quia renes nō attrahūt, ut supra. ex quo inferri potest, quod in hydropicis asclicis uisus debet multum debilitari famo- sitate eleuata ab ipsa aquositate retenta. & propter causam dolor capitis sequitur.

PROGNOSTICA. debilitas renū, quæ perseverat lon- go tempore non uidetur curam recipere, ut dictum est. de- bilitas renum perseverans cum mala complexione calida, quandoque perducit corpus ad lapidem, quandoque ad a- postema, ut supra, quandoque ad ulcera eorum, & uescicæ.

substanti- nēpe quā- dā ex hu- more con- cretā tica- ti caro, & adept.

sic Hip. noſter nephritici ultra 40. annos non curantur. & quando debilitas ex applicatione medicaminum non tollitur; & procedit ſic ulterius, quanto plus procedit, tanto minus curabilis; & ideo cautus ſis, ut ſuprà.

C. V. R. A. uniuersalis. in cura eius, quæ eſt à mala complexionẽ renum canones, ordinatio diætæ, digeſtio materiæ, euacuatio eiufdem, remotio malæ complexionis factæ aut ſientis.

Diætã ordinetur ex cibis, & potibus ad contrarium cauſæ: de quibus tertio tracta.

Digeſtiua conſimiliter, ut ſuprà quarto tracta.

Euacuatio cum phlebotomia, ſi uidebitur neceſſaria, de qua infrã, aut cum ſolutiuis appropriatis, de quibus quarto tracta. ſed de his nota, q̄ in paſſionibus renum dari non debent fortia, & laborioſa ſolutiua; qm̄ talia multas materias mouet etiã à partibus remotis. & ideo, cū danẽ talia, & maxime cū diureticis; faciunt præcipitare multas materias ad uias renũ. propter quod inde ſequi poteſt grande nocumentum; nam inter alia caſſia ponitur medicina realis cum diureticis ſumpta, item benedicta Nicolai & eſt uſualis. item agaricus à Meſ. ponitur conueniens in paſſionibus renum; ſed ipſum non computo inter fortes; licet numeretur ab eo inter laborioſe ſoluentes. Franciſcus de Pedemontiu. propria medicina ad renes eſt agaricus ſimplex ca. de cura malæ complexionis renum. item electarium indum, eſt etiam medicina renum maxime hic, qm̄ humor peccans eſt groſſus uiſcoſus. & in ſolutione materierum contentarum in renibus multum commendo clyſteria.

Remotio malæ complexionis ſi fuerit ſimplex; cum oppoſitis renalibus, de quibus ſtatim. quod, ſi fuerit cum uitio humoris poſt euacuationem; alterantia contraria applicentur, aut per modum unguenti, aut emplaſtri, aut ceroti; & ſic de aliis: & hoc ad extra, aut cum liquidis pulueribus, & huiuſmodi ad intra: & de his omnibus ſimplicibus, & compoſitis ſtatim.

Ex calefacientibus renes renalia ſunt aniſum, apiũ, chamæmilla, melilotũ, calamus aro. ſaluia, camepitheos, cyperti, fœniculus, laurus, pulegium, petroſillinum, ſiſeleos, ſquinantum, betonica, cupreſſus, mercurialis, galanga, rapa, ruta, ſparagus, hyſſopus, & huiuſmodi multa talia, de quibus in de compoſitis notitia ad plenum habebitur. ex frigidis ſunt ſolatrum, camphora, cucurbita, alchechegi, cichorea, portulaca, plantago, acetum, citoniũ, corallus, hæmatites, bolus armenus, ſemina quatuor frigida maiora, & quatuor minora, de quibus quinto tracta. raſura eboris; dragagantum, lac, lactuca, myrtus, roſa, plumbum, de quo ſunt lamina perforata, ut infrã. & de his ad plenum in de compoſitis. ex infrigidantibus uſualibus eſt infrigidans Gal. cerotum ſandalinum Meſ. oleum ro. & myrtinum, & ſic de aliis ex rebus frigidis renalibus cõfectis. ex calefacientibus ſunt olea ex rebus calidis iam dictis cõfecta; ut oleum chamæmillinũ, rutaceum, laurinum, & huiuſmodi. ſed quia intendo de alijs calidis, & frigidis, ut ad extra, aut ad intra adminiſtrantur in unaquaq; mala complexionẽ ordinatẽ procedere; hinc à multa eorum narratione ſuperſedeo.

C. V. R. A. In mala complexionẽ calida præmiſſis euacuationibus, ut ſuprà adminiſtrentur ad intra infrigidantia aut ſub forma ſyruporum, aut decoctionum, aut electarii, aut trochiſcorum, aut confectionum, aut clyſteriorum. exemplum primi. ſy. ro. de port. de myrto, & huiuſmodi. exemplum ſecundi confectione facta ex rebus, ex quibus ſunt ſy. de myrto, portulaca, plantagine, & ſi uis fortius infrigidare ex papauere albo & huiuſmodi dato cum zuccharo pauco. exemplum tertii. R. ro. ru. 3. i. ſpecierum triaſandal. 3. ii. ſeminis acetofa, portu. ana. 3. 5. ſpodii. 3. i. zucchari. 5. 1. 5. fiat electarium. exemplum quarti. trochiſci de alchechegi, de ſpodio, de ſandal. Meſ. exemplum quinti. triaſandali & ſunt uſuales. itẽ ex ſpeciebus diarrhodõ, & ex ſpeciebus triaſandali. ana. ſit confectione, & quandoque ponitur plus de uno, quã de alio, ut uidebitur expedire. exemplum ſexti. R. ſolatri, lactu. alchechengi, ro. & huiuſmodi infrigidantium, ut ſuprà, decoquantur in aqua ferrea, & cum oleo ro. ex oleo omphacino facta, aut de myrto imponatur, & non ſit calidum; ſed tepidum, & ſtet patiens ſupinus, cum impo-

A nitur, & poſt impoſitionem ſtet aliquantulum erubus eleuatis. & ego in ſimilibus caſibus multum conſido de his ænematibus. non imponatur ſal. teneat quantum poteſt. adminiſtretur deinde ad extra aut ſub forma emplaſtri, aut unguenti, aut ceroti, aut embrochæ.

Exemplum primi. R. ſolatri, ſemperuiuæ, roſ. ſandalũ utriuſq; chamæmillæ, meliloti. ana. olei ro. myrtini. ana. cupreſſi parum, hæc propter calidam complexionẽ renũ herbæ bulliant in aqua ferrea, & piſtentur, & reliqua, & cum farina hordei quantum ſufficit, addito modico ceræ, fac emplaſtrum. exemplum ſecundi. R. ſucci ſolatri umbilici ueneris. ana. 3. i. olei ro. ex omphacino. 3. 5. acet. 3. ii. ceræ albæ parum fac unguentum. uel ſic. R. ſucci ſolatri, ſucci roſ. ana. 3. i. unguenti populeon. 3. 5. dragaganti. 3. ii. raſuræ eboris. 3. i. acet. parum, camphoræ grana. ii. ceræ albæ quantum ſufficit. fac unguentum. item, ſi uis fortius; addas nenuphar oleum eius, item ſemina papaueris, itẽ mucillaginẽ pſyllij, ſemina maiora frigida, & minora, de quibus ſuprà, & ultimo opium, ſi expedit à quo, ut poteſt, abſtinere, ut infrã

B de dolore eorum. ex conſimilibus ordina cerotum, in quo ponas magnam quantitatem dragaganti, & gummi ara. & ſi fieri poteſt; non addas aliud gummi. laudatur quã maxime à Gordonio lamina plumbea ſuper renes poſita, cuius uerba ſunt hæc. R. tabulam plumbeam, & perforetur minutim, & temperetur in aceto fortiſſimo, deinde ligentur in capitibus duæ chordæ, & ligetur ſuper renes, poſtea iterũ temperetur. eſt remedium forte, & optimum, & multi iam eo operantur in dolore de cauſa calida corpore mundificato: mitigat, & reddit hominem caſtum. & nota, q̄ de infrigidantibus renes eſt phlebotomia, qua debet medicus uti cum diſcretionẽ: de qua infrã de dolore renum: tu itaq; cõſidera. item poſſunt fieri embrochæ ex decoctione rerum dictarum cū petijs, ſpongijs, & huiuſmodi. item. R. ſuccũ ſolatri cum oleo roſ. & aceto, & aqua ferrata, uel chimoſea, & infunde petias triplicatas, aut quadruplicatas de lino, & exprime, & minus, quã tepidum ſuperpone, & reitẽra, cum nimis caleſcunt. item ſolas petias in aceto, & chimoſea infuſas, item ſacculos poteſt ex his ſimiliter conficere. & ita habes diuerſos modos adminiſtrationis harum rerum. ex quibus compone aut intendendo, aut remittendo, ut ipſa exigat diſpoſitio. nam, cum tractabitur de dolore ex cauſa calida; ponentur copioſa remedia, etiam huic propoſito, & quã maxime conferentia.

C. V. R. A. In cauſa frigida ſic ſuo modo procedatur, de qua exemplificabo, ut ſuprà de calida. de ſy. ſy. acetofus de radicibus Meſ. ſy. de eupatorio, ſy. de hyſſopo. item ex datis confice enim cum aquis aut fœniculi, aut betonicæ, aut huiuſmodi, ut ſuprà de ſimilibus appropriatis commiſceantur; ſed ſemper ſis attentus, ne facias renes dilatari. decoctiones ex eiſdem calidiores, aut minus calidæ, ut decet; ut uerbi gratia. R. aniſi. M. i. calami aro. M. 5. cyperti, ſquinãti. ana. 3. ii. petroſil. pulegij. ana. 3. i. bulliant in aqua ſufficiente, & colentur, & propinentur, addatur zuccharum. ex conſimilibus fac electarium. & ualet theriaca, metri. ualet proprie aromaticum nardinum Meſ. triphera Gal. aliud idem. R. croci, doronici, zedoariæ, ligni aloes, maſticis. an. 3. i. margaritarum, ſerici combuſti, carabæ, corallorum ru. an. 3. i. 5. galliæ phenonis, baſiliconis. ana. 3. i. been al. & ru. ſpicæ, follij, garyophyllorum. ana. 3. i. zinziberis, cubebæ, piperis longi. ana. 3. i. 5. muſci. 3. i. 5. foliorum ro. abſinthii. ana. 3. i. 5. aloes ſuccocitrini pluries abluti in aqua bugloſſæ. 3. 5. caſtoſei. 3. i. cinnamomi. 3. i. 5. piſtentur ſubtiliſſimè mellis dicti quadruplum ad ſpecies, fiat electariũ ſine igne doſis eſt auellana omni mane, & poſt bibatur aliquantulum uini odoriferi colluendo os. calefacit, & ſoluit. item dialacca Nicol. item diapræſium Nic. item diatriopipereon, & eſt ultimum. ex confectionibus eſt confectione diaſatyron Nic. aut in forma ſolida, aut electarii. item confectione de ſeminibus Meſ. tu itaque capias ſimplicia, & compone. ex trochiſcis ſunt trochiſci de rhabarbaro Meſue, trochiſci de aniſo Meſ. & tu ſecundum modum illum ex datis compone. clyſteria ex ipſis rebus calidis, & oleis dictis compone, ut ſuprà. de quibus in de dolore ad plenum. de adminiſtratione ad extra exempla ponam breuia cum de his de dolore

renum ad plenum emplastri Placentini, & cum cera, laudano, mastice, myrrha, uernice, & thure, & oleo de mastice fac emplastrum, & superpone, & ex his cerotum, cum quibus si uis fortius, commisce ex pulueribus simplicium dictorum gratuitorum magis unguentum. *R.* olei mastici, rutacei, ana. ciperi, squinantii, hyssopi, ana. aceti parum, & cum cera citrina fac unguentum, de embrochis idem, ut supra de causa calida, pro quibus omnibus ad plenum require de oleis. hic ultimo dicitur Placentinus, quod supra etiam commemoratum est, si autem non curaretur, per hoc fiat cauterium super loco, ubi dolor sentitur, & non imprimatur multum & dimittatur apertum longo tempore: nam de proprietate tale cauterium alterat frigidam complexionem cum humore, & absque humore.

CURA. In ea, quae est propter extenuationem, cura est restauratio, dimissio coitus in totum, administratio eorum, quae posita sunt supra in cura debilitatis stomachi ex domino siccitatis, propter quod iuxta primum utatur brodiis gallinarum pinguium, & restauratiuis cibis, de quibus tertio tractat. & secundo: & tu ibi. iuscula frumenti, risum in lacte, aut brodio pingui, uinum dulce, comedat saepe lac amygdalarum dulcium auellanae, pistici, pinex, nucis recentes, & ficus passa, uirides, item utatur ouis, & scito, quod nisi succurratur huic aegritudini, ducit ad hecticam. aliud ad idem. *R.* olei rosae, olei uiuio, .j. ii. butyri, .j. ii. pinguedinis anseris, anatis, & gallinae, ana. .j. ii. medullae cruris uituli, .j. i. s. pinguedinis renum arietis, .j. ii. cerae, .j. ii. aceti parum, fac unguentum.

CURA. In ea, quae est dilatatione meatuum renum, confortatio. diata sit ad contrarium causae, utendo rebus stypticis frigidis, de quibus in de dysenteria, de debilitate stomachi: & tu ibi. confice digeris, si expedit. & euacua cum phlebotomia, si erit necessaria ex parte plethorae, aut humoris peccatis, aut cum solutiuo facile, & stude, ut potes, ut fiat diuersio omnimoda a uis uis, & uomitu, si id fieri potest faciliter: ut enim in hoc singulare, & de euacuationis habuisti in prima, & secunda rubrica praesentes capituli.

Expeditis sic superficie tenus his tribus intentionibus ad quartam uenio, quae completur cum dimissione. earum rerum, quae sunt causa dilatationis, & debilitatis eorum; ut sunt coitus, qui calefaciendo dilatat, motus, & pedes praecipue, & equitationis, & balneationis in aqua calida: quae omnia sua caliditate dilatant. item abhorre diuretica Aui. & declinare ad quietem, & tranquillitatem, & uti stypticis confortantibus renes intus, & extra administratis. ex parte sy. ut de myrto, rosae, & huiusmodi, ex parte trochiscorum; ut de spodio, de berberis, & huiusmodi, ut supra cum aquis stypticis. consimiliter ex parte confectionum; ut trianfalali, electarium de gemmis absque speciebus. ad extra unguentum ex oleo ro. myrtino, sandalis, mummia, bolo ar. & huiusmodi. & si uis emplastrum; haec, & similia confice cum farina hordei, & modico aceti.

Quinta est partium coaglutinatio, & haec debet sequi quartam, & causa, quoniam non sufficit costrictio sola; sed oportet, ut fiat costrictarum partium coaglutinatio; quia aliter adueniente iterum causa dilatationis fieret faciliter dilatatio: completur enim cum coaglutinatis frigidis stypticis ex cibis, & potibus; ut sunt sauium, citonia, granata, geladorcia, adeps caprarum, succi acetosi, muzi, & huiusmodi, de quibus ad plenum de dysenteria, & tenesmo: & tu ibi. item uinum ponticum passulatum, item gummi, dragagantum, & hmoi ad intra administratum, ad extra uero emplastra, unguenta, & hmoi ex frigidis stypticis locis allegatis positus. item in rubrica de debilitate hepatis, & stomachi.

Sexta intentio completur per assumpta intus, aut extra applicata per assumpta; ut sunt cibi impinguatiui habentes in se stypticitatem; sicut sunt cibi bene laudati ex carnibus, & aliis cum citoniis, & huiusmodi stypticis decoctis, & inquit hic Auic. Et lacti quidem uino non est compar in aegritudinibus renum propter debilitatem, & proprie quoniam cum eo cum miscetur, sicut est bolus ar. item renes; quia unumquodque membrum aliud sibi simile confortat a proprietate. propter quod renes porcini exiccati puluerizati cum cibis mixti sunt optimi iuamenti; sed multo meliores sunt renes capretti lactantis, ut supra secundo tractat de eis, & nota, quod licet

Membru
aliud sibi
simile a p
prietate
confortat.

E membrum sibi simile confortet; quandoque tamen nocumera alia habet, propter quae oportet aut eum dimittere, aut cum eo suam apponere correctiuam. ite administratur clysteria ex capitibus agni, brodijs, & hmoi cum stypticis decoctis. ite ad extra unguenta; ut ex oleo uiuio. ro. amygdalarum dulcium, myrtino, & sic de aliis, ut supra, ut sua exigit dispositio. & consimiliter operare de emplastris, cerotis, & huiusmodi.

CURA eius, quae est propter communitatem a cerebro, habeatur proportionaliter, ut dictum est, de mala dispositione stomachi per communitatem a cerebro, & sic suo modo de hepate, & corde dicatur, & de hoc specialiter infra de dolore renum: & tu ibi.

De oppilatione renum. Rub. 3.

LICET triplex sit oppilatio; de attenuatoria tantum agitur: quae ex multis potest causis contingere; quia aut ex multitudine sanguinis, aut ex aliis humoribus grossis, & uiscosis descendentibus cum urina ad eos, aut uentositas grossa coartans in eis ex praedictis humoribus genita, aut ex sanie, aut ex apate, aut ex lapide. & hic scito, quod strictura laborum ex diploide, uel cum cingulo facta est frequenter non attenuatoriae causa solum; sed et coartatoriae. propterea iuuenes, & puellae se ab ea custodire debent, & praecipue masculi, cuius oppositum faciunt; ut pulchri, & graciles uideantur. & omisis his duobus ultimis; quia de eis erunt rubricae speciales, de reliquis tantum cura prosequetur.

SIGNA demonstratiua quoniam scilicet non est ex lapide, apate, aut sanie; quia urina est subtilis ualde, & quod in renibus sentit grauitatem, & quod usus est multo ocio, & cibo grosso uiscoso, & quod eius habitudo est pinguis pinguedine phlegmatica, & quod habet renes frigidos, & hmoi. & de oppilatione magis facta infra, dum de signis lapidis agetur.

PROGNOSTICA. oppilatio renum, si perseverat; est causa dolorum eorum, & generationis lapidis in eis.

CURAE canones, in facta propter sanguinem fiat phlebotomia ex basilica usque ad lypothymiam, si uirtus & cohaerentia sentiant, uel reiterare eam, deinde ex saphena, uel aperi he morrhoidas. diata ordinetur subtilis, extenuatiua in frigidis, & ex diureticis frigidis, de quibus ad plenum expositis eris informatus.

CURA. In ea, quae est ex aliis humoribus, canones ordinatio diata, digestio, euacuatio, ordinetur diata ad contrarium in grossis, uiscosis, calida subtiliatiua. in calidis frigidis, sed hic sis attentus, ne statim ad diuretica deuenias, nisi facta fuerit euacuatio: & fortasse bina, aut trina iuxta quantitatem humoris; ne fieret praecipitatio humoris ipsius ad renes, & fieret additio in oppilatione.

Digestio autem fiat similiter iuxta exigentiam humoris de quibus dixi supra. 4. tractat.

Euacuatio autem non fiat laboriosa iuxta canonem supra de euacuatione in de debilitate renum; sed sit hiera Gal. simplex, cassia, agaricus simplex. fiat etiam euacuatio cum diureticis calidis praemissa euacuatione cum pharmacia; ut sunt spica, aqua ciceris ru. capilli ue. & huiusmodi, de quibus infra de lapide, & de difficultate urinae, quibus locis magis aperiatur cura oppilationis renum: & tu ibi. completur etiam euacuatio cum unguentis, emplastris, cerotis, embrochis, & hmoi calidis aperitiuis, & resoluentibus materiant oppilationem, item cum clysteribus. & nota, quod uomitus hoc casu est conueniens ualde, si is faciliter, ut supra, fieri potest; nam inde minus sequetur nocumentum. sed pro hac parte recurre supra de oppilationibus hepatis.

CURA In facta de uentositate recurre ad ea, quae scripta sunt de cura inflammationis hepatis, stomachi, & splenis, & illa renibus applica.

CURA in facta ex sanie est cum regimine dubellati, & sic mudificare sanguinem, & sanie; ne noceat, de quibus infra sua rubrica, & ut dictum est, leuiter, & raptim de cura oppilationis pertransiui; quoniam necessarium est reiterare, & aperire magis eius curam in rubrica de lapide, & de difficultate urinae.

De uentositate renum. Rub. 4.

QUIA ex uentositate causatur dolor renum, de quo ad plenum in sequenti rubrica; hic de ea, & eius cura leuissimè etiam cum Auicem. pertransibo: ipsa enim grossa existens dolorem in eis causat extensiuum absque grauedine extendendo

pendendo colatorium; quia illa pars est magis extensibilis. **A** pter causas assignatas in principio capituli. & in libro epidemiarum. nephriticos non uidi sanatos supra. v. annos. & Auicem. quando continuatur hic dolor, & multiplicatur in tantum hepar debilitat, quod ad hydropem siccam perducit, maximè quando est uentosus. quod, si humoralis; ad aquosam, & quando dolor renum per urinam grossam terminatur, & pro aliis in apho. infra. sed ultimò aduerte, & pro plena notitia signorum eius oportet necessariò te recurrere ad ea, quæ de colica. item dolor, si perseuerauerit; minatur apostema in renibus futurum.

SIGNA. priuatio signorum lapidis, & aliorum, quæ causare possunt dolorem, temporaliter affligit, & minuitur cum est uacuitas, & digestio bona.

CURA. Ipsa nanq; ut supra, ex grossis causatur humoribus qui ex cibis proportionalibus generantur. propter quod oportet, ut talis ab eis abstineat, & ab ipsis uentosis. euacuatio fiat iuxta exigentiam humoris peccantis. deinde intus, & extra utatur carminantibus uentositatem; ut ad intra recipiendo calida aperitiua; ut semen rutæ, semina calida, semen agni casti, & alia, de quibus supra de debilitate eorum ex syru. decoctionibus, & alijs. ad extra consimilia ex unguentis, emplastris de cymino, anetho, calamento sicco ruta sicca, & huiusmodi. itè conferunt quàm maximè thermæ naturales, & artificiales ex rebus appropriatis ipsam uentositatem carminantibus. item spongiæ infusæ.

De dolore renum. Rub. 5.

DOLOR renum est eorum tristis sensatio à re contraria subito materialiter imprimente causata. cuius causa est aut mala complexio, aut, solutio continuitatis, aut utraq; simul. mala autem complexio aut est calida, aut frigida, à qua est sem plurimū, aut sicca raro, aut humida. & quælibet talis est aut cum uitio humoris, aut absq;. item talis aut est talis per essentiam, aut per colligantiam à cerebro, hepate stomacho, aut splene, aut totius communitate. solutio autè continuitatis, omisis causis primitiuis, fit communitate à lapide in eis genito. Item uentositate extendente colatorium, & in eo sic reducende solutione continuitatis utriusq; autem simul causa est apostema in eis factum, de quo speciale capitulum. item sunt quandoq; eorum dolorum causa ulcerationes in eis existentes. item & ultimò debilitas eorum: ad quam sequitur necessariò mala complexio.

CAUSAE. primitiua, ut statim dicetur de regimine præseruatiuo: antecedens compositionalis, mala complexio calida, aut frigida hepatis, aut alterius membri uelocius complexionalis eorum, per quàm faciliter imbibuntur superfluitates. coniuncta uerò mala eorum complexio calida, aut frigida. habent renes, ut supra, panniculum, uel panniculos eos inuoluentes satis densos eis dantes sensum. propter quod uentositas inclusa non potens faciliter exire fortem causat dolorem.

SIGNA demonstratiua doloris renū à mala complexione causati habeantur per ea, quæ dicta sunt in rubrica prima capituli huius; & tu ibi. & quando dolor est ad intra si locus renū digitis tangitur; non dolet. quod, si est ad extra; dolet: & hoc est signum distinctiuum, quando dolor est ad intra, aut ad extra.

Signa solutionis continuitatis, quæ est à lapide, habentur per ea, quæ prædicta sunt supra rubrica de colica: & tu ibi omnino.

Signa. si ab utroq; simul; etiam signa simul antea erunt.

Signa humoris peccantis habeant per signa ipsorum sæpe dicta supra: ut, si est à calido, sentit caliditas in loco liborū urina tincta, iuuatur frigidis, & ita de alijs, ut supra de colica, & in principio operis de eis: & tu ibi similiter. si fuerit à calido; sentit caliditas in loco, urina ad albedinē declinās, iuuari à calidis, lædi à frigidis & hmoi, ut allegatis locis. Signa uentositatis, ut quia dolor non est mansiuus; sed deambulatiuus saltem in loco renum; licet dictum sit supra rubrica de colica; quia dolor renalis est fixus: considera & tu ibi omnino. & non sunt signa lapidis. & dolor est extensiuus, & absq; grauedine, & minuitur dolor, cum uenter est uacuuus, ut supra, & quādo bona fit digestio. & ideò in patientibus dolorem talem sæpe continuat, aut augetur dolor propter malam digestionem, quæ est causa uentositatis: & hæc benè considera; quia sæpe in practica habebis, & hoc tantum notauit Auicem.

Signa si fuerit propter communitatem ab alio membro illud denotat, dispositio illius membri ex parte complexionis calidæ, aut frigidæ, aut est materia ad eos transmissa ut supra. circa quæ membra eo tempore diligenter facito inquisitionem.

PROGNOSTICA. in iuuenibus facillè curatur, in senibus uerò difficulter, & cum inueteratur; non facillè curatur pro-

pter causas assignatas in principio capituli. & in libro epidemiarum. nephriticos non uidi sanatos supra. v. annos. & Auicem. quando continuatur hic dolor, & multiplicatur in tantum hepar debilitat, quod ad hydropem siccam perducit, maximè quando est uentosus. quod, si humoralis; ad aquosam, & quando dolor renum per urinam grossam terminatur, & pro aliis in apho. infra. sed ultimò aduerte, & pro plena notitia signorum eius oportet necessariò te recurrere ad ea, quæ de colica. item dolor, si perseuerauerit; minatur apostema in renibus futurum.

CURA. & quia hoc accidens est de sæpe contingentibus multum uirtutem prosternens pro quo maximè sollicitantur medici; uerū non mireris, si de eius cura prolixū me faciam, quoniam in similibus pro recuperanda sanitate in cuius comparatione omnia, ut lutum extimantur, longus sermo haberi non potest. diuidam itaq; eius curam in regimen præseruatiuum. & secundum curatiuum in id, quod attendere debet medicus tempore actualis doloris, & in eum, quod erit tempore quietis.

PRAESERVATIO diuidatur in regulatione sex rerum naturalium, & in regimē medicinale. & inchoans ab aere qui malè per medicinas rectificari haberiq; potest ad nutū referā quis melior, quisue deterior. aer eligatur in suis qualitatibus non excedens, ad quem radii solares spiritualiter orientales peruenire possunt, & si declinare debuerit, declinetur ad contrariū: quæ causa cognoscitur esse factiua doloris. caueat ab aere nebuloso, turbido grosso oppilationem inducere apto. propter quod aer paludosus malus, & qui est, ubi coniungitur mare cum aquis dulcibus. item aer uentosus inclusus, obumbrosus malus. item super omnia frigiditatem pedis euitet quàm maximè, etiam si causa fuerit frigida. & si calida etiam excedens; nocebit. ex parte cibi, & potus, & aliorum in generali euitet omnia, quæcunq; renes debilitant, & oppilant, & apta sunt lapidem, & arenulam, aut malam eius complexionē inducere, ut sunt ex parte cibi cibaria multæ caliditatis, multæ frigiditatis uiscosa, duræ digestionis, & oppilatiua: nam calida sunt causa agens, & uiscosa, grossa, causa materialis lapidis factiua. & ad specialia ueniens euitentur panis azymus non benè coctus, non benè fermentatus, pastilicia omnia, lac, de quo supra in fine de debilitate renū. caseus omnis, quicunq; sit, carnes grossæ, bouinæ, porcinae, agninae, salitæ, aues palustres, anseres, anates qualitatis arietinæ antiquæ, turtures, cutes animalium, cerebra eorum, & huiusmodi maximè uniuersalia duo prima. pisces maximè anguillæ, tinæ paludis, item conchilia, cancri, aromatica calida multum, alba ouorum, oua dura frixa. item legumina omnia. de brodio autem ciceris secus est. item geladorcia, acrumina. euitet olera omnia, præterquam illa, de quibus statim in conuenientibus. & si caulis non laudatur; tamen brodio eius quandoq; uti poterit. fructus frigidi, & humidi sunt nocui præter illos, de quibus statim. ex potibus uinum euitet grossum, turbidum nigrum multum; ut gropellum dulce, multum fumosum, & omne quodcunq; indigestibile. propter quod scito, & ut supra, euitare debet, ne illud, quod potest esse causa indigestionis, aut præponere grossum subtili, non interponere tempus debitum inter unam cibationē & aliam, & sic de alijs causis. & nota hic, quod strictura lumborum est impediens digestionem, & causa apostematis renum, ut infra de apostemate renum. item aqua turbida, acetum, acetosa, & huiusmodi. abstineat à somno superfluo (nam de eo supra. 13. cap. de nauseatiua satietate ab eo super cibum immediatè facta) à diurno ab eo super renes facto, de quo infra de lapide renum non capite depresso. non exercitetur post cibum immediatè, nec eo balneetur tempore. item abstineat à leuatione ponderum grauium. fugiat repletionem omnino. teneat uentrem continuè lubricum arte, uel natura. abstineat à coitu, & specialiter super cibum facto, tanquam ab inimico. euitet iram, tristitiam, iram, & huiusmodi accidentia animi; uirtutem enim exterminant hæc. & cum fortia fuerint, necesse est substantiam cito dissolui, quinto interiorum. itè, & omnia, quæ renes debilitate eorum, & tu ibi.

Euitandis itaq; suppositis consequens est ponere, quæ

in

in regimine præseruatiuo sunt conuenientia; & hæc quidem leuiter aperta erunt consideranti ea, quæ posita sunt eligendo contraria his. eligatur itaq; aer temperatus, clarus, ut supra, pedes calidos teneat iuxta exigentiam causæ ut supra. eligatur panis de simila fermentatus, parum salitus, benè coctus, ex bono frumento, spongiosus, & si fuerit aliquantulum fuffuraceus; melior, quo uti non debet eo iam duro facto. carnibus utatur temperatis, ut super. 3. tract. & laudabilibus; ut sunt pullinæ, perdicis, & huiusmodi. item conueniunt & leporinæ iuuenes. item & columborum iuuenū & scito, quæ syluestres domesticis sunt meliores; quia sunt paucarum superfluitatum, & minus uiscosa, & uolatilia meliora peditantibus, inter quæ maximè laudatur cauda tremula, de quo infra. item renes leporum, & pulli eorū exicatorum, quæ carnes debent esse benè præparatæ, & coctæ & benè masticatæ, & conuenientiores sunt elixæ, & assatæ sunt meliores frixis; idè à frixis se absteineat patiens. piscibus non utatur; sed, si uti uoluerit; sint petrosi de aquis mundis lucii, temali, trutæ, & ex marinis parui laudati, & non magni in uino cocti, aqua, & pauco aceto cum fœniculo, anilo, uel aliquo huiusmodi, ut docebit disponi, quodq; superaddere debes, ut supra, & infra subscriptis, & scribendis. ex fructibus sunt uua benè matura, passula, pruna augustana præcipuè benè matura, mala granata muza, cerasa, pepones cum zuccharo comesti, & cum suis seminibus, ficus humidæ, siccæ, amygdalæ, auellanæ, phisticæ, pineoli, oliuæ cõditæ, pyra, & poma nõ sunt conuenientia, ut supra, de quibus tamen decoctis uti potest, in modica tamen quantitate & raro. ex herbis spinachia, blitis, endiuia, lactuca, mercurialis, sparagus, bruscus, & lupulus, folia urticæ, tenera urtica, & ulus comestionis eius est ex præseruantibus ab arenula; & hic nota, quia est de experimentis Auenzoar, saturegia, brodium caulium, cicerum rub. brodium fassolorum, petroselinus, fœniculus, borago, rapæ, lac, seminum comunium, panata cum his, napones, pastinaca, cresones, & huiusmodi.

Vinum sit clarum, subtile, pauciferum, non dulce multum, album, siue goretum, uel aurelium; sed melius album, & sit debita commixtio eius ante cibum; quoniam multum facit ad debitam digestionem, quæ multum est, consideranda in casu, & de lapide: nam Serap. de proprietate malæ digestionis est attrahere hanc ægritudinem. aromatibus uti potest; sed nota, quod summè uerendum est aromatica diuretica commiscere cum cibis; quoniam sic trahunt eos ad renes, & inducitur oppilatio in futurum, sint itaque aromatica confortantia stomachum, & non diuretica, de quibus infra & hic aduerte etiam pro sequentibus, quæ nimium diuretica & nimium styptica sunt euitanda: nam alia nimis aperiendo, ac conducendo nocent, alia prohibendo, & in loco retinendo oppilationem causantia. exercitium conuenit temperatum ante cibi assumptionem, & non post, saltem immediate factum, ut supra, de debilitate eorum.

Dormiat capite eleuato, & non super renes; licet Auic. dicat de cura lapidis renum. Dormire super dorsum est ex eis, qui lapidi conferunt; & tu ibi. absteineat, ut potest, à diurno, potius dormiat de mane ad libitum. uentris beneficium procuretur omni die, si id fieri potest, natura, aut arte cum suppositorio, aut enemate, interdum ex rebus diureticis conuenientibus. & à coitu super cibum factum absteineat, & si ipso utitur; utat expulsi superfluitatibus primæ digestionis, & secundæ ita, quæ fiat post primam digestionem saltè. gaudeat, ac lætetur, & ab ira, tristitia, & huiusmodi malis animi accidentibus absteineat.

EXPEDITO regimine præseruatiuo in rebus sex non naturalibus consequens est; ut ponatur consimile regimen medicinæ. quod in tribus consistit rebus; prima est digestio & euacuatio uniuersalis, secunda est euacuatio particularis, tertia est conseruatio renum in suo tramite cū tali aperi-tione, ut quod in eis non accidat oppilatio, aut aliquod tale quod renibus noceat.

Prima expeditur faciendo bis in anno; scilicet tempore ueris: quia in principio, & in principio autūni digestiones proportionatas humoribus sub forma causæ antecedentis existentibus ex sy. aperitiuis, & euacuationes, quæ digesti-

ua, & aperitiua habita sunt supra quarto tra. & sufficiat unica pro tpe suo. sed scito, quæ benedicta est solutiū propriū ad hoc. & similiter cassia est medicina renalis, & clysteria etiam ex renalibus medicinis conferunt ualdè.

Secūda completur cum particularibus solutiuis ad hoc bis, aut semel in mense faciendo eas, ut uidebitur expedire ex parte habitudinis, & superfluitatum multiplicationis; ut cum pilulis ad hoc; ut sunt pilulæ confectæ ex speciebus benedictæ addito duplo aloes, aut cum solutiuo alio respiciēte humorem, cum quo commisceantur diuretica, quæ uidebuntur expedire secundum exigentiam causæ. & iuxta hos duos nota, quod aliquando confert phlebotomia maxime corpore existēte plethorico, aut sanguineo de basilica dextra: propter quæ considera. unde Mūdinus optima est in utraque, quæ singulis mensibus iteretur phlebotomia saphenæ in conuenienti ætate lunæ.

Tertia perficitur primò cum deriuantibus ad contrariū ut est uomitus factus post cibum, ut supra de uomitu, si is faciliter fieri potest, & hoc semel in mense. secundò per ea quæ ad extra, & ad intra administrantur ex unguentis ceterarijs, confectioibus, potibus, ex sy. & alijs offerendo modò unū, modò aliud; ne ex assuefactione unius tantum natura eorum non patiat. & ut te copiosorem faciam; aliqua ponam exempla; unum conseruans; quia contemperans, & uias apertas retinens sit ex diureticis supra nominatis ut uerbi gratia. R. sparagorum, lupulorum, graminis, saxifragiæ, garyophyllatæ, serpilli, & huiusmodi ad libitum, & cõdecemtem, quæ ponas in uase musti, siue uini noui, & obturato. benè uase permittatur bullire, donec clareat, & debent esse de uuis albis non facientibus uinum dulce. & sit attentus, quæ uas sit forte ex omni sua parte; quia in ebullitione non habendo respiraculum frangeretur leuiter, & quæ super foramen uasis obtusum sit lignum forte, quod adhæreat trahi, aut alicui tali: in uulgari enim nostro dicitur Grespia potest enim hoc uinum fieri calidius, & minus calidum forte, & minus forte, ut exigit dispositio: de quo benè potest circa. 3. iiii. semel in hebdomada ieiuno stomacho &c. ut supra in canonibus, & bis, si uidebitur expedire. & ex eisdem rebus confici potest sy. & ex eodem fieri electarium; & huiusmodi. assumendo, ut de uino actum est; nam hoc ordinare uidetur superfluum; quoniam oportet hoc facere secundum exigentiam causæ. laudatur casus electarij ducis Iuliani, litontripon cum modico uini, & de uino dictum est. si memor, quæ nimius usus diureticorū renes debilitat. & idè modera ungueta, & alia ordina, ut causa exigit, de quibus ad plenum supra, & infra. satisfactum itaq; putabo, si de his quædam, quæ aliquantulum manifesta, quædam à proprietate hoc agunt aliquid dixerō. quæ autem hoc faciunt à proprietate in omni causa ualere uidentur; licet magis in una, quàm in alia quæq; conferant: nam tandem considerare oportet et non tantum qualitatem occultam, quæ manifesta negligatur laudantur hoc loco trochisci de sanguine hirci, de quibus ad præsens pauca de eis, infra ad plenum in de frangentibus lapidem. nutriatur hircus ex herbis diureticis longo tempore, & sit annorum quatuor. & quidam dicunt, quæ debet esse iuuenis, & nutrirī continuè his diureticis usque ad annos quatuor, & esset melior; si haberi, ac fieri posset, & continuè exercitetur. deinde decoletur, & accipiatur sanguis medius, & primus, & ultimus proijciatur, & exiccet in umbra, & usui reseruetur, & fiat trochisci, & utatur uno eorum in hebdomada cum uino diuretico, uel decoctione florum genestræ. ad idem terbeninæ usus cum modico cinnamomo accipiēdo de ea limpidissima. 3. 5. usque ad. 3. i. in aurora bis in mense, uel semel, ut uidebitur expedire, si placet addito modico zucchari. ad idem ualet usus amygdalarum mundatarum à cortice suo, & cõfectarum una sola cõopertura zucchari accipiēdo de eis sex pro uice benè masticando in aurora. stetq; deinde ieiunus horis quatuor. idè & fortius operantur medullæ ossium cerasorum confectæ obseruando, ut de amygdalis dictum est. item gummi eius, & breuiter usus moderatus diureticorum aliquorum debiliū, aut fortium, ut causa exigit, factus in temporibus alteratiuis cum canonibus, ut hic, & supra est præseruatiuis à dolore renum. unde & usus aquæ sparagorum, brodij cicerum

rū. decoctorū cum seminibus, ac radicibus aperitiuis, & compone ex his, ut expediens erit, & summè laudatur aqua distillationis extremitatū urticæ cū liquiritia accipiēdo de ea usq; ad .j. .iiii. bis in mense in aurora, ut suprā. & est de experimentis Auēzoar. postremò scito, q̄ appositio cauterij sub renibus, q̄ continuè apertum remanēs teneri debet, est ex optimis rebus in præseruatione eorū à dolore; de qua præseruatione hæc sic dicta sufficiant: & tu considera.

C V R A autem dolorum renum diuidatur in curam, quæ debetur tempore quietis, & eam, quæ fiēda ex tēpore actua lis paroxysmi, siue doloris.

C V R A tempore quietis. ordinetur diæta, ut dictū est abstinendo à nocentibus, & utatur iuuatibus, & deinde digeratur materia, & euacuetur, ut decebit, renibus.

Quartò applicentur ad extra, quæ sunt necessaria, calida aut frigida cōfortantia eos ex his, quæ scripta sunt suprā de debilitate ipsorū, & ad intra cōsimiliter conuenientia administrantur ex positis allegata rubrica, & tu ibi.

C V R A. cum occurreris dolori actuali, & forti; prima intentio debet esse eius mitigatio. secunda causæ eius remotio; ut inde uera consequatur cura: nam per primam cura fiet mendosa. tertia complexionis impressæ resolutio. & dictum est forti; quoniā uehēmēs dolor facit peruertere curam rationalē, ut suprā in principio operis. unde Auic. hic cunq; dolor sit uehēmēs; tūc superest tibi uti eis, quæ sunt sicut philonium, de quo infrā, & trochisci stellæ, & quæ tramite illo procedunt. donec sedetur dolor; cuius contrariū operantur quidam itatim cum euacuatuiis procedētes, ex quibus accidit fluxus nouæ materiæ ad locum doloris, & sic augetur; ut sæpe in meo tempore uidi, & hic scito, quòd abstinere à cibo, & exercitio uti, quia ambulatione ut plurimum est magni iuuamenti, dico ut plurimum; quoniam causa quandoq; est calida: & tu considera.

P R I M A itaque intentio perfici debet primò cum anodinis, & sic, quando illa non conferunt; cum narcoticis, seu opiatuiis. anodina autem sunt, quæ complexionem eorum, & caliditatem confortant naturalem, & ipsius prohibēt resolutionem, & sunt quæ primum non excedunt gradum saltem multum; ut chamæmilla, melilotum, althæa, anethū, semen lini, foenugræcum, pinguedo gallinæ, crocus, & huiusmodi, ut quarto trac. quæ quidem per intus, aut per extra diuersis applicantur ingenijs, ut exemplificatur. & hæc applicari debent diuersimodè secundum diuersas dolorū causas; nam si ex mala ueniunt complexionem; calida cum frigidis; si ex frigida: cum calidis; ad hoc ubi fuerit mala complexio simplex. q̄, si fuerit causa doloris solutio continuitatis; secus erit; quia egebimus conglutinantibus, consolidantibus, & mundificantibus; si fuerit ibi ulcus incarnatibus, & huiusmodi. q̄ si fuerit materia cum mala complexionem; indegebimus euacuantibus materiam coniunctam: item & quādoq; materiam antecedentem faciendo phlebotomiam, à qua nonnulli incipiunt, ut infrā de ea, aut administrando solutiuum, quibus omnibus modis dolor sedabitur; siue mitigabitur. q̄, si fuerit ex uentositate; ingenia aut diuersa sunt fomentatio, inunctio, emplastratio, balneum, uentosa, clyster, potus, electarium, huiusmodi, de quibus omnibus exemplificabitur. clyster ad hoc anodinum. **R.** florū chamæmillæ, meliloti. ana. M. s. semen lini, foenugræ. ana. M. i. althææ. M. s. uiuio. M. s. pinguedinis gallinæ. j. i. olei anethini, ro. chamæmillæ. ana. j. i. ultimò addantur uitella duo ouorum recentium. aliud ad idem. **R.** oleorum chamæmillæ, anethi ro. ana. j. ii. butyri. j. i. s. pinguedinis gallinæ. j. i. croci. 3. s. imponentur non multum calida. item quidam maximè causa existente calida imponunt ea actu frigida, ut infrā de apostemate calido renum; & non est res longinqua à ratione. quidam respicientes etiam ad causam addunt benedictam, aut cassiam, aut aliquod tale respiciens, & euacuans materiam. sed ubi queritur mitigatio per anodina, nō debet poni sal; ut diutius in corpore remaneant. quidam ex solo butyro, & oleo chamæmillino, ro. & uitello oui operantur. sed hic est diligenter aduertendum, si causa est frigida uentosa, aut non. iuxta quæ oportet medicum cum anodinis addere, quæ calefaciunt, infrigidant, aut resoluunt, & huiusmodi. nonnulli uerò stante forti dolore utuntur clystere ex

A diureticis factò imponendo euacuatua appropriata à renibus trahentia; ut sunt benedicta, & huiusmodi. & certè laudo plus illos, qui simul, & semel intentionem habent ad mitigationem doloris, & ad euationem causæ eius; quando. s. est cum materia. cermifonus unam faciebat decoctionem, & pro clystere, & pro fomentatione talem. **R.** parietariæ. M. iij. senationum. M. ii. pulegij, calamenti, camedreos, camepitheos, folij. ana. M. i. florū chamæmillæ, meliloti, anethi. ana. M. s. radicum althææ, foeniculi, apij, petrosellini, sparagi, brusci. ana. M. i. seminū anisi, foeniculi, carui, ameos dauci, carui, se. lini, foenugræci. an. j. s. fiat decoctio, de qua pro ænemate. **R.** lib. i. cassiæ. j. s. benedictæ j. i. zuccha. ro. j. s. croci. j. i. oleorum chamæmillæ, liliorū al. ana. j. ij. salis communis. 3. iij. uitella ouorum numero. iij. & ex hac eadē cum spongijs, aut petijs laneis duplicatis, quando spongiæ. s. haberi non possunt, fiat fomentatio, quæ ponatur super locum doloris, & nō permittatur refrigerescere; sed sæpe reteretur. & ualet maximè cā existente uetosa, & ponatur et ante uentrem anteriorem. item & est singulare, & tene mētis; maximè remittit dolorem uesica plena oleo calido, & sic retenta super renes, & reiterata, anteq̄ frigescat, sed in hoc benè considera, si se. adest, aut non; qm̄ oportet te moderare hic. item, si causa sit calida, aut non; ideò non possunt sic medicamina ad complementum rei describi nisi præsupposito casu in terminis. & ex eisdem rebus fieri potest balneū quo nihil melius mitigando dolorem, ut dicet, quod operatur immediatè. clyster ex oleo rutaceo cum maluatice in omni dolore renum, & frequenter successit; sed nō est semper canonicū. & ideò considera causam. unguenta fiant ex oleo de scorpionibus simplici, aut descriptione Mes. & ualet à proprietate. itē ex eo cū oleo chamæmillino, anethi, liliorū al. de spicacū cinnamomo, mileo solis, pirethro, peonia, & hm̄oi renalibus calidis, aut frigidis, ut exigit dispositio, propter q̄ cōsidera cū modico aceti, & cera, & ex prædictis rebus; quia herbis, radicib⁹, & alijs anodinis, & oleis dictis, & croco. confice emplastrum cum farina seminum lini. & nota, q̄ radix pastinachæ multū laudatur. balneum, de quo Aui. hic. & tinē uehementer conferunt ei, qm̄ decoquuntur in eis medicina lenitiua, & sedatiua dolorum, em̄ q̄ diximus in capitulis suis. cōsimiliter multū laudantur in dolore colico, de quo suprā: & tu ibi. fiat ex rebus iā dictis inde clyster, & fomēto addendo ex anodinis numeratis, & frigida alia, si opus erit mutatio causæ, in quo balneo sedeat usq; ad extremitatē costarū mendosarū, stetq; in eo spatium quartæ horæ uel circa. & non sit multū calidū; sed sicut tepidum ne ex sudore multo resoluatur, & cōtinuè per aliā aquā retentam igni in sua cōseruetur tēperie. cum autem egredietur balneum; da patienti per os aliquid ex mitigantibus dolorem, aut ex aperitiuis dictis calidis, aut frigidis, ut sunt trochisci de alchechengi, & hm̄oi, ut ipsa exigit dispositio. unde laudatur litontripton Ni datum cū uino calido, aut cū aqua lupulorum in causa frigida. similiter iustinum cum uino decoctionis milei solis, aut saxifragiæ, & similiter ualet diuretica data suprā in præseruatione. sed hic nota Aui. hic inquit. uerūtamen uti seminibus. s. calidis, cum dolor est timorosus, ppter illud, q̄ ascendit, & descendit. quapropter non tutè administrant, nisi præcesserit eū: nam, qm̄ oppilatio est fortis ualdè, & materia multa; tūc timorosum si pauca non sit; & ideò aduerte. conferunt etiam hic in balneo exhibita. item, si non ponit in balneo; da hæc primò, deinde fac fomentationes, ut ipsas citius descēdat ad renes, sed hominibus p̄mitte ænema, & euacuatuiū; post exitū aut eius lectus ingrediatur, & si potest dormiat ad libitū. item conferunt uentosa absq; scarifi. ipsas applicando etiam sursum deorsum diuertēdo. item conferunt, si super naticis ponuntur quandoq; cum scarificatione, ut infrā. item, ut infrā in fine rubricæ de apostemate eorū, qm̄ per hæc sedantia non remouetur dolor; tunc est signum, quòd causa est calida, & maximè sanguinea, ut Genti. & ideò summè confert phlebotomia: & tu recurre illic. de potu iam dictum est. audatur betonica cum uino potata, ut. 3. i. s. usq; ad duas cum uino cocto. item. **R.** betonicæ. 3. iij. piperis gra. 20. uini antiqui. l. i. bulliat, & de hac decoctione detur cyathus medius calidus. confert similiter sy. diureticus; ut de stœcados cum

feminibus frigidis de radicibus. de electarijs litonriptō, & alia, ut supra, & philonium de quo statim, ad idem athanasia descriptio. Mes. item, ut supra, triphera Gal. quæ omnia dentur cum conuenienti dosi cū uino, aut aqua, ut exiit dispositio, in exitu balnei, aut ante applicationem spongiarum, ut dictum est. quod, si contingat dolorem esse uehemētem, quia si uirtutem multum prosteruat exponit Gentil. tunc oportet incipere à narcoticis, & eius uti, donec dolor aliquantulum sedabitur, & etiam sequi cum anodinis, ut scriptum est. & hoc est, quod uoluit Auic. dum inquit hic. Cumq; dolor sit uehementis: tunc superest tibi uti eis, quæ sunt, sicut philonium, ut supra; sed subdit parum post Auic. Et studium etiā abstinendo à narcoticis est magis necessarium. tu itaq; considera, & relege, quæ de narcoticis dicta sunt supra de tenesmo, & de dolore colico.

Philoniū duplex.

& aduerte, quod duplex est philonium; persicum, quod magis ualet dolori complicato cum fluxu uentris; & romanū quod magis confert dolore existente cum stypticitate uētris. utrunq; tamen narcoticum datur usq; ad 3. i. cum uino subtili potenti: quod oportebit continuare, ut supra, si dolor non cessauerit. alia narcotica quære allegato loco, ut supra, quarto trac. item in enematis ponatur iusquiamus, cortex mandragoræ, papaueris al. aut nig. nenupha. & hmōi. item suppositoria opiata, ut de tenesmo: & tu ibi.

QVOD SI DOLOR fuerit paruus dans inducias, incipe cum his, quæ secundam perficiunt intētionem, quæ est euacuatio: & hoc melius, ac citius cōpletur p̄ submissa, quam per superius exhibita. ex submissis meliora sunt enemata; ut. R. mercurialis, parietaria, sicla, malua, uio. saxifragia, milei solis, rutæ, florum chamæmillæ, meliloti, anethi, dauci, carui, carthami, & sic de alijs, & ex oleis dictis cū bene dicta, & cassia, zucch. ru. fac. clyster ad causæ exigentiam. & quoniam suppositoria, seu collyria possunt parum; hinc de eis nihil, quæ ex eisdem conficere potes. per superius datur benedicta, ut supra, cassia, electarium indum, & est solutiuum etiam proprium diaph. cum aquis diureticis, ut supra in præseruatione. item confert uomitus, & multum laudatur in hora doloris diuertendo scilicet, & causam antecedentem euacuando materiam etiam coniunctam cōmouet, & maximè si fuerit lapis, aut arenula, & ipsum de loco aliquantulum separat: quare, & dolor mitigatur. item hoc casu summè laudatur phlebotomia, maximè ægro iuene, & sanguineo existente, uel plethorico de uena basilica, deinde de saphena exteriori, nam interior magis uescicam, & matricem respicit, & ex eadem parte etiam quidā incipiunt ab ipsa phlebotomia in dolore fortis; ut passionarius. & credo, quod recta sit operatio, de qua medicus honorem subitum consequitur: ubi ipsa conueniat; quia patiens sit iuuenis, fortis, robustus, plethoricus, aut sanguineus, & hmōi, nam multum diuertit de causa antecedenti. & debet reiterari, si possibile est, ut primò de basilica, secūdo de saphena exteriori eiusdem lateris. sed de hoc infra.

Item hanc intentionem perficiunt prouocantia, remouentia oppilationem, & conducentia materiam oppilantē ad extra, quæ prouocantia debent dari calida, aut frigida, calidiora, aut frigidiora, ut ipsa exigat dispositio. & de his exemplificatum est de potu de electarijs, &c. sed, ut te copiosum faciam; hic ponam unum ex sy. expertis ad hoc; sed tu primò considera benè uerba Auic. hic inquit. uerum uti feminibus, cum dolor est timorosus, & est uerbum hoc replicatum, & bonum: nā non debent administrari, nisi prius facta euacuatione, & non dubitando de materia, quæ sit in hepate; nam multa ibi existente materia periculum esset futuri apostematis, aut materiæ oppilationis. sy. expertus. R. capilli ue. buglossæ, senationum, scolo. filipendulæ, camedreos, camepicheos, acori, scariolæ, radicū cichoreæ, & hepaticæ. ana. M. i. radicis foeniculi, sparagi, brusci. ana. ʒ. i. corticis radicis celsi. ʒ. iij. polypodij. ʒ. iij. cimini, foeniculi, ameos, sifeleos, amomi, dauci, se. apij, assari, nenufaris, epithimi, foliorum fenæ, zinz. ana. ʒ. ʒ. i. liquiritiæ, uio. foliorum boraginis, passularum enucleatarum. ana. ʒ. i. prunorū sebestē. ana. numero. xl. turbith, hermodactylorum. ana. ʒ. i. piperis lon. ʒ. iij. se. communium frigidorum, ciccerum ru. ana. ʒ. iij. hordei lib. i. succi residentia uio. ʒ. i. zucchari ro.

E unius anni. ʒ. iij. zucch. quod sufficit, & est sy. ualēs in causa calida frigida euacuando, & aperiendo, ut patet, ex paucioribus facere potest aperitiuum tuo proposito conueniens: & tu elige.

IN REMOVENDO malam complexionem oportet, ut primò cognoscas, si calida sit, aut frigida secūdu uaria ingenia ut supra. & ut seriatim de dolore ex malā cōplexione materiali habeatur cura; ex qua habeatur, & cura malæ complexionis absq; materia, de ea distinguam. omnis autē mala complexio dolore renum causans, aut est calida sanguinea, aut calida cholericæ, aut frigida phlegmatica, aut frigida melancholica, aut sicca, de quibus omnibus curā suo ordine describam.

Cura itaq; doloris renum à sanguine prouenientis est phlebotomia de basilica, & si uidebitur, aut propter plethoriam de nigra, & si erit sanguinis abundantia; poterit iterari. item & de saphena, ut uidetur expedire; nam phlebotomia multum extimatur in cura huius doloris à multis, quando conuenienter fieri potest: quibus multum credo. facta phlebotomia dentur euacuatia remissiua feruoris san. ut sunt thamarindi, cassia, manna, cum aqua endiuie & huiusmodi, de quibus supra de soda san. & tu ibi. item & tertio applicentur intus, & extra, quæ remittunt caliditatem sanguinis ex sy. & huiusmodi, ex unguentis, fomentis, emplastris, & huiusmodi. unde sy. ro. uio. aqua hor. uinum granatorum, oxyzacchara, & huiusmodi sunt cōuenientia. & ex embrochis frigidæ, ut de soda sanguinea, de colica dictum est: & tu ibi. item de alijs, quæ conferunt in mala cōplexione calida hepatis: & tu ibi. item infra de apostematibus calidis renum, ubi te copiosum faciam; nam habuisti frigida conuenientia in mala complexione calida renum de debilitate renū: & tu ibi. & hic narro, quod mihi contigit in dolore meo renali à causa calida sanguinea ex particularibus applicatis infundebam petias in aqua recenti, & aceto, & suc. solatri, & sic frigidam applicabam statim; cōtulerunt, & recessit dolor immediatè. & hic nota, q̄, ut supra, renes indigent aliquanti stypticitate propter eorum substantiam: & ideò basis sit res styptica, cū administratur medicina. non enim hic descripsi receptas, quoniam tibi ex datis sunt aperta satis: & tu considera. & nota, quoniam dixi oxyzacchara; quoniam, cum dolor fuerit cum rheumate; non conuenit, nec aliud incisuum diureticum, siue aperitiuum, ut supra de catarrho, de quo etiam infra. cōferunt & balnea ex rebus frigidis, & post eorum exitum detur rubra trochiscata descriptione Ni. aut aliquod tale proportionatum cum uino multum lymphato. & hic nota, ut de cæteris infra, si aliquod esset membrum mittens, & maximè cerebrū, quod abstinere debemus ab incisuis. propter quod oxyzacchara nō conueniret; sed magis sy. ro. de nenuphare, de papauere, ut supra de catarrho calido, & de soda sanguinea, quo casu oportet facere diuersiones trahendo, aut mouendo materiam antecedentem ad alium locum, aut phlebotomia aut aliter ibi. item studeat rectificationi membri mandantis. & ultimò prohibere, ne renes recipiant cū frigidis, & stypticis. & de his particularibus remedijs ad plenum de mala complexione hepatis calida.

IN eo autem, qui sit à cholera, considera, si est cum plethoria totius, aut quia ab aliquo membro ad renes materia transmittitur. item si est cum rheumatismo. in primo casu cum phlebotomia euacuatur, si uidebitur; aut cum uento. sis cum scarificatione ad remittendum sanguinis aliquantulum feruorem, aut cum solutiuo, lenitiuo, cassia, manna, tamarindis. item digeras cum sy. uio. reliquis digestiuis cholere quarto trac. positis. deinde ueni ad renes cum emplastris frigidis, unguentis frigidis, ut populeone addendo, si opus erit, aliquod stupefactiuum ex papa. mandragora, usq; ad opium. item administrando tinas ex rebus frigidis, & huiusmodi. unde studium debet esse ex parte regiminis omnino ad frigidum, & pro maiori parte ad humidum. & hæc principio, item de soda calida cholericæ de dolore colico de mala complexione hepatis calida: & tu ad illa te transferas. item in secundo casu fac, ut supra, diuersiones, &c. ue de sanguinea dictum est, & huiusmodi an. & consimiliter, si fuerit

si fuerit rheumatizans materia: & idè cõsidera. etiam ista ponentur copiosè infrà in sequenti ru. & idè eam relego quoniam utillimum erit. laudatur emplastrum factum ex portulacis frixis in sartagine cum lacte aspersa, & tepidè, superpositum renibus. adde & ex fortioribus; licet frigidis, usq; ad narcotica: & est expertum. in eo autem, qui est à mala complexione frigida phlegmatica, quæ est secundum plurimum aut melancholica, quæ est rarò, oportet, ut ea cõsideres, quæ de cholericæ, & sanguineæ dicta sunt. unde, si materia fuerit rheumatizans, q; abstinence à diureticis, & aperitiuis saltem digerentibus materiam. item, si fuerit ab alio ueniens membro; fiant diuersiones, ut suprà, & rectificationes membri, aut membrorum mandantium. item prohibitio, ne materia ad renes fluat, ipsos confortando. unde in primis, si corpus fuerit plethoricum: non erit malum, si phlebotomabis. deinde euacua cum antidoto melanogogo, ut benedicta, electario indo, de quibus in quarto trac. & tu suprà. clysteria sunt in hoc magis dilecta. itè maximè in hoc confert uomitus, quem stude prouocare faciliter. ueni deinde ad ipsos renes cum anodinis calefacientibus; ut est dialthæa, & huiusmodi, cum emplastris ex rebus calidis dictis in principio, & allegatis locis. item cum tinis ex eisdè confectis, post quarum exitum detur aurea alexandrina cum uino decoctionis thuris; sed aduerte, si adest feb. quo casu te in his modera. item consequenti die post balneum fiat minutio de saphena; nisi morbus fuerit multum antiquus. si opus est digestiuis; digere materiam cum proportionalibus de quibus quarto tract.

In eo uerò, qui est ex siccitate, quod comprehenditur; quia secundum plurimum est in corpore extenuatio, & præcessit causa exiccans, ut coitus, solutio uentris, fluxus urinae, & huiusmodi oportet procedere uia resumptiua ex parte dictæ humectantis balneorum, ex aquis dulcibus, unctiõibus, clysteriis, diureticis, humectatiuis, ut sunt amygdalæ, semina frigida maiora, lac capræ, uinum dulce, aquosum, & huiusmodi, ut suprà de debilitate renum: & tu ibi: nam, quia iam allegato loco multa dicta sunt de mala complexione renum; hinc te ad illam rubricam trãseras; quoniam multa, & exemplaria inuenies tuo proposito.

C V R A. de eo, qui est ex uentositate, iam dictum est suprà de uentositate renum. & quoniam multa habuisti de colica uentosa, & uentositate splenis; hic leuiter pertranso te ad illa remittens loca.

C V R A. si fuerit dolor ex casu, percussione, dislocatione spondilis, & huiusmodi; tunc fiant phlebotomia, & sanguinationes conuenientes, fiat restauratio, ut conuenit. ordinetur dicta iuxta causam, & unctiões, emplastra, euacuationes, digestiões, tinæ, & huiusmodi, ut decebit, quæ omnia ex dictis habita sunt.

C V R A. in facto ex ulceribus renum habebitur in rubrica propria inferius de ulceribus eorum cum his, quæ per intus, & extrà applicabuntur. postremò scito, q; quando dolor renum est temporaneus, & specialiter in senes; nõ curatur in alijs uerò ætatibus difficulter. & senes hic intelligo, qui .xl. pertransierunt annos: & idè multum aduerte à promissione curandi eam. nec aliquis miretur, si de eo longum fecerim sermonem; nam, ut id egerim; suadebat dolor ipse, quo ter ægrõtaui compatiens. itaq; & mihi, & cæteris ad sic scribendum obligatim me iudicauit; hic enim dolor ita & infestans, & multis, ac quasi omnibus ita communis, quòd multa de eo dicta patiētibus, aut passuris per minima iudicata sunt. eius itaq; compilationè tolera æquo animo, & uide, quæ dicta sunt in dubio in fine capituli.

De lapide renum. Rub. 6.

Q U O N I A M rationale est, ut post rubricam de dolore renum sequatur ea, quæ est de lapide; cum lapis ipse non nunquam sit causa doloris, ut dictum est; etiam quia regimen præseruatiuum à dolore est & præseruatiuum à lapide; hinc post illam posui hanc, & si aliter princeps ordinauerit, quòd ex causa fecit. lapis renalis est lapis, qui per asationem materiæ grossæ, uiscosæ cum aquositate ad renes transmissæ, uel saniosæ, uel ulcerosæ in eis congenitæ finaliter ad indurationem, & petrificationem perducitur. ex quibus apparet modus generationis ipsius lapidis; nam hu-

A miditas uiscosa, grossa, quæ secundum plurimum est phlegmatica ad renes cum aquositate transmissa in eis moram faciens à caliditate earum assatur sic, quòd subtilis resoluitur, & grossum remanet cum certa uiscositate induratum, & sic petrificatur, ut est uidere in parietibus tinarum, & balneorum, & in fundo uasis, in quo aqua consueuit calefieri. & ut Alexander, ita in generatione lapidis fit, quemadmodum uidemus figulos terreos à caliditate solis, uel ignis in petram conuerti. & dictum est secundum plurimum phlegma; quoniam sanguis, si illic transmittitur; statim conuertitur in naturam uentosam, & malam, & à natura expellitur. item ex se non est uiscosus, grossus, nec melancholicus; quia, cum sit sicca, potius in cinerem conuertitur, non cholera; quia non uiscosa, non grossa. & hic lapis quadoq; nominatur lapis, quandoq; calculus; quia olim cum lapillis fiebant calculi rationum, quandoq; lithiasis ut. 4. apho. in quo in apho. licet quidam per lithiasim lapidem nominent uesicæ. & dicitur & grossum remanet, cum certa uiscositate eius humores exterminat, tunc non lapis sed arenulæ generantur. propter quòd nota de caliditate, quia

B Aui. dixit uirtus uerò augens est caliditas, cum egressa est ab æqualitate. unde absolutè uidetur tenere Genti. quòd non nisi ab excellenti caliditate lapis generari possit, quemadmodum in extrinsecis est uidere. Serapio autem ubi de hoc inquit. Et causa efficiens est humor igneus, & forsitan temperatus. sed hic considera, quòd calor temperatus potest in longo tempore facere, quòd excellens in paruo. credo itaq; considerandum, quòd secundum plurimum & rarò in paucioribus non fit nisi ab excellenti caliditate, & sic loquebatur Auicenna. ac Gentilis eum exponens. & per eundem modum generatur pilus ualdè longus in renibus, materia uiscosa exiccatur, & in longum, rotundumq; propulsa per renum ipsorum anfractuositates.

C A U S A E. & ut de causis lapidis sis ad plenum informatus; cum sit non morbus, nec accidens; sed causa magni morbi, ac sæpe infestantis morbi; hinc eas hoc memorioso ordine sic depingam. sex enim causæ reperiuntur principales. prima abundantia superfluitatum, secunda uiscositas, & grossities earum, tertia angustia meatuum, quarta debilitas expulsiuæ eorum, quinta caliditas affans, siue sit excedens temperamentum, siue non, sexta est fortitudo expulsiuæ hepatis uenarum cum amplitudine uiarum ad renes. item expulsiua aliorum membrorum superiorum.

Causæ autem primæ causæ sunt cibi grossi, uiscosi, male digestibiles, ut caro uaccina, porcina, aues aquaticæ assata, frixa, salsa, lac, caseus, oua dura, pisces duri, uiscosi, nuges, auellana, persica, pira, castanæ, fructus aliquando grossi, acetosi, & difficilis digestionis. & qui generant humorem uiscosum, ut mala immatura, caro citri, & huiusmodi, uinum grossum, turbidum, nigrum ualdè, aqua turbida, cerebella, intestina, extremitates animalium; ut cutis, pisces lacunales, anguilla, risum, amilus, panis azimus, & omnes cibi de pasta, ut laganæ, tri, & huiusmodi. & impediencia digestionem, ut aqua nimia, fructus, aquosi, multa comestio super indigestionem, & error in comestione, coitus super repletionem factus. exercitium nimium post cibum immediatè. somnus prolixus, ut suprà de nauæatiua satietate, balneum post cibum calidum, & siccum præcipuè, ut faciunt nostri rustici in balneis. causa uerò secundi est ipsum regimen ex parte ciborum, & potuum, ut sunt caules, lentes, & huiusmodi, ut dictum est de causa primæ causæ. item aer grossus, turbidus, item calidus, & siccus, & resoluens subtile, & balneum calidum, & siccum, ut suprà. debilitas digestiua. ac caliditatis innata. propter quòd multiplicatur in humore uiscositas, & per consequens in senioribus lapis. causa tertij sunt angustantia omnia; ut sunt frigus, ars piscatoria, & huiusmodi. causa quartæ causæ omnis mala complexio calida, aut frigida cum materia aut absque, apostemosa, aut non apostemosa, aut propter ulcera. causa quinti est caliditas ipsa renum, & extrinseca ueniens, ut cibi, & potus calidi, aut eis ab hepate & alijs, ut chyssi, uel apostemate sibi communicato. coadiuuantes autem causæ sunt strictura lumborum, ut suprà. propter quod damnandæ sunt diploides strictæ, cingere strictè, ut faciunt iuue-

nes, ut pulchriores personæ uideantur. item equitatio fortis, item eleuatio ponderū magnorū, dormire super culcitra pēnosam, & calidā, item resupinē, & breuiter oīa alia, quæ sunt apta renes calefacere per se, uel per accidēs; ut forte frigus per antiparistasm. & licet cōsimilia suprà de dolore eorum posita sint; tñ hic de illis fm̄ alium ordinē mētio fit. de sexta patet, quid dicendum. & in summa pone ex parte causæ efficientis caliditatem assantem, & expulsuam mitentem. ex parte materiæ abundantiam, uiscositatē, & grossitiem. ex parte uix angustiam: ex parte uirtutis debilitatem & sic habes quatuor causas in gnali, ex quib⁹ habetur, q̄ in pluribus alijs locis, q̄ in renibus, & uesica lapis generari potest, ut suprà de colica: nam ubicunq̄ reperiri possunt causæ alicuius effectus productiuæ; illic & effectus. tu itaque considera, quare & magis in his generantur locis, & in alijs non generari contingit, ut argutum est. Haliabbas auctoritate aliquorum inquit. Lapidem in hepate, intestinis, & iuncturis generari posse. & Gal. uidit tussientem ex lapide in pulmone genito, quem per os emisit, & curatus fuit. & de lapide quidem in diuersis locis genito diuersæ etiam sunt causæ, saltem quo ad intensum, & remissum, siue quo ad esse fortes, & minus fortes, & ad intellectum medicorum: nam lapis in uesica ex cōsimilibus generatur causis; sed fortioribus respectu earum, quæ sunt lapidis renum factiuæ, ut infra sua rubrica, & propter hoc raro accidit, in senio non reperitur. & pro clariori intellectu eius dictum est, scito quod in generatione lapidis, siue uesicæ, siue renalis diuersimodè se habent, & ipse in se ḡtates, diuersæ habitudines, diuersæ complexionēs, diuersi sextus. in prima quidem ætate, quæ portenditur usque ad dentium plantatiuam non est uerisimile in renibus lapidem generari quoniam primò humores non sunt grossi uiscoli; immò subtiles, & maximè in his qui subtili utuntur nutrimento, item nec calorem habent acutum assatiuum: itē nec uiarum angustiam, quia dato, quod uix sint angustæ ratione paruitatis corporis; tamen sunt aptæ amplificari propter humiditatem complexionis, & ex consequenti materiæ non retineri: & tu considera. & hic nota duas causas generationis lapidis in pueris positas ab Auic. inquit. Et quod plurimum generatur lapis in infantibus est propter appetitum eorum; quia nimium de cibis assumunt propter motum ipsorum super repletionē: unde causantur superfluitates uiscosæ propter indigestionem. unde attentis duabus his causis in puero. xvi. mensium, uel circa non est uerisimile lapidem generari: & hoc dico propter amicum nostrum, ad quod concurrat, quod caliditas eo tempore sopita est, sed nota, quod lac grossum posset esse causa factiua lapidis in pueris, & idē cōsidera nutricem. cum autem ad eam, quæ est dentium plantatiua, perueniunt, in eis contingit lapidē, & maximè in uesica generari. sed de his infra in suo loco. in iuuenibus quidem, & pueris lapidem in renibus cōcreari rationabile est ad rationem quidem sumptam ex parte causæ efficiētis, quæ est in eis fortis; in ipsis tamen raro generantur: quoniam ea ætate deficit materia; quia humores sunt subtiles, uirtus digestiua fortis, uix lata, fortitudo expulsuæ; hæc enim simul fortiora sunt ipsa causa efficiēte sola. in senio uerò; quia materia adest, debilitas digestiuæ strictura uiarum propter siccitatem, debilitas expulsuæ satis fortis, caliditas renum propter complexionem eorum; quia carni sunt, accidit in renibus eorum lapidē generari: nam, ut dictū est, caliditas est causa principalis factiua lapidis, quæ & si in toto in senibus deficiat; quia tñ in renibus, ratione complexionis eorum adhuc satis fortis remanet. & idē, quia in uesica, quæ est membrum frigidū, deficit; hinc in ea senio lapis nō generat. & hæc, quæ dicta sunt, intelligi habent merito decursu ætatis. & idē dictum est de pueribus, & iuuenibus raro; quia rōne indebiti regiminis non inconueniret in eis calculum frequenter concreari. ex parte habitudinū; quia in pinguib⁹ magis generantur lapides in renibus, & minus in uesica. & econuerso in macris, & extenuatis. & causa; quoniam pingues habent uias angustas, & in eis multiplicantur materiæ phlegmaticæ grossæ, uiscosæ non ita apertæ faciliter per angustas uias penetrare. item alijs partibus; quia cōplexione sunt minus calidi, q̄ macri

Lapis in pulmone.

Pueri cur lapidē faciunt.

E cholericis; hinc eorū uirtus expulsua debilior. in cholericis autem, & extenuatis magis generat lapis in uesica; quoniam uix in eis sunt late, humores subtiles, & uirtus expulsua fortis. unde ad uesicā propelluntur humiditates in renibus nō retentæ. & quia uesica est in eis exiccata ratione complexionis totius; hinc corrugatur, & contrahitur, & in illis rugis humiditas retinetur. quæ sic retenta à caliditate eorū forti petrificat. & ex his patet, quid dicendū de melancholicis ex parte cōplexionis ratione causæ agētis magis in cholericis, & sanguineis ratione materiæ, & aliarū causarū in phlegmaticis, & melācholicis. sed hic nota, quod accidentales causæ siue extrinsecæ multū operantur; ut regimen calidum, coitus, equitatio, & hm̄oi, ut suprà. ex parte sexus rarius in mulieribus; immò raro. & causa potissima in eis est amplitudo uiarum; nam ampliores, & latiores sunt uiris in partibus inferioribus propter generationem fœtus. item ex parte lapidis uesicæ; quia in eis collū uesicæ curtum est, & latum, propinquū fundo, non habens tot tortuositates; ut in uiris; hinc in eis lapis non generatur in uesica. & hic nota, quod, qñ apparet in urina humor grossus, uiscolus, & præcipuè in uiris, nisi sit per modum crisis; tunc prognostica de futuro lapide, si fuerit perseverans cum alijs. & est ad hoc faciētibus ex parte regiminis, debilitatis renum, & huiusmodi; signū est enim, quod hepar, & mēbra superiora trāmittunt. & cognoscetur differentia inter hypostasim, & talem humorem ex ductu urinæ; quia hypostasis in paruas separatur partes, humor in grossas. est quippe lapis renum paruus propter paruitatem concauitatis renis, & uesicæ magnus, & ponderosus, itē renalis rubeus est siue citrinus, & uesicæ albus, uel ad fuscedinē declinans, item renalis oblongus, & uesicæ rotundus, à loco enim formam capiunt.

Et, antequam ad curā perueniatur; scito, quod si in urina spissa alicuius arenula multa apparet; raro lapidem incurrit quod si incurret; durior erit alius. itē quod nō omnibus faciliter salutē spondeas; nā primò senio raro curatur, & cū maxima difficultate, & præcipuè cū passio aliquantulum chronica fuerit. post autē quinquaginta annos nunquā spes habenda est, ut uideatur uelle Hip. quarto epidimiarum. item considera, si est hæreditaria. unde Auic. in fine capituli de lapide renum. Et scias, quod lapis renū, & uesicæ est ex eis, quæ hæreditantur, & ultra causam cōem alijs, quæ hæreditantur facit propinquitas horum membrorū membris generatiōis. de hæreditate lapidis non fecit mentionem princeps secundæ primæ doc. prima. viii. cap. quia ibi nō omnes nominare uoluit; sed aliquas gratia exēpli posuit, ut patet intuenti. habet & hæc dispositio per indicationē; ut inquit Auic. quæ nō est à forma specifica. sed eam intellige esse merito particulæ mittentis, & particulæ respicientis, siue aggregantis; & considera. postremò nota dictū Haly. Oportet autem medicum speculationem adhibere diligentē in hac passione, iudicium roborare; cum nonnunquam passio in intestinis est, quæ in renibus opinatur. iudicauit enim Gale. de se ipso habere lapidem renum, & maximè quia dolor erat in loco, per quem transit urina de renibus ad uesicam, & erat humor uitreus grossus in altero intestinorum grossorum; nā per impositionem ænematis ex oleo tantū egressus ille humor, & curatus fuit immediatè.

SIGNA demonstratiua, qñ lapis est in fieri. primò apparet urina grossa, deinde, cum incipiunt materiæ aduicem globari, & uniri pro lapidis generatione; oppilationem faciunt, & deinde urina ad subtilitatem, siue ad tenuitatem uenit, & sedimē dictæ urinæ grossum est humorosū. quod dicitur; quia, qñ lapis factus est, & est in uia dissolutionis, sedimen est arenosum: & qñ lapis factus est, urina est subtilis propter oppilationem. item est paruum sedimen, & quāto lapis durior, tanto magis absq; sedimine, & plus cum tali signo perseverans. & aliqñ proueniunt tunc dolores maximi, & qñq; mors. & qñque lapis stat quietus, tunc dolor est paruus, & aggrauatiuus, fixus in loco, & qñ est in intestinis; fœx augetur. similiter, quādo cibus descēdit in colon cōstringendo, & cōsimiliter, quādo euacuatur ueter; alleviatur dolor. itē quādo lapis mouetur; tunc dolor augetur quia causatur aliqua solutio, & grauitas, & extensio in ipsis poris uritidibus, & est mirabile, quomodo per locum

Mulieres cur lapidē non faciunt.

ita angustum possit lapis transire. & in transitu eius ad uescicam oportet, ut se figat inter tunicam uescicæ; & tunc causat maiorem dolorem in aduentu eius ad uescicam, quam in exitu eius à uescica ad extra. & causa; quoniam uix sunt latiores à uescica ad extra. sed, cum peruenit ad uescicam; læditur dolor item in eius motu sentitur dolor in inguinibus, & emunctoriis. item signum eius est punctura in renibus fixa, ac si ibi esset acus; item apparitio arenularum in urina. Consuetudo cadendi in hac dispositionem etiam consideretur. in his accidit difficultas mingendi, & exit urina cum ardore, & paulatim, & sentitur dolor in uirga, & in extremitate. item quando aliquis mingit urinam nigram per aliquot dies, uel menses cum perceptione doloris in catim; tunc expectes lapidem in renibus fieri. item punctura testiculi eiusdem partis, in qua est dolor cum dolore pedis, & cruris, & cum obdormitatione pedum sunt lapidis signa, & accidit in exitu eius propter fortem dolorem feb. item rubor genarum hepatis, & renum caliditas significant lapidem. & breuiter in lapide renum sunt dolor fortis, & fixus in ilio à parte posteriori, & in emunctoriis in uirga cum apparentia urinæ subtilis. & accidit uomitus, nausea, ut in colica; sed distingue ex habitis supra de colica: nam in colica præcessit satietas nauseatiua, & urina cum sedimine uiscoso, humoralis non arenoso, & in lapide apparuerunt arenulæ & consuetus est pati.

PROGNOSTICA. lapis renum magis fit in senibus, & in pinguibus propter debilitatem expulsuæ ad instantiam remotam. quando in lapide renum urina remanet subtilis, & si sic continuat, est malum signum, & significat, quod lapis est durus, & non rumpitur. cum autem urina in lapide grossa apparet; signum bonum; quia significat incolumitatem uirtutis expulsuæ, aut lapidis paruitatem non multum oppilantem. quando si lapis non dissoluitur, sed si autem sic remanet, & dolor pro cedit se augendo; dubitandum est de uita infirmi. item lapis renum est ex his, quæ hæreditantur. Auic.

CURA. itaque lapidis renum bipartitur in præseruatiuam, & curatiuam.

PRÆSERVATIO magna ex parte dependet ex his, quæ dicta sunt de dolore renum: & ideo te referas ad eum locum. sed inter cætera multum commendatur uomitus hic. unde Auic. Et ex prohibitiuis generationis eius est uomitus post cibum, & multus usus, & maxime si faciliter fieri potest. & considera de uomitu supra. xiii. cap. item usus urticæ, ut supra de præseruatione à dolore; de qua consueuit fieri aqua ad alembicum cum liquiritia. item euacua euacuationibus particularibus. & digeras, & administra prouocatiua, ut supra allegato iam loco, & non frequentes ea; quoniam renes sic multum debilitant. unde Alexander. Et non frequenter utenda sunt, nisi sit suspicio, quod in renibus colligantur materia pinguis. item sternutare, & si magis conferat in cura curatiua; etiam confert in præseruatiua. item quia Auic. inquit. Et dormire super dorsum ex eis est, quæ lapidi conferunt. & uidetur contrarium dictum esse supra de præseruatione à dolore renum, & ex consequenti à lapide renum. intellige dictum eius, quod non frequenter dormire tale; sed aliquando ad resolutionem materiæ in eis contentæ confert. sic itaque ad hunc locum porta, quæ dicta sunt de præseruatione à dolore renum ex parte diætæ, & aliorum ut in præcedenti rub.

CURA curatiua diuidatur primo in curam, quæ fit per medicinas, & in curam, quæ fit per incisionem, quæ breuiter expediã cum Auic. inquit. Et sunt quidam, qui laborant extrahere ipsum per incisionem illi, & per dorsum; sed est timor magnus, in eo, est & operatio eius, quæ rationem non habet. & ideo; quoniam oportet penetrare per musculos. scilicet per dorsum, per ossa magna, per neruos, arterias, uenas magnas, in quo casu accidit syncopis, & mors. item uulnus fit semper plurimum fistulosum, & continuè egreditur urina. itaque nec in debili, nec in forti te intromittas: & si in forti sit minus periculosum; nam secundum me periculosum, & mortale est: nec unquam audiui, nec fieri uidi.

CURA uero curatiua per medicinas facta diuidit primo in intentiones curatiuas habendas in cura lapidis.

Secundo in curam eius capiendæ diuersitatē ex parte loci

A motus eius, & temporum sui esse. tertio in causa, quæ est de ipso, quando fit ab apostemate uel ab alia causa. in cura autem regulari ipsius quatuor sunt intentiones principaliter habendæ. prima abscisio causæ, secunda eductio, & comminutio lapidis, tertia conueniens medicinarum applicatio, quarta accidentium correctio. quod si accidentia seuisima erunt; tunc oportet curam peruertere regularem, & ab ipsorum cura incipere, ut in principio operis dictum est.

Prima autem intentio perficitur his quatuor canonibus. primus ordinatio diætæ; secundus digestio materiæ antecedentis, si necessaria erit, tertius euacuatio eius, quartus diuersio. diætæ fit ex cibis boni chymi, facilis digestionis, & abstineat ab his, quæ lapidem generant, aut augmentant, de quibus omnibus particulariter in præcedenti rub. nam præseruantiæ à dolore renum præseruant, & à lapide. secundus completur digestiuis appropriatis materiæ, de quibus ad plenum. iiii. tra. & tu ibi. tertius perficiat cum his, quæ materiæ antecedentem euacuant aut per superius, aut per inferius administratis. sed hic sis memor canonum supra positorum in præcedenti rub. de hoc, & de apate renum, quod ebibita non debent esse fortia; ne materias multas precipitare faciant ad uias renum: sed debent esse leuia; sicut castia fistula, benedicta, & hmoi, ut in allegatis locis, & tu ibi. sicut dictum est, ibi clysteria sunt conuenientiora, & istis suppositoria; quia materia non mouet, siue trahunt. unde Auic. Immo suppositorium amicabilius est mihi. & nota consimiliter de ænematibus, quod non debent esse fortia saltem, ut existimo, quæ diu debent manere in uentre: sed quæ cito egredi debent ut materiæ fœcalem, & aliquid humoris uiscosi, & aggregati in intestinis extrahere poterunt etiam fortia aliquantulum. & in his quibus expectatur uentris solutio, ponitur sal. in aliis uero, quibus expectatur aut alteratio, aut doloris mitigatio, non ponitur. ite nota, quod quantitas clysteris non debet esse magna; ne sua magnitudine coartationem faciat. unde Auic. extrahere fœcæ cum supposito, aut clystere non magna; quia forti etiam intelligi potest. tu itaque clysteria, & alia solutiua quære in præcedenti rub. quartus completur diuersione facta per uomitum post cibum præcipue, & quidam hunc sub tertio ponunt. conferunt etiam frictions inferiores, ut lapis ipse descendat.

C Pro secunda uero intentione primo scito, quod ipsa est principalis in mente medici, & aliæ ad hanc ordinant, quasi ut in finem. & est comminueri, siue frangere lapidem, & fractum ad extra deducere: nam quod integer ueniat, siue exeat, est præter intentionem principalem medici; nam bene scit, quod integer & precipue, si est magnus, est aptus multum uias lædere; non autem sic comminutus. secundo, quod antequam des lapidis comminutum, siue eductium, primo præcedas cum dilatantibus uias, & ductus lenientibus ad intra cum castia data, cum iuribus pinguibus, decoctione maluarum, & butyro. de qua sumatur res plurima cum decoctione althææ, & granis pini, & modico mellis. item cum ænematibus ex maluis, althæa, foenugræco, semine lini, oleo chamæmillino, pinguedine anatum, mucillaginibus althææ, & oleorum, brodiis pinguibus, & hmoi, aut ex oleo solo. item ad extra fomentationes fiant cum spongiis ex decoctione prædictorum, balnea aquæ dulcis, decoctione meliloti, chamæmillæ, althææ, maluarum, anethi, radicis ireos, & huiusmodi, de quibus iam. unctioes de oleo de liliis albis, de amygdalis amaris, de lino, de alcanæ. emplastris, & consimilibus factis cum farina foenugræci, aut semine lini, radice althææ, & hmoi, ut in præcedenti rub. & tu ibi. tertio ordina lapidem frangentia, & comminuentia, & extrahentia, quæ administrabis, ut infra, quæ quibusdam oportet esse dotata conditionibus. prima quod sint abstersiua, caliditate temperatam excedentia etiam non multum; nimium enim calida resoluendo, & excicando petrificant, ut supra. ex quo apparet, quod medicinarum amaræ; ut amygdalæ, nuclei ossium ceraforum, & persicorum, & hmoi, sunt hoc casu conuenientissimæ: has enim habent conditiones. propter quod pluribus, uel altero eorum utuntur in confectionibus cum una sola coopertura, ut in præcedenti rub. item radix costi, radix lauri, bdellium, radix urticæ, & hmoi, quæ dari consueuerunt in puluere usque ad. 3. ii. cum aqua foeniculi. sed de his, & similibus statim. secunda condi-

tio, quod frangentes lapidem renum debent esse debiliores, quam frangentes lapidem uesicæ, & causa; quoniam lapis renū non est tantæ resistentiæ. item nec uia est ita longa ad renes. quare melius seruetur uirtus medicine, quam in uia longiori, in qua, ut est uerisimile, magis perditur. ex isto apparet, quare lapis iudaicus est medicina renalis, & non uesicæ; quia, antequam perueniat ad uesicam, perditur eius uirtus. ex isto infertur, quod frangentes lapidem uesicæ frangunt & lapidem renum, & non e contra. hoc dico; quia reperit medicina frangens utrunque; à proprietate; ut cinis scorpionis, & cinis caudæ tremulæ, quam Auic. uocat aterguillades. item nota, quod in fractione lapidum multum conferunt incisua, quæ sunt pauca caliditatis, dicit pauca caliditatis quia multæ addunt in causa lapidis. unde secaniabin comendatur. quod, si squilla, & radix eius, & allium ab auctoribus commendatur; credo illa debere in caliditate remitti, & sic remissa multum conferunt; quia multum separant inter partes lapidis. & ut promissum est, ea comminuentia lapidem hoc ordine connumerabo, horum enim quædam hoc agunt à proprietate, quædam à complexione, quædam utroque modo: & horum quædam fortia, quædam debilia. à proprietate cinis leporis decollati, cinis hepatis asini, cinis scorpionum, cinis caudæ tremulæ, oleum scorpionum, solatrum hortulanum, lapis spongiæ, lapis iudaicus, & est uigorosus lumbrici terrestres exiccati, gramen.

A complexione; ut amara calida non multum, & de eis pro parte exemplificatum est, & amplius exemplificabitur ut radix sparagorum, polium, betonica, pētafilon, capillus uen. grana solis, radix scolopendriæ, apium, calamentū, semen raphani, aqua radice eius, & similia de quibus te copiosum faciā utroque modo. uitrum clarum adustum, & puluerizatum, fœx adusta, cinis corticis ouorum, scarabei, semen genestræ, & est forte. frangit, & præ cæteris educit, fimus columbinus, fimus galli, & sic de aliis; nam in fine rubricæ de lapide uesicæ in præcedenti cap. multa ponam simplicia, & composita, quibus te copiosum faciā.

Pro tertia intentione plures sunt habendi canones. primus, quod in componendo medicinas lapidis comminutiuas debes addere medicinas subtiles uelocis penetrationis; ut est piper, calamentū, cinnamomū, pulegium, quæ, si possibile erit, communitatē lapidis respiciant. secundus, quod cum his ponant fortis prouocatiuæ, quæ materiā ad extra propellant; ut semina calida, semina quatuor frigida, de quibus in dubiis; & tu ibi. radix rubee, daucus, meum, acorus, ameos sifeleos, cordumēni, catarides, & sunt fortes, de quibus infra. tertius, quod cum ipsis ponantur medicinarum facientes alias loco permanere; ut in conuenienti tempore suum producant effectum; ut sunt medicinarum habentes pinguedinem, & uiscositatē; ut est guma, foeniculum, polypodium, & huiusmodi. quartus, quod cum his ponantur, quæ sunt facilis, ac uelocis penetrationis; ut piper. quintus, quod cum eis ponant quæ confortant sua stypticitate, & aromaticitate; ut sunt spica, casia, ro. balauitia, been, liliū siccum, squinantum, sandali, & aliæ medicinarum odoriferæ; nam comminuentia lapidem renes debilitant; & idē his egemus. sextus, quod non solum quæ sunt aromatica; sed & styptica non aromatica etiam in hoc conueniunt casu propter assignatam causam ut sunt succus fructuū stypticorum, de quibus de dysenteria. septimus, quod cum his ponendæ sunt medicinarum doloris sedatiuæ à proprietate etiā ultra anodinas opiatas. de quibus statim. postremò nota hic Auic. inquit. Cumque componimus medicinam secundum formam hanc; operatur uirtus naturalis in ea, & expone discretiua. quare utitur eis, quæ ad lapidem sunt apud lapidem. postquam fuerit usa ad hoc ut peruenirent. illæ, quæ sunt ad lapidem ad locum lapidis & tunc utitur liquefactiuis, & lenitiuis illic; ut perueniat medicina lapidis, & faciat medicinam morari; ut operationem suam efficiat per hoc, quod dominatur ei uirtus administratiua, &c. & in summa ponit uirtutem discretiua, quæ primò utitur in tali composito medicina penetratiua, nec aliis pro tunc utitur, quia sic primò non sunt necessaria. cum autem peruentum est ad locum hanc relinquit, & utitur. secundò medicina faciente alias in loco morari tempore conuenienti, interim medicina comminutiua operatur, & tunc

utitur prouocatiua, quæ facit expulsionem lapidis sic comminuti. & hic est articulus in medicina, quæ qui non credit, non est dignus medicina, & est infidelis: de qua uirtute discretiua habes in prima quarti de cura hemitritæ, & in hoc primo capitulo.

Pro quarta aduerte, quod accidentia consueta consequi lapidem sunt dolor fortis, difficultas mictus, ulceratio urinæ in quibus primò te sic habeas, ut supra de dolore renum dictum est. nam attende mitigationi eius secundum, quod est fortis, aut debilis, ut supra allegato loco; & ibi relege. tu tamen semper attende, quod in dolore forti cum lapide existente debemus euitare narcotica, quantum possibile est; quoniam talia sua frigiditate opponunt comminutioni lapidis sed ubi esset multum uirtutem prosternens, ut in præcedenti rub. debes à narcoticis incipere; ut sunt theriaca noua, philonium, de quo allegato loco. quod, si uirtutem non prosternet; incipe cum anodinis ex clysteriis, fomentationibus & huiusmodi, ut in præcedenti rub. item maximè confert uomitus, qui, & si uideatur nocere, in quantum mouet lapidem ad superiora; tamen plus iuuat euacuando lapidem de loco doloris. item, quia dolor in tali casu nonnunquam ex uentositate fit, quæ generatur ex materia phlegmatica; hic applica resoluentia ipsa cum spongiis, ut in præcedenti rub. & tu ibi. sed bene notes canones ibidem positos, & maximè attendendos. postremò hic nota, quod theriaca noua ualeat in casu, primò quia confortat membra, item prouocat urinam, item comminuit lapidem, item stupefacit, & dolorem sedat, & hoc per uirtutem ingredientium eam. difficultas mictus corrigitur cum iam dictis remouendo causam ipsius accidentis, à qua ipsum in esse, & conseruari dependet. & cura ipsius infra suo dicitur loco. ulcera autē, si accidant, curentur cura eorum iam dicta.

Ad opus descendendo particulare cum quis calculum patitur: sic operari incipias. primò dietam ordina, ut supra secundò, si dolor est prosternens uirtutem multum; stude eius mitigationi etiam cum opiatis ultimò, aut primò, si multum prosternerit, ita ut ex anodinis non speretur mitigatio. item & uomitum facias, in hoc casu iuuans multum ut supra. quod, si non; tunc ordina euacuatium lenitiuum & fœcum eductiuum, & humiditatum existentium in intestinis prohibentium sua coartatione lapidis exitum. deinde ordina clyster mitigatiuum, & elargatiuum uiarum ex althæa, malua, uiol. foenugræco, semine lini, butyro, adipe anatis, oleo mucillaginibus, & huiusmodi, & sit unctuosum magis, quam aqueum. item ad extra applicabis cum spongiis, & huiusmodi medicinas, aut uirtutem earum lapidi conferentes ex aperitiuis comminuentibus, de quibus infra. & medicinas elargatiuas, ut emplastra, unctiones loco dolenti, & parum infra, uel circa renes, ut in præcedenti rub. ad quam recurre, sicque renouabis, & semper sint actu calidæ sufficienter. deinde per os dabis comminuentia lapidē simplicia, aut composita iuxta canones positos, de quibus statim. quod, si ista & reiterata aut etiā non reiterata, aut non reiteranda secundum tuam prudentiam non contulerint; tunc inducas uomitum fortē, si cætera consentiant tuo iudicio derelicta, aut applica uentosas absque scarificatione ponēdo primam sub loco doloris per paruum spatium, & aliam sub illa, & tertiam super pectē; ut ad uesicam lapis trahatur, & continentur, ut tibi uideat. item restrictio fiat supra alchatham & pectē; ut elargentur uia desuper, & sit fortis. item introduceas sternutationes fortes, item motus fortes, ut descendere per gradus scalarum motu forti, agitatio, saltus super uno pede factus, aut, si est uir, equitare equum male succusantem. item introduceas retentionem anhelitus fortem, item frictiones illorum ad inferiora, item clamores fortes, item compressiones fortes supra se factas, & super eam duras; ut super caput tabulæ grossæ, aut capsæ. quod, si ista non conferunt; pone patientem in balneo facto ex malua, althæa, parietaria, chamæmilla, & huiusmodi usque ad zonam, uel infra, & post exitum dabis ex comminutiuis lapidis, ut infra de quo balneo habuisti supra rub. præcedenti: & tu ibi. & ne te in longum amplius protraham ex parte medicinarum simplicium, & compositarum in casu nostro ualentium; eas sic describam, si prius satisfecero de cantaridibus

ut dimissum est. pro nunc tantum dico, quod cantharides sunt fortiter prouocatiua, & experiētiam uidi; sed eius usus est periculosus, & Gentilis consulit, ut eis non utantur; excoriant enim uescicam. quod, si uti uolueris; abscinde caput, & alas, & cum eis pone correctiuum, & dentur in quantitate temperata: sed consulo, non utatur.

Medicinæ simplices lapidem comminuentes, siue frangentes sunt radix costi, bdellium, radix lauri, & cortex radicis eius, cicer nigrum, & propriè aqua eius, quoniam fit leuis decoctio: nam, si multum decoquat, cicer amittit uirtutem diureticam, & efficitur aqua styptica non prouocatiua. nucleus cerasi, & propriè syluestris, & domestici est usualis. squilla, acetum eius, balsamum, siue oleum eius, & est forte in hac cura. dantur quatuor guttæ cum uino riboleo; ut uerbis gratia cum quatuor coclearibus eius, & est per magnatibus. carpobalsamum, xylobalsamum in puluere; ut uerbi gratia. 3. ii. de his cum uino ualet: similiter cum uino ad quantitatem. 3. i. 5. radix cucumeris asinini, scolopendria, saxifragia, aqua radicis cardi, apium, daucus, semen canapis, radix pentaphilon, aqua eius, radix sparagorum, camepitheos, polium, semen raphani, ruta agrestis, semen agreste, & est forte, ut supra. & ex fortibus est lapis iudaicus, pulegium, camephiteos. Aui. & fortiora sunt cinis scorpionum, & oleum eorum, de quo dari posset, ut existimo, ut de balsamo dictum est: nunquam tamen dedi. & hortatur Gentilis, quod non detur de cinere eius; considera. scorpiones adurantur suauiter in uase uitreo linito luto sapientiæ in furno dimittendo eos una die naturali ita, quod non ueniant ad summum adustionis. cinis leporis decolati, & cum tota pelle adusti, ut de scorpionibus dictum est. dosis est à. 3. ii. cum aqua aliqua diuretica. est medicamen forte, & maximè si prius submergatur in aceto. & dicit Mundinus, quod frangit super omnia item est & etià fortis aqua sublimationis leporis, & ualet in utroque lapide uescicæ scilicet, & renum. item lubrici terrestres exiccati, ut supra, & oleum, in quo bullierunt. item uitrum ustum: ut supra, lapis lyncis, lapis spongiæ, & est de fortibus. Aui. & mirabiliter operatur: & hoc à forma. sanguis hirci præparati secundum artem. uide hoc loco Aui. & est mirabilis. sed hic aduerte, quod est horribilis odoris, & saporis: unde inuoluat in scaletis, siue nebulis zuccharatis, & sumitur ex hirco quatuor annorum nutrito ex herbis diureticis, & debet esse non primus, nec ultimus. sanguis hirci præparati; quia. iiii. annorum calidior, & similiter sanguis medius: & ideo fortior, cinis corticum ouorum postquam euacuata sunt à pullis mirabiliter. item à proprietate & mirabiliter. cauda tremulæ auis cruda comesta melior ualet, & affata, elixa, salita. item puluerizata, ut de scorpionibus dictum est, & posita cum aliqua ex aquis diureticis. item ualet & potèter lapis natus in renibus puluerizatus, & bibitus cum uino subtili albo, & est usuale. item & mirandum, & est probatum. fac rotulas de radice raphani decem, uel plures, & pone in uino albo per noctem. mane bibatur ieiuno stomacho, aut sero, donec lapis exeat. probatum; nam pone in uino isto lapidem, & uidebis eum cito frangi. quidam dant uinum decoctionis eius, & existimo, quod etiam ualet, gummi cerasorum, prunorum potenter frangit. in capite limaciæ reperitur lapis, qui tritus, & in potu datus cum uino statim mingere facit lapidē, & est probatum. & si non inuenis unam magnam; cōgrega ex pluribus paruis.

Ex compositis usualibus electarium ducis Nic. philoan trophos Nic. iustinum, litontripon Nic. datur de eis usque ad. 3. ii. cum uino, uel aqua calida actu aperitiua, uel lapidis cōminutiua sero, uel mane quoniam expedit stomacho ieiuno item commendatur mithridatum, & est usuale, & efficax. & detur de eo usque ad. 3. ii. cum uino subtili, & sint stomachus, & hepar expedita à suis digestionibus. syr. ad hoc. & scolopendriæ, & capillorum uen. tribuli marini, pimpinellæ, milei sol. leuistici, endiuicæ. ana. M. i. radicum sparagi, brusci, petros. raphani, graminis, ana. ʒ. i. seminum fiseleos, althææ, fœnugræci seminum anisi. ana. ʒ. ʒ. seminum communium. ʒ. i. liquiritiæ mundatæ, passularum mundatarum. ana. ʒ. i. cicerum rub. M. i. spicæ nardi. ʒ. ii. aceti squillitici ʒ. ii. mellis electi, zucchari. ana. lib. i. fiat syr. de quo dentur

A 3. ii. pro uice cum unc. iiii. aquæ raphani. ad idem aquæ sublimationis carthami marini dicti herba sancti petri. ad idem optimū, & ualēs, & in lapidem uescicæ frangēdo. R. unc. ii. pulue. secundum optimo exiccata, & da mane, & sero cum uino albo optimo quantitatis. unc. iiii. item poteris ordinare trageam ex seminibus dictis, quia cōibus amygdalis amaris, nucleis persicorū, cerasorum, milei solis, & hmōi cum quantitate zucchari cōuenienti, & in forma solida, ut placebit. ad idem. R. lac extractum ex nucleis persicorū, & cerasorū, & amygd. ana. etiam da cum decoctione saxifragiæ, & milei sol. aliud ad idem. R. seminum genestræ lapidis spongiæ, lapidis hominis, apii. ana. ʒ. ii. saxifragiæ, milei sol. ana. M. ʒ. infundantur per noctem in uino albo subtili, & sublimetur deinde, de quo detur ab. ʒ. i. usque ad. iii. ieiuno stomacho actu calido. aliud. R. baccas hederæ, & decoque in aqua, & calidam da bibere. & ualet etiam in lapide uescicæ. ad idem. R. gramen, agrimoniam, camedreos, saxifragiam, ameos, auellanæ, tritos, & puluerizatos decoque in aqua. da infero cum canone ad hoc, & supra dormiat si potest. ad idem mirabile, & eos si potes utere. Reci. sanguinis hirci, myrrhæ. ana. confice cum oleo balsami. etiam dosis est. ʒ. ii. & hoc est, quod Auicē. hoc loco uocauit manus Dei. aliud ad idē Aui. R. cineris uitri, cineris scorpionis, cineris radicis caulis nabati, uel nō transplantati, cineris lapidis spongiæ, leporis sanguis hirci exiccati, & contriti, cineris corticum ouorum, à quibus egressi sunt pulli, lapidis iudaici, gummi nucis, acori. añ. partes æquales petrosi, dauci, pulegii, gummi arabici, seminis althææ, piperis omnium. ana. par. i. ʒ. conficiantur cum melle, & conferuentur, & dentur de eo. ʒ. ii. cum aqua tribulorū decoctorū cum ciceribus nigris, & ualet etiam lapidi uescicæ. & est de expertis Auicē. ad idem expertum. R. seminum genestræ puluerizata. ʒ. ii. dentur cum aqua fœniculi dulcorata cum mel. ro. & est efficax ieiuno stomacho. ad idem. R. seminum genestræ. ʒ. iiii. semi. saxifragiæ, & est efficax. multa enim per te componere poteris ex datis, & aliqua iterum recitabo in dicendis.

C Y R A. uita itaque si cura lapidis renum in genere conueniens sic iudic auis, ut cum ipse lapis differētias multas capiat ex parte loci, motu, & temporis sui esse, ut supra, magis particulariter de eo dici debere: nam hic ita homines affligere consueuit, & quasi oēs, ut supra, quod eius plixæ narratio non fastidire possit. lapis itaque aliquando est in renibus, quoniam in uis inter renes, & uescicā; quia in poris uritidibus, nonnunquam in collo uescicæ, aut in uirga ipsa. quoniam autē est in renibus; administra dietam, ut supra. deinde euacua cum cassia, & benedicta materias in uis ductuum existentes, aut cum clystere lenitio, & uiarū elargatio. quod fit magis unctuosum, quam aquosum, & illud reitera, ut uidebitur expedit. deinde applica renibus, ut supra fomentationes, unctiōes ex oleo de spica, chamæmillino, anethino, liliorū alb. de sem. lini, & hmōi; aut emplastrū ex malua, althæa, farina sem. lini, fœnugr. anetho mixto cum oleis prædictis, & mucillaginibus althææ, fœnugræ. &c. deinde exhibe ex dictis cōminutiū, ac fractiuum lapidis cum canone suo; quia stomacho & hepate uacuis existentibus. quod, si non conferunt; aut reitera, quæ dicta sunt, & aliud fortius cōminutiū dabis, de quibus statim. quod, si non; fac balneum ex aperitiuis mollificatiuis, & dolorū sedatiuis; ut sunt althæa anethum, chamæmilla, fœnugræ. semen lini, meliloti, radices fœniculi, petrosilli, parietariæ, dauci, camephiteos, milei sol. cichoræ, endiuicæ, cicer sacerdotalis, saxifragiæ, & hmōi, post quod in eius exitu dabis cōminutiū, ut supra nam balneum est quid singulare in casu isto; quoniam infirmus est fortis, & non aliter: quoniam ubi esset debilis, maius fortasse sequeretur nocumentū; quia debilitas uirtutis expulsiuæ in expellendo. quod si fuerit debilis: appone loco balnei spongiæ, aut filtrum in aqua balnei prius infusum, & expressum applica & calidum conuenienter, prædicta omnia consimiliter seruabis lapide existēte in uis, aut in collo uescicæ, aut in uirga. cōminutiū lapidis. R. iustini. ʒ. i. lapidis iudaici. lyncis, spongiæ. ana. gra. sex. milei sol. gra. x. cinnamomi. gra. iiii. & cum uino aromati. subtili, ut ribelo detur. aliud fortius. R. litontripon. ʒ. i. ʒ. lapidis lyncis, iudaici, spongiæ. ana. ʒ. ʒ. milei sol. grana. v. cinnamomi gra.

Cartham^{us} marinus, uulgo herba sancti petri.

Scorpio- nes uti ad cinerē red- ducantur.

na. iiii. aquarū saxifragiæ, sparagorū. ana. ʒ. i. ʒ. puluerizetur & detur. ut supra. ad idem lac factum de semine milei sol. probatum est. quādo uerò lapis stabit fixus, & nō mouebit; tunc, si est in renibus, applica iuxta renes uentosam, & aliā circa iliū, & aliā ad pectē tortuosē. s. ut trahat ad uesicam. item operare, si quiescit in uis mediis. item iniūgas sternutationes, motus fortes, & alia, ut supra dictum est in generali de eo. & nota quòd hoc casu, & eo tēpore comminutiua, aperitiua calida sunt suspecta. quare cōuenientius dabūtur, quæ à pprietate agūt, & non à qualitate, quæ non erūt excessiue calida: & tu elige. secundò, q̄ talia non fiant, nisi prius præcesserint, quæ dicta sunt ex ænematibus, fomētis, emplastris, balneis, & hmōi mollificantibus, & elargātibus uiam. quòd si fuerit stans in collo uesicæ, & prohibeat urinæ exitum; tunc patiens ponatur cum capite depresso, & eleuentur crura, siue anchæ, & cōcutiatur; ut lapis in uesicam descendat. item manibus cōprimatur pectē expellendo lapidem ad inferiora. item introducatur uomitus fortis: & est hoc casu multum cōueniens, & ipsum, si potest, facias. item imponitur siringa; cum aqua expellatur ad intra. item deinde iniiciantur ex dictis comminutiuis lapidē renum cum lacte, aut aqua raphani. item & cōfert, si incuruetur super genua sua, & mēbra omnia curuet. item ad hoc facit intromissio digiti in anū, & cum eo lapidē mouēdo. si uerò fuerit in uirga retētus, & speretur eius exitus; tūc q̄nq; sufficit maximè, quando est paruus sola suctio facta cū ore. quòd, si fuerit magnus; tunc per siringam iniicias olea mollificatiua anodina, ut supra, pro qua uia elargetur. aut si patiens est fortis; ponatur in balneo: & est balneum conferens ex dictis rebus. deinde cū manu inuncta ex oleis dictis fiat expressio leuis, qua moueatur lapis ad extra. item ponatur uirga in aqua calida decoctionis maluæ, uiolarū, olei uiolati, mucillaginis althææ, seminis lini, & hmōi. & fricetur locus uice una post aliam, & memorare facere clysteria lenitiua unctiuosa magis, ut supra, & q̄ à fœcibus, & aliis superfluitatibus intestina retineātur munda. itē introducas fortes, ac frequentes sternutationes, ut supra. itē ad hoc maximè cōfert oleum, in quo ebulliti sunt cimices multi contriti, si in eo plus, quàm tepido in uase aliquo existente uirga teneatur; immò creditur, quòd etiam hoc modo iā egredietur uesica. item cimices ipsi contriti, & in foramine uirgæ positi idē operātur. & nota hic tres canones. primus q̄ nō intromittatur instrumēta in uirga, nisi prius facta mollificatione cū balneis, emplastris, unctiōibus, & huiusmodi. secundus, q̄ ubi sunt apostemata non intromittas ea. tertius & sæpe memoratus, q̄ à facilioribus inchoandū. postremò, quando alia non cōferunt; oportet scindere uirgam cum aliquo instrumento: sed sis cautus primò ligare uirgā super petram uersus pectē, ne redieret ad collū uesicæ, & in uanū laborasses, & infrā ipsum, antequā liges; trahes cutē, & benè ad superiora uersus pectē; ut, cum redeat cutis, uulnus cooperiatur. cōsidera. & postea consolida locum cum mastice bono, & albumine oui. quòd, si fuerit in motu; iuuant fomentationes, sternutationes, & similia, de quibus supra, & paulo ante actum est. ex tempore sui esse; quia aut est incipiens, aut confirmatus, cura incipientis est eadem cum præseruatiua, & illa iam posita est in præcedenti rub. & tu ibi. cura uerò confirmati fit per ordinationem diætæ, ut supra euacuationē factam per pharmaciam, clyster, phlebotomiam, per uomitum, & huiusmodi, ut supra. item per medicinas frangentes lapidem p̄mittēdo anodina mollificatiua, aperitiua, elargatiua ex balneis, emplastris, fomentationibus, unctiōibus & hmōi. item per agitationes & motus factos laboriosè per scalas, & equitādo, ut supra, & satis clarè positū est. & hic nota etiam pro præcedentibus, q̄ ex eisdem rebus fieri possunt confectiōes solidæ, ut de electariis exemplificatum est. & nunc quidam utuntur litontripon in forma solida.

CYRA. autē eius, qui est ex apate calido procedatur primò curādo apā ipsum, q̄ est causa lapidis faciendo phlebotomiā, & administrādo frigida actū, & potentia in principio: deinde ad alia, ut supra de eo. ex emplastris, unctiōibus, unguentis, clysteriis, & hmōi ut exigit tēpus ipsius apatis. quòd, si fuerit ex apate factū; tunc administrentur,

quæ sunt calida, & humida, mucillagines. seminis althææ, foenugraci, seminis lini, chamemilla, melilotum, anethum. & hmōi, permiscendo hæc cū frigidis, ut exigit tēpus morbi: & hoc aut per clyster imponendo, aut dando per os, aut emplastrando, aut epithemando, aut unguendo, & hmōi. & conferunt amoniacum, bdellium, & hmōi mollificatiua, diaquilon, etiam cum pinguedinibus, & huiusmodi, ut supra de apate duro ipsorū, & tu ibi. postremò quantum ad curā addo electarium mihi satis in casu nostro efficacissimum. Recip. cineris scorpionis. ʒ. ii. cātharidarū abscessis capitibus, & alis. ʒ. i. sanguinis hirci exiccati. ʒ. ii. cineris uitricaulis non transplantati, cineris leporis, cineris caudæ tremulæ, cineris corticū ouorum, à quibus egressi sunt pulli ana. ʒ. iiii. lapidis iudaici, lapidis inuenti in felle bouis, lapidis spongiæ, piperis, dauci, carui, seminis althææ, gummi arabici, seminis saxifragiæ, millei sol. fiseleos, carpobalsami, xylobalsami, spicæ nardi, capilli uen. quatuor se. frigidorum. ana. ʒ. i. conficiantur cum melle ro. dof. est. ʒ. ii. usq; ad tres mane, & sero cū aqua decoctionis cicerū, & tribulorū marinorum. nec quisquā me redarguat de prolixitate habitata in hac materia; qm̄ accidens ipsum ita mihi permolestissimum uisum est, ut arbitrauerim neminem esse posse in eius cura plus, quàm copiosum. Deo laus semp. nota ultimò, quòd Aui. de dislocatione renum hic mentionē nō facit; uoluit. n. per ea, quæ dicentur de dislocatione uesicæ tibi satisfactum esse quantum ad hoc, & tu ibi, si placet.

De apostemate renum. Rub. 7. APOSTEMA renū est collectio materiæ in eis sanguinæ. s. aut cholicæ, aut phlegmaticæ, aut melancholicæ, aut ex his mixtæ, quæ quidem siue à toto, siue à mēbro ipsi cōicante transmittitur, aut sequitur urinæ, multæ repletis retentionem, aut ex lapide, & hmōi, excoriationem. causæ autē primitiuæ recitatae sunt supra de præseruatione, aut possunt esse causæ apatis: & tu ibi. sed inter alias hic memorat Aui. stricturam lumbarē, qua iuuenes nostri multum delectantur, & malè; nam causando dolorem causa apatis esse poterit: considera. & sicut diuersificantur apata renum ex parte causerum; ita ex parte loci, & ex parte terminationis ipsorum. ex parte quidem loci; quoniam quidam ipsorum sciunt in ambobus renibus quædam in altero eorum tantum, & horū quoddam magis declinat ad latus concauitatis eorum, quoddam ad latus panniculi uelantis eos, & quoddam ad partem meatus emunctorii, quia pororum uritidum, & quoddam ad meatum, qui est superius uersus emulgentes, & quoddam ad partem dorsi. ex parte terminationis; quoniam quædam insensibiliter resoluunt, quædam ad saniationem ueniunt. & hæc terminantur q̄nq; per urinā, q̄nq; per secessum; nā, qm̄ rumpitur apā, & est cōitas poris uritidibus; tunc cum urina ad extra pellitur; qm̄ uerò rūpitur super renes uersus emulgētes; tunc sanies q̄nq; per ipsas hepar ingreditur usq; ad gibbum, deinde à gibbo ad mēfaraicas, & de ipsis ad intestina. & hæc est mala terminatio cōparatione primæ; quia fit per transitum ad membrum nobile, quo ipsum multum nocetur: & tu cōsidera. item aliquando expellitur materia ista saniosa ad cōcauitatem aliquā; unde indigeretur apertione, quemadmodum in aliis fit apatibus. Et pro dictis, & sequentibus nota, q̄ apata renum faciliter in lapidē conuertuntur, calida facilius rōne agentis causæ; frigida uerò facilius rōne materiæ; sed absolute frigida sunt ad hoc aptiora. & ordo, quem addo in ipsis fit iste, ut Gentil. nam primò phlegmaticum, deinde melancholicū, tertio sanguineum, quarto cholicum, raro tamē est, q̄ calida ad petrificationem deueniāt, & calida cholericæ plurimū accidunt iuuenibus, & pueris sanguinea, & frigida senibus, ac mulieribus. nota secundò; q̄ qm̄ cum apate calido renū erit febris, & alienatio, quæ cōtinget magnitudine apatis, cuius signū continuatio, & magnificatio febris, & cū his erit nigredo linguæ, dolor capitis, & hmōi; tunc tale erit mortale. q̄ si signa apparuerint digestionis, & alia bona; tunc sperandum erit de salute. nota tertio, q̄ in apostemate renū egreditur q̄nq; pinguedo, q̄nq; pilus rubeus ad magnitudinē palmi. pinguedo autem renalis in superficie urinæ apparet. q̄, si fuerit pinguedo à substantia membrorum ueniens; ut in hectica; tūc illa erit cōmixta cū substantia

Cimi cum oleum.

tia ipsius urinæ: unde uidebitur pinguis tota: & quidam curiosi implent urinale aqua calida. q. si in superficie natabit pinguedo; tunc à renibus iudicatur; si non à membris & qñ cum à renibus uenit; modico tempore; stetit cum urina & ideò non potuit fortiter commisceri; quod secus contingit, qñ à membris uenit. & est proportionabile ei quod dictu est de dysenteria; quando uenit à superioribus, & quando ab inferioribus intestinis: & tu ibi. pilus generatur rubens sequens colorem renum, & eorum complexionem, & longus dato, q. ipsi non sint longi; quia transit per meatus, siue anfractus eorum, per quos benè poterit elongari, siue longus generari, ut in alijs locis. quartò scito, q. calida citò ad duritiem ueniunt propter fortem resolutione, qua subtile resoluitur: & hoc uoluit Aui. xviii. tertij, ubi de his. & scito ultimò, q. apostemata renum dura sunt ad sanandù, & quando prolongantur; curam non recipiunt; extenuant corpora, & ad spasum ducunt. & ideò in eorum cura festi nabis. ite frequenter cadunt in ea patientes, cum prolongatur in hydropem propter minoratione urinæ, & conuersionem ad locum uacuum, ut supra de hydrope.

SIGNA demonstratiua apatis calidi sunt febris inseparabilis, & maximè quando est ex multa materia; ex pauca autè non necessariò fit, quæ quod febris inducit motus concussiuos; ut accidit in quartana propter uapores, qui à renibus eleuantur spondilibus communicatos. & est dolor magnus, grauatius, inseparabilis, extensus ad superiora, & inferiora cù constrictione uentris, & maximè quando est uersus concauum, & dum est magnum impeditur transitus urinæ. & locus est ad tactum calidus, & adest sitis uehemens, abominatio, uomitus cholera, malitia anhelitus, & alienatio, & maximè quando est ueniens per compassionem ad superiora. & est urina subtilis cum igneitate, cum colore faciei tendentis ad citrinum. q. si fuerit ex sanguine; febris erit minor, & urina grossior, rubicunda cum colore, faciei rubedo. cum uenit ad collectionem; dolor, & feb. augetur. post autem eruptionem eius remittuntur accidentia iuxta illud Senis circa generationem saniei, & tunc urina fit spissa saniosa. quòd, si bona fuerit eruptio; procedent accidentia minorando; si uerò mala; peiorando. & est feb. in apostemate calido cum rigore, & frigiditate extremorum, & propriè manuum, & pedum, & est in lumbis ardor, à latere renis infirmi, & sunt egestiones cholericæ; in eoq; ut dictum est, accidit stranguria.

Signa frigidi sunt grauitas in lumbis, & confinibus iliorum extensio, & cù his est qñq; mollities faciei, oculorum, & totius, ut accidit cacheticis cum defectu signorù calidi, & durii. & apparent signa phlegmatis ex parte aliorù, ut puta ex parte urinæ, & egestionù, ite ex parte regiminis. & ad hoc facit ætas, complexio, habitudo, & quia ociosè degit & huiusmodi. q. si fuerit melancholicum; urina erit glauca cum extenuatione membrorum inferiorum, & cum eorum stupore, & cum reliquis, quæ demonstrant multiplicationem humoris melancholici; ut sunt egestiones, regimen, complexio, color faciei, & huiusmodi.

Signa, si talia apostemata fient per uiam defluxus; fiet subito, & eorum accidentia dicta subito apparebunt, & in toto, uel parte præcedent signa repletionis; sed ratione debilitatis partis tantum.

Signa. q. si cõtigerit in rene dextro; facilius iacebit super latus dextrum, quàm sinistrum; immo, cum iacebit super sinistrum; sentiet, ut pondus suspensum: & econtra, si fuerit in sinistro. & si dolor extenditur uersus hepar; est etiã signu q. est in dextro. q. si extenditur ad partem uesicæ; signum, quòd est in sinistro. & si ad utranq; partem declinauerit; signum, quòd est in utroq; cumq; apostema fuerit in suspensorio, & panniculo uelante; tunc dolor fit acutus, & patiens clamat, nec potest stare in uno loco, & augetur grauedo, prohibens erectionem, & sternutationem, & tussim. & qñ resupinatur; fit dolor leuior. & cum iacet super uentrem; augetur, & propterea quia suspendit renem. q. si fuerit in substantia renum est grauitas cum pòdere maior, quàm dolor, quia renes sunt pauci sensus.

Signa apatis duri grauitas uehemens in renibus percepta, cum qua non est dolor, de quo fit curandum, nisi qñ sis-

A ret successione calidi, i quo referuata essent aliqua partes calidæ, & per illas in eius motu dolor causaretur. item est tenuitas pisidum; quia prohibetur eorum nutrimentum propter communitatem; stupor ambarum anchorarum comunicata frigiditate eis ab apostemate. item, & crura ipsa ambo stupefiunt propter frigiditatem comunicatam, & extenuantur inferiora; quia per apã prohibetur transitus nutrimenti & et debilitatur uirtus ab eo. item urina est pauca; quia renes debilitati paucam trahunt aquositatem, & est signu comune. item est tenuis propter oppilatione, ut supra. & hæc ægri tudo multoties producit ad hydropem.

PROGNOSTICA. quando apã renum terminatur per uiam urinæ bonum, & si per uiam secessus; malum; nam tunc oportet per hepar transire, & per meseraicas ad intestina. qñ autem terminatur ad iocum cõcauum, & uenit ad locu, qui aperiri potest per phlebotomiam; minus malum. unde multoties est aliquid capitis apatis ad exteriora decliuè. quare per se rumpitur ad exteriora, ut Aui. est quàm minus malum. quando apostema calidum est in rene cum febre, deinde accidit permixtio rationis propter ipsum apostema communicari uelamini; est signum mortis. apata renum uelociter conuertunt ad lapidem. quando ægri tudo trãsit primos dies cum crisi laudabili, & apparentia urinæ grossæ, & sedimine multo exhibitis, quæ conueniunt; faciliè curatur. quòd, si urina fuerit subtilis, clara, aquosa; tunc faciliè curat & communitate prolongatur ægri tudo, & in sclirosim conuertitur, uel ad cãcrum. apata dura ut plurimum sunt ex melancholia, & ad ultimum perueniunt ad collectionem saniei & uirus, & in lapidem conuertuntur. omne apostema renu aut resoluitur, aut collectione facit, aut induratur, & est peius. quando apata renu prolongantur, & induratur nõ recipiunt curam, & corpus tandem ad hecticam, & mortè perducunt. quando urina perseuerat alba; indicat duritiem futuram, & dubellati. & cù perseuerat alba uiscosa; est malù signum. & si est rubea, & sedimen laudabile; tunc apostema digeritur. quando apostema rumpitur: tunc accidit tremor, rigor, & feb. & sanies ueniens ab apostemate rupto est cù urina multum mixta. q. si ex uesica non sic est mixta, & in fundo residet, quæ quidem sanies, si fuerit alba, leuis, nõ foetida sic cù urina exiens, erit bonum signu, & melius, quàm esse possit. q. si contrarium acciderit; contrarium iudica, & maximè quãdo accidentia non uidetur minorari multum apostemata renu sequuntur durities, lapideitas, hydrops, &c. & breuiter qñ urina est multa cum bona residetia, & sanie alba æquali sine foetore cum mitigatione fe. & accidentiu bonum, & signum euasionis. q. si fuerit urina globosa, cum sanie, foetida, & subtili, & cum alleuiatione feb. & accidentium; tunc est signum mortis. & quando ægri tudo prolongatur, & urina est alba, & tenuis, & sic perseuerat; signum incurationis. apostemata illarum partiù in corporibus macilentis sunt ualdè periculosa; quia in eis deficit calor, & humiditas ad digerendum. apostemata talia in senibus sunt dura ad curandum.

CURAE. canones uerò diuersificantur secundum diuersitatem dispositionis apostematum; quoniam alij sunt attendendi; quãdo scilicet apã est in principio nõdum saniatum & alij quando saniatu est. in principio itaq; apostematis renum hi sunt obseruandi canones. primus ordinatio dietæ, secundus est diuersio, & euacuatio causæ antecedentis, tertius est alteratio malæ qualitatis renibus ipsis ab ipsa materia comunicatæ. quartus est administratio diuersorù medicaminum in diuersis temporibus apostematum. quintus est accidentium correctio.

ET INITIUM faciens à calidis, ut duces sequar tanquam ab eis, quæ ut frequentius eueniunt, de sanguineo primò dicere arbitratus sum, in cuius cura in principio ordinetur dieta ad cõtrarium causæ, ut supra sæpe de doloribus & sanguine, ut de sòda sanguinea, & hmõi: nã frigida conueniunt, & humida, ut. iij. trac. & tu ibi. & hic scito, q. dato q. semina frigida, ut sic conuenirèt; tamè quia prouocatiua, & ductiua materierum ad locum; non sunt administranda maximè ante digestionem, & euacuatione; quia timetur de augmẽto apatis. ubi autem medicus securus esset de paucitate materiæ, secus esset. sed qui nõ hæsitat in princ. multa

Reuer pau
ci sensus.

adesse materiam; & hoc uoluit Aui. dum inquit. Et nō des in potu femina, & pilulas, quę ex eis sunt, & proprie corpore non mundificato. post autē digestionem, & euacuationē da panatam cū seminibus frigidis, & alia diuretica frigida. item in principio euitetur uinum etiam lymphatū, & aqua frigida, de qua in complemento sequentis canonis.

SECUNDVS completur phlebotomia, siue fuerit sanguis grossus, siue cholericus subtilis; nam fac immediatē phlebotomiam ex basilica eiusdem partis, & quidam immediatē faciunt ex dextra; ut ex fonte euacuent. & si plenitudo fuerit magna, & accidentia infestauerint; poteris facere de saphena exteriori eiusdem lateris. uerū est, q̄ laudatur ab Aui. & alijs phlebotomia uenę, quę est sub poplite; sed non est in usu, & cum difficultate reperitur. & idē ut Gentil. non prorumpas ad eam. item, si non potest fieri phlebotomia; applicentur uentosę cum scarificatione in naribus, aut circa spatulas, ut uidebitur decentius. aut sanguisugas; nam ipse etiam conferunt etiam potēter hęmorrhoidibus uenis applicatę ut infrā. secundō completur cū euacuatione humorum, qui peccāt cum sanguine in tali casu, qui sunt ut plurimum calidi cholericici, qui euacuari debent cum medicinis lenitiuis; ut sunt cassia cum aqua casei, aut thamarindis, aut cum prunis, manna, & huiusmodi, & non cum medicinis fortibus, ut quidam uolunt, & malē operantur eo, q̄ per tales materię trahuntur ad locum renum. unde Aui. Et oportet, ne solutio sit laboriosa, & fortis, & magnificetur nocumentum propter humorem plurimum effusum ad intestina uicina renibus, & hęc eūo conuenientius sit cū clysteribus Aui. Clysteria. n. sunt magis perueniētia ad ipsa cū fixatione uirtutis suę, & cum hoc non faciunt descendere aliquid de super, sicut descendere faciunt ea, quę bibuntur, & proprie solutiua. ex quibus inferit, quōd oportet ipsum clyster esse leue, & non forte: unde nō transcendas tale, quale est cassia. unde Aui. Et cassia quidē est res congrua in curationibus renum, manna, benedicta, & huiusmodi. inferitur secundō, q̄ aloes etiam poterit exhiberi, cum à remotis nō trahat; nam eius uirtus ad hepar fortasse non peruenit: & tu considera. item conuenit in hoc casu uomitus leuiter factus. & hic nota, q̄ si res daret inducias, & digestio posset precedere euacuationem; congruētius esset: & hoc uoluit princeps, cum inquit. Et, si est possibile, ut humor temperetur, deinde solutione educatur post, est melius. clysteria autē fiāt ex maluis, uiol. mercuriali, bliti, spinachiis, oleo uiol. cassia, thamarindis, & hmōi: & sunt frigida, & humida, ut de soda sanguinea cholericica. & si eges stypticis propter fluxum; ex ro. myrto, plātagine, & huiusmodi, hęc autē eūo ex clysteri si precedat phlebotomiam, congruētius erit. itē & post phlebotomiam reitera, ut opportunum erit. ex potibus remittentibus acuitatē sanguinis sunt digestiua posita suprā quarto tra. feruorem sanguinis remittentia; sed tu benē considera, ne sint diuretica saltem in princ. ante euacuationē ea administrabis. sed fortasse hic q̄res, quid sentio in exhibitione aquę hordei, aut aquę absolutē in casu nostro. ad hoc respōdetur primō de aqua hordei, cum Auic. inquit. Et aqua quidem hordei est ex eis, quibus est adhęrendum, & oportet, ut nullo modo dimittas, scilicet eam: & hoc habet uerum maximē in calido sanguineo & cholericico; est. n. infrigidatiua, lauatiua, abstersiuā, & huiusmodi. & idē ualeat, ut potus, & ut medicina. de aqua uerō frigida dicatur tantum, quōd ante digestionem, & euacuationem materię nullo modo regulariter competit eo, quōd materia in loco incurreret, & prohibet eius digestionem, secundō sua subtilitate penetrans ad renes secum duceret aliquid de materia faciens ad augmentum sequens ex eius infrigidatione, & humectatione. dico secundō, q̄ licet ita sit, tamen coactē q̄n scilicet magis intēdim⁹ ad accidēs, quā ad causam eo, q̄ propter inflammationem resoluitur infirmus; danda est aqua frigida ante digestionem, & debet dari pauca quantitas eius munda, & clara pro uice, & paulatim deglutiri, & si cum ea ponitur aliquid zuccharis; cōuenientior erit, & nō tantum prohibebit digestionem; paulatim autē, & in parua quantitate melius sitim, & inflammationem extinguit, ut tertia primi de regimine aquę, & uini. multa autem subito non sic digestionem magis impedit; aqua autem calida, &

similiter omne calidum uidetur nocere.

Tertius perficitur cum frigidis intus, & extrā applicatis ex potibus, unguentis, embrochis, emplastris, & hmōi: & sunt solatrū, lactuca, ro. nenuphar, uiola, malua, umbilicus ue. unguētum populeon, oleum ro. myrtinum, sandali, rasura eboris, folia salicis, uitis, & huiusmodi, ut suprā de debilitate eorum, & de dolore eorum. & quia ex cōsimilibus consueuit fieri balneum, scito, q̄ balneū factum ex his actu calidū nō cōpetit ante digestionē, & euacuationē propter causam dictam de similibus: & hoc regulariter. ubi uerō accidens esset forte, & intenderemus mitigationi eius, nō in conueniret balneum anodinum, de quo in de dolore.

PRO EXPEDITIONE quarti attende primō, quōd in principio talis apostematis oportet applicare frigida, & styptica intus, & extrā, quę materiā repellāt, & ipsam ad renes descendere prohibeant. unde confert emplastrum ex sandalis, uiolis, ros. solatri, rasura cucurbitę, aceto, & aqua ros. item & pannus infusus in oleo ros. aceto, & succo solatri. item epithemata ex speciebus ceroti sandalini de scriptione Mes. cum aqua solatri. ro. aceto, & huiusmodi, de quibus ad plenum de apostemate calido hepatis stomachi, de apostematibus calidis capitis, & aliorum membrorum: & tu ibi. & scito, quōd epithemata sunt conuenientiora cęteris, quę ad extrā applicantur: & idē plus de ipsis Auic. propter subtilitatem eorum; nam facilius penetrant. item aduerte benē hic, quōd, q̄n applicant epithemata, aut talia frigida renibus; uitare debemus spondiles, ne nucha, & ipsi nerui sua lædantur frigiditate; sed superponitur loco qui est inter costas mendosas, & ancham dimissis spondilibus ad latus, & sic stent continuē petię sic infusę frigidę item ex bibitis aqua endiuie cū succo berberis granatorū citoniorum, itē oxyzacchara, uinū granatorū, aqua plātiginis, acetosę, & huiusmodi stypticorum. & hic aduerte, ne nimium frigidis, & stypticis utaris; ne materia in lapidem conuertatur, ad quē proni sunt ipsi renes. secundō, ut suprā in princ. capituli, q̄ cū dantur; tales potus debent esse multę quātitatis respectu potuū, qui dantur in alijs dispositionibus propter longitudinem uie, ut suprā de dispositionibus pulmonis. conueniunt & quāmaximē clysteria ex rebus frigidis confecta; ut ex decoctione ro. cum oleo ro. uiol. loto, quę clysteria poni debent actu frigida, nec in eis debet poni sal, quia ex ipsi quęritur simplex alteratio; unde ex similibus confice; ut uidebitur expedire.

Trāfacto principio, ut cum augmentum successerit, & est intentio non tantū de fluente; sed ad fluxam materiā; oportet cum calidis resolutiuis, & abstersiuis, mundificatiuis, & maturatiuis procedere non omittēdo; ut repercussiuā uincat ad proportionem duplan, uel circa respectu resolutiurum. Hęc autem resolutiua, & abstersiuā, & hmōi sunt sem. lini, fœnugręcū, althęa, chamęmilla, melilotū, spica, ameos anisum, hypericon, & sic de alijs calidis renalibus, & anodinis, de quibus in dolore renum, & in princ. cap. tu itaque in augmento hęc cum repercussiuis cōmiscē ad proportionem duplā, ut dictum est; ut uerbi gratia. R. solatri, ros. an. M. i. sandalorū ru. ʒ. ʒ. florū chamęmillę, meliloti. ana. M. ʒ. ameos. ʒ. ii. bulliāt in aqua, & post leuem eorū bullitionem infundantur petię lineę duplicatę, & tepidę apponantur locis dictis, & reiterentur, & si additur aliquid aceti; melius. uel Reci. succi solatri, semperuiuę. an. ʒ. iii. aquę ros. ʒ. ii. aceti. ʒ. i. aquę decoctionis anisi, anethi, hypericon, ameos, liquiritię. ana. ad libitum. ʒ. vi. misceantur, & infundantur petię, & tepidę applicentur. & ex his cōsimilibus confice unguenta, emplastrā, & huiusmodi cum farina fœnugręcici, seminis lini, frumenti, hordei, & hmōi miscendo; ut dictum est. item fac epithemata ex oleis ipsis cū pāno laneo, & ut suprā epithemata conuenientia. & sicut per exteriorius applicant hęc sic adiuicem mixta; sic facito per interiorius. sed primō sis benē sollicitus, quōd præcesserit, & cōtinuē fiat eūo materię antecedentis, & diuersio cum phlebotomia, uētos. applicatione sanguisugarum, & hmōi. unde hoc casu ad intra poterit dari; uerbi gratia. R. emulsionis seminum communium. unc. ii. aquę endiuie. unc. i. ʒ. uini granatorum. ʒ. ii. misce. & cum præcesserit augmentum uersus statum magis dari poterit syr. de bizantiis. cum syr. ros. ut

Recip.

R. syr. ro. aut de myrto. ʒ. ij. syr. de bizantijs. ʒ. ij. aquæ endiuia. ʒ. ij. misce. sed hic nota, quod tu debes multum aduertere ad substantiã humorũ, si est grossus, aut subtilis; nam secundum hanc uarietatem oportebit te moderare ex parte fortium, & debiliũ medicaminũ, quem canonẽ in memoria tenet in omnibus sequentibus. tu itaq; in confectio nibus electarijs, & huiusmodi consimiliter procede; nam, ut supra procede etiam cum enematibus ratione euacuationis, & alterationis: nam inter alia remedia efficaciora habentur, & semper sis memor, si adest fe. & intensa, aut nõ quoniam ipsa facit sic plus, aut minus augere proportio nes frigidorum super calida.

In statu cum consimilibus procedes, ut in de augmento dictum est miscendo frigida cum calidis in æquali proportione, & plus de frigidis, si ad hoc feruor grandis ipsius fe. te compellit, ut supra, da per interius calida diuretica mixta cum frigidis stypticis augendo proportionem calidorũ supra, frigida, ut dictum est; ut sy. de radicibus, aut de bizantijs, aut acetosum compositum cũ sy. de myrto, ro. aut oxyzaccharam solam, aut, ea cũ uino granatorum, succo, berberum, & huiusmodi, aquæ plantaginis, aquæ solatri, & cæteris frigidis stypticis, de quibus copiosè de dysenteria intestinali. item clysteria consimilis intentionis ex oleis, succis, decoctionibus, & huiusmodi; ut clyster factũ ex oleo seminum lini, liliorum alborum, ro. uio. cũ decoctione proportionalium ex succis, & alijs, de quibus actum est.

In declinatione uerò ipsius resolutionis plus utere ea intus, & extrã exhibendo, ex quibus sunt diuretica calida dicta in prin. ca. & anodina, de quibus actum est, quæ commisce adinuicem, ut uidebitur expedire, addendo etiã ex frigidis aliquid, si feruor sit feb. grauans. item dabis syropos aperitiuos, & decoctiones aperitiuas, abstersiuas mundificatiuas, resolutiuas fortes, & debiles, ut decebit, & consequenter maturatiuas. item lac cum succo fœniculi: quod est singulare, & emplastra, unguenta, epithemata applicabis, & clysteria ex oleis dictis, & expositis simplicibus supra de debilitate renum: & tu compone. & hic nota, quæ aperitiua, & mordicatiua; ut piper, & huiusmodi non debent administrari in apostemate renũ, nisi propter eius magnitudinem; ut natura fortius irritetur, quò casu sint mixta cũ mollificatiuis, & sit mollitiuorum ad ea proportio triplas & hoc uoluit princeps de cura eorum hic, item cõpetũt. secundò, quando humor est uiscosus, grossus, cuius grossities, & uiscositas emendari non poterit à debili, propter quòd oportet, ut medicus curans ea consideret substantiã materiæ, ut supra; nam quantitas maior, & uiscositas, & huiusmodi inducũt diuersas intentiones in mente medicũ ex parte dos. ut dando plus, aut ex parte fortitudinis medicina. & aduerte, ut semper à minus acutis incipias; nam acuitas est causa solutionis continui, & augmenti apostematis: facta autem ipsius resolutione materiæ ipsa sana permanent. propter quòd aduerte diligenter omne tuum studiũ: omnis tua cura esse debet circa resolutionem apostematũ interiorum, quæ quidem, cum fieri non possit; stude ad maturationem eo casu qui nunc dicitur. secundò, quòd, sicut uariasti medicinas secundum uarietatem temporum; ita te oportet uariare diætã. & si releges, quæ dicta sunt supra in multis locis de apostematibus aliorum membrorum, & maximè de pleur. non nocebit: tu itaq; recurre ibi.

Cum autem peruentum est, ut apostemia ad maturationem, & saniationem ueniat, & non ad resolutionem; tunc oportet primò, ut quàm citius fieri potest, apostema maturetur; nam quanto plus materia stat in membro, tanto plus lædit. secundò, quòd, quia mala complexio est aliquando causa, ne materia maturetur eo, quæ debilitat uirtutem; debet medicus etiam diligenter attendere in remouendo eã aut eam remittendo, & cum quibus iam habitum est. & ex emplastris fortibus in maturando sunt ficus elixatæ cum aqua mellis, & quãdo fortificat cũ ireos, & quãdo fortius cum mezereon. item ad hoc semen lini, amilum, squinantũ spica, camepitheos, polium, petroselinum, etiam ad intra exhibita per inferius, aut superius, aut ad extra applicata. ad idem maturatiuum. R. farinæ fœnugræci, uel tritici lib. s. radicem althææ, liliorum alborum, chamæmillæ. ana. M.

A i. radices decoquantur, & c. & in aqua decoctio. dissoluantur, adipēs anseris, gallinæ cum oleo liliorum. ana. ʒ. i. fiat emplastrum. aliud Isaac. R. caricarum albarum, dactylorũ pinguium passularum enucleatarum, radicis althææ, fœnugræci, sem. lini. ana. ʒ. i. terantur, & c. & cum axungia gallinæ fiat emplastrum. & ex consimilibus compone, ut uidebitur. hæc etiam ad intra ordinari possunt cum clystere: & tu te ordina ad eã. tertio, ut, cum peruentum erit ad sanietem, quod comprehendetur ex pulsatione continua, & ex doloris, & febris mitigatione iuxta illud Senis. xlvij. aphor. ij. sectionis. dum pus conficitur, dolores, ac febres accidunt magis, quàm iam confecto. procede cum aperientibus ipsum apostema, & cum diureticis fortibus, ut sunt semen agni casti, & acorus, quibus inest proprietas prouocandi cum uirtute laboriosa, & inter fortiter rumpentia est elleborus, item aqua deco. caulium, serapinum, fœnugræcum, parietaria, ireos, & huiusmodi. aut. R. aquæ decoctionis caulium, & limaciarum cum corticibus suis, & dissolue in ea mellis. ʒ. ij. serapini. ʒ. ij. fœnugræci. ʒ. i. ʒ. parietariæ. ʒ. i. olei irini. ʒ. i. & immitte cum clysteri. de rumpentibus apostema ad intra recurre ad ea, quæ de apostemate hepatis splenis, & aliorum membrorum dicta sunt. item da eo casu diuretica fortia, cum modo tamen, ut supra. & nota, quòd sternutatio est maximè conferens in aperiendo apostema extrinsecum: & ideò ea utere. unde sic procede; quia primò applica maturantia, deinde in crepusculo da aperientia, siue prouocantia, ut est semen agni casti, acorus, & huiusmodi. quòd si non rumpitur, administra clysteria rumpentia ex dictis, & per superius consimilia. deinde apparente sanie da mūdificantia: facta autem apertura; quia sanies apparebit in urinis da tunc lauantia abstergentia ex aqua mellis, zucchari ru. aqua hordei cum mel. uel zucch. cũ lacte, & huiusmodi de abstersiuis in allegatis locis secundũ, quæ exigit dispositio. & conueniunt in hoc maximè semina frigida diuretica. & facta continenti absterfione per intus per potus specialiter da glutinantia, & consolidantia ex trochiscis de charabe, de luto armeno cum lacte uaccino extincto cum chalybe, & alijs consolidatiuis supra de dysenteria intestinali, ubi recurre etiam pro abstersiuis. item ibi dabis abstersiua post duas horas, uel circã, deinde conglutinatiua, & sic facies bis in die. & sicut actum & processum est de cura eius, quòd est ex sanguine, ita procedendũ est in cura eius: quòd est de cholera addendo quidem intè siora frigida, & remissiora calida in cholericò conueniunt. & ideò cum accidit cum eo feb. etiã ratione feb. oportet multum te in calidis moderare. secundò, quòd in principio competit phlebotomia diuersiua, & non euacuatia, ut in sanguineo, & nisi esset cum ipsa cholera sanguis admixtus. item non competit etiam in diuertendo tanta sanguinis extractio, ut in sanguineo. tertio, cum materia iam est fluxa, non competit phlebotomia, nec applicatio uentosarum cũ scarificatione, ut sit, sicut in sanguineo. & ideò benè considera.

In cura autem frigidi phlegmatici ipsos obserua canones. quoniam primò ordina diætã, quæ nullo modo sit ex aperitiuis, aut diureticis, ut supra. secundò fac diuersionẽ cum phlebotomia, uentosis, & huiusmodi. tertio euacuationi sis sollicitus, & etiam materiæ antecedenti. quartò, si mala complexio frigida debilitat ipsam cum calidis datis secundum uaria ingenia, ut supra mitiga. quinto distingue tempora, in quibus diuersimodè te habebis, ut in principio cum stypticis non frigidis, sed in actiuis temperatis, quòd, si inuenire non poteris, commisce calida cum frigidis, & sic procede commiscendo usq; ad declinationem: nam semper tua intentio debet esse ad resolutionem ipsius. quòd, si fieri non potest, matura, & aperias cum aperitiuis maturatiuis intus, & extrã applicatis. unde cum resoluentibus pone aperitiua intus, & extrã maximè facta purgatione. & laudantur in calida resoluentia posita cum aperitiuis, laurus folia eius, ruta, & hmõ, cũ clysteriis, & p superius omni ingenio administrat; oleum enim laurinũ, & electariũ de baccis lauri maximè ualent in resoluendo etiã uentositates corporis. & pro cura ampliori recurre ad ea, quæ de apostemate hepatis frigidi scripta sunt: & tu ibi.

Accidit

Accidit in eis etiam apostema frigidum melancholicum, aut quia materia melancholica ad eos mittitur; & sic fit incidendo, aut successione ægritudinis acutæ resolutio subtili, & grosso melancholico fluxo, &c. propter approximationem nimiam, frigidorum. unde ex causata frigiditate materia condensatur, & lapidificatur, sicut accidit phrenesim in lethargiam mutari, ut prima tertij propter approximationem nimiam frigidorum; & ambo sunt causa in hoc ne apostema maturetur; nam maturatio requirit caliditatis æqualitatem non excessivam, & etiam frigiditatis: in cura autem huiusmodi, quæ difficilis est, præmittantur aliqui canones. primus, quod cura hæc pedit ex cura duri apostematis hepatis; propterea ad eum recurre locum. secundus, quod, si conuenit phlebotomia propter peccatum sanguinis melancholici peccantis; ipsa fieri debet de basilica sinistra, ubi supra dictum est de dextra. tertius, cum medicinae competant resolutiuæ; tales non debent esse fortes, ut supra de splene; & tu ibi, ne subtile resoluatur, & grossum amplius ingrossetur, siue petrificetur. & ex isto oritur quartus, quod medicinae tales debent esse plus mollitiuæ, quam resolutiuæ, ut althæa, se. lini, & huiusmodi. quintus, quod debemus considerare urinam; quoniam, si fuerit grossa, siue turbida cum bona quantitate; signum est digestionis apostematis: & ex consequenti debent tunc dari prouocantia cum æqualitate. descendens ad particulares ordinetur diæta in contrarium causæ. secundò fiat phlebotomia diuersua, si expedit, aut si euacuatua conuenit ratione materiae peccantis & non aliter; quoniam noceret. item fiat digestio; quoniam consuevit hoc apostema dare inducias. tertio euacuatio humoris peccantis, de quibus digestiuis, & euacuatuius quarto tra. quarto alteratio malæ qualitatis, si expedit. quinto secundum diuersa tempora procede diuersimodè, ut de alijs dictum est. sed scito, quod non sic competunt repercussiuæ fortia, ut in alijs propter ineptitudinem materiae ad fluxum. unde medicinae competunt calidæ, & humidæ; sed in principio nisi facta purgatione abstinence ab aperitiuis, ut in alijs dictum est.

Medicinae itaque conuenientes ad intra, & ad extra applicari habent. unde maximè per os laudantur decoctiones ex althæa factæ. item, si assumi possent ex se. lini, uel saltè da puluerem eius, deinde potet eam, quæ est ex radice althæa. & consimiliter dicatur de fœnugræco, & huiusmodi cum quibus ponantur suo tempore de aperitiuis plus, & minus, ut uidebitur expedire. item conuenient brodia pingua ex gallinis, & huiusmodi, cum aperitiuis suis. laudatur in casu carthamus. item in potu saltem facta euacuatione causæ antecedentis laudatur potus ex diureticis factus, in quibus dissoluatur bdellium, & amoniacum. item deco. ex tribulis, chamæmilla, meliloto, & polypodio. item ad intra ut supra, fiant clysteria ex his rebus mollitiuis, & continuètur; quoniam in apostemate renum, ut supra, est solennis medicina, & patiens stet post eorum impositionem, & tempore impositionis continuè super renes, ut supra de cholica. ad extra autem applicentur unctiões, & emplastra mollitiua, & resolutiua, ut supra de apostemate duro hepatis, & splenis, quibus locis omnino recurre. & ex simplicibus conueniunt amoniacum, bdellium, serapinum, oleum de chamæmilla, nardinum, costinum, radix liliorum, fœnugræcum semen, lini. item maximè conferunt mucillagines ex his mollitiuis intus, & extrà applicatæ. conuenit in fine balneum ex mollitiuis. item cataplasmatum ex his, item embrochæ cum petiis, spongiis, cerota, ut supra de alijs. ualet cerotum de meliloto Mes. item credo, quod uesica plena mucillaginibus anodinatorum; ut althæa, se. lini, fœnugræci, & hæc maximè conferunt in eo quod est propter lapidem; ut quia dolor factus à lapide sit causa aggregationis materiae, & apostematis. & hi sunt habendi canones. primus, quod te transferas ad ea, quæ dicentur infra de cura lapidis, ut causa remoueatur. secundus, quod propter dolorem talis in balneo eius mitigatiuo ponitur, de quo supra, in quo balneo non debet multum morari, neque ipsum frequentare; ne ex ipso maior accidat materiae dissolutio, & fluxus ad renes, & sic sit causa apostematis maioris. & ideò debet illud balneum esse, sicut tepidum in sua semper tepiditate reseruatam, ut supra, ter-

tius, quod anodina ad extra applicare, & ad intus, ut supra de dolore, est maximè conueniens: quare ad ea intende. si fuerit propter ulcus; apparet ex cura ulcerum in sequenti ponenda rubrica.

ACCIDENTIA autem contingere consueta sunt dolor, & uentris stypticitas. dicatur, quod stante apostemate cum dolore renum debemus primò administrate supposito ria ex melle, aut lardone, siue de sapone, & sunt conuenientia multum; quia euacuant non trahendo. quod, si non conferunt imponantur clysteria lenitiua, & fortia; quoniam talia multum nocent trahendo de materia ab alijs locis ad renes. sed scito, quod, si fuerit stypticitas trium dierum, uel circa in apostemate calido; optimum remedium est clyster ex oleo solo factum, & melius ex uiolaceo, uel ro. & eo casu abstinence à medicamine forti, à quo etiam in cura lapidis, ut infra: nam trahunt materiam ad locum, ut supra, & conueniunt clysteria unctiuosa, & ex pinguedinibus, cum quibus etiam imponi possunt aliqua leuia prouocantia. pro se cundo autem antecede nota, quod omne studium debet esse in sedatione doloris, scilicet quando dolor est uehemens prosternens uirtutem; unde incipe cum clysteriis anodinis, deinde applica emplastra, & unguenta, & alia anodina, ut supra usque ad stupefactionem. quod, si omnia hæc non sufficiunt; fac phlebotomiam; quoniam, quando sic dolor non remouetur per clysteria; signum, quod materia est calida sanguinea, ut Gentilis. & hoc intellexit Aui. hic cum inquit. Et, si non facit illud; necessarium est; ut alleuietur; sicut cum phlebotomia. item applica uentosas cum scarificatione. quod, si non ex earum scarificatione sedatur dolor; seda ipsum cum lana succida, & infusa in oleo chamæmillino, aut cum oleo communi si primum haberi non poterit. item applica ex anodinis iam supra sæpe memoratis de dolore renum.

De ulceribus renum. Rub. 8.
PER ULCUS renum hic indifferenter intelligitur omnis eorum continui solutio cum deperditione substantiæ eorum, à qua sanguis, aut sanies emanat.

CUIUS causa est illa eadem, quæ aliorum membrorum esse consuevit. & à primitiuis inchoans, ut sunt casus, percussio, plaga in eis facta, nimius coitus, usus medicinae acutæ, & excoriatiuæ, nimius usus diureticorum fortium, dormitio resupina calefaciendo, & trahendo humores calidos acutos. antecedentes sunt autem apostema in eis malè curatum, postquam ad aperturam uenit; aut lapis ipse in eius motu excoriens, aut humor acutus falsus, aut humor sua qualitate scindens uenas in eis, aut sanies à pectore, uel hepate per ipsos transmissa, aut humor uiscosus ualdè, qui ob sui fortem adhærentiam à membro non nisi magna difficultate separatur, in cuius separatione secum trahit de substantia membri, cui adhæret, & huic excoriationem facit: & hæc est una de causis ulcerationis colli uesicæ, ut infra de ea. sed secundum sub, & supra causæ secundum plurimum excoriationis tales sunt, aut humor acutus, aut lapis. hæc autem ulcere minoris sunt malitiæ, quam ea, quæ uesicæ, & pororum uritidum, & uenarum emulgentium; quoniam renes sunt membra carnosa, in quibus fortior est uirtus naturalis. cætera autem sunt neruosa, in quibus uirtus non est ita fortis. item scias, quod tale ulcus quandoque fit in substantia renū, quandoque in uenis concauitatis eorum, quandoque in panniculo cooperiente, quandoque in suspensoriis, quandoque in poris uritidibus, quandoque in uenis emulgentibus, & semper est cum deperditione substantiæ membri, in quo accidit. & est in principio ulcus simplex, & cum emanat sanies, ulcus saniosum; sed de nominibus his nihil ad præsens; quoniam propriè non dicitur ulcus, nisi fit sanies, & cum adest sanguis; tantum dicitur plaga. item scito quod horum quædam sunt corrosiua; ut quando materia est multæ acuitatis; quædam non, quando non est tantæ acuitatis, & continuitatis. quandoque ad fortem excoriationem & corrosionem sequitur fistula in renibus, quæ nullo modo sanatur propter ineptitudinem applicationis medicinarum ad locum: ueruntamen talium quædam sunt multæ malignitatis; quoniam sunt à materia, & ista sunt timorosa disrumpentia renes, & præcedentia ad mortem; quædam, quæ

quæ sunt à materia non multum mala; sed solum dilatationem faciunt in renibus, & corrosione; & ista non sunt tanti timoris.

SIGNA demonstratiua, quia cum urina egreditur sanies, & pili, siue partes capillares, & frustra carnosæ parua, & maximè quando est ibi fortis adustio, ob quam & pilus sit, & frustra talia à substantia renum. separatur dolor renum quandoq; maximè quando communicatur suspensorio, uel panniculo de quo supra. & te de his certifica, si ante ulcera præcesserint mictus sanguinis, aut apostema, quod prius sit in renibus apertum, de quibus diligenter inquiras. aut si id contigerit propter lapidem, quem prius habuit, aut post caesum, & percussionem. sed hic aduerte, quando mictus sanguinis est ex apertione uenæ, siue dilatatione eius, tunc non est ibi dolor, & sanguis non mutatur in colore suo. quod, si fuerit fractura eius, aut ex apertione apostematis mutabitur in colore, & erit cum commixtione uirus, maximè quando talis mixtio præseuerabit; tunc eris certus de ulcere renum, aut uesicæ: & signa ponam distinctiua inter ipsum, & ulcus uesicæ. & propter id, quod scriptum est de mictu sanguinis. lege, quæ de eo dicentur in capitulo se. nam, ut ibi dicitur cum sanguis est simplex commixtus, & cum aliquo dolore significat ulcus recenter factum, & non ulcus; quia in promiscua narrando signa renum, & uesicæ propter distinctionem &c. manifestabuntur signa ulcerum; hinc ad ea sic promiscua accedo. ex utroque autem ulcere sanies egreditur; sed ueniens à uesica ante urinam emittitur, & dolor sentitur circa uesicam, foemur, & peritoneon, & exit urina cum difficultate & cum est in renibus minus alba. ueniens autem sanies ex renibus cum urina uenit commixta, & sic remanet, & sentitur dolor in quinta spondili super caudam. quod, si fuerit in emunctorijs; tunc percipietur dolor in loco, ubi erit ulcus quod, si ulcus fuerit in substantia renum; egredientur frustra panica carnea rubea, ut supra, & à uesica cortices albi. & est dolor uesicæ ualdè fortior; quia est membrum magis neruofum, & sentitur in ambobus grauitas. & dicit quidam, quod quando ulcus est magnum in eis; fit fe. & quandoque insomnietas, & alienatio, & mictus aufertur, & in ulceribus renū etiam mingendo non est dolor, nisi cum pungit in exitu. item sanies, quæ mingitur ex uesica; statim residentiam facit; non autem sic; si ex renibus, & non nisi post tempus notabile. item sanies ex uesica est grauis odoris propter eius frigiditatem, & moram eius in receptaculo; non autem sic quæ ex renibus. item quæ à uesica magnæ quantitatis; ex renibus pauca. item in ulceribus renum urina est subsanguinea, facilis exitus, ut supra: in qua apparent fursures quidam natantes. & in ano est prurigo, & aliquando est dolor in pudibundis. & formalius distingue. Serap. inter hæc ulcera uesicæ scilicet & renum ex quatuor situ, operatione, solutione, & uirtute distinguitur. situ; quia, si est in renibus; dolor est in anchis, & alchatin, & in spondilibus, ut supra. quod, si in uesica; dolor est uersus emunctoria anterius uersus peten. si est in uis mediis; dolor est medio; quia sub uentre, & iliis. si in collo uesicæ; dolor est in peritoneo: si in uirga; ibi sentitur dolor. operatione; quia urina descendit facilius, & sine læsione ex renibus: si ex uesica cum difficultate. solutione fila, quæ ex renibus exeunt fila carnosæ, & urina æqualis in grossitudine. si ex uesica; cortices sunt similes panniculis, & urina foetida: si in uis mediis; cortices sunt minores, & sine graui dolore. uirtute; quia in renibus sentitur debilitas; sed in uesica maior, & in uis mediis medio modo.

Signa causarum eius; ut si fuerit ex lapide; præcesserunt causa lapidis, & lapis ipse. si alia causa primitiua; statur iudicio infirmi. si apostema, humor acutus corrosiuus, & huiusmodi; statur informationi ipsius ægrotantis; & idè diligenter examinatur.

PROGNOSTICA difficilius curæ est ulcus uesicæ, quoniam est membrum neruofum, fortis sensus. quando ulcera renum per remedia non remittuntur; est signum malum. signum, quod materia est maligna, non obediens, quando sunt longi temporis malum; quoniam sunt habituata. quando cum urina egreditur multum puris; malum; quia non est nisi ex magnitudine, & prauitate ulceris. quando

A pus est uiride, malum significans adustionem in renibus. quando sanies multum foetet; malum significans uehementiam caliditatis putredinalis. quando post mictum sanies sanguis uenit, significat corrosione, & ulceris profundationem, & cura parum proderit. & si san. post saniem multus uenerit, significabit eruptionem in renibus. quod, si paulatinè; apertionem orificiorum uenæ emulgentis. ulcera renum citius curantur, quam uesicæ, & locorum intermediorum, quia magis carnosæ sunt. ulcera renum antiqua in æternum non curantur; sed potius ad fistulam ueniunt. cauè ergo à promissionibus uanis, & in fine habes aphorismos de hoc: & tu ibi.

CYRA. canones primus est festinatio curæ, secundus ordinatio diætæ, tertius adæquatio materiæ, quartus euacuatio, quintus est localium intus administratio ex abstergentibus, & mundificantibus, sextus est conglutinatio, & consolidatio, septimus remissio doloris, si intenditur, octauus curatio horum recentium, nonus eorum quando antiquantur, & fistulantur.

B Pro primo inquit uaticus, oportet medicari vulnera in renibus. quod; si inueterauerunt; non amplius poterunt curari. renes uerò teneræ sunt substantiæ, in quibus si sanies immisceatur; medicina non recipitur. sit itaq; sollicitus ad eorum curam festina, & scitò, quod ea, quæ sunt in panniculo, & poris, sunt difficilius curæ: quæ autem in substantia eorum facilius; quoniam substantia renum est carnosæ: uñ cura hæc est media inter curam ulcerum uesicæ, & pororū vritidum, & viarum mediarum.

Pro secundo euitet acuta, mordicatiua, salsa, acetosa, & grossa, diligat dulcia, pauca dulcedinis, aut insipida: nam amygdalæ dulces, oua, tri, risum, amilum, ptisana etiam huiusmodi sunt conuenientia.

C Ex carnibus competunt temperata, & declinantes ad humidum ex positis supra tertio tractatu. item fructus humidi frigidi, & pro his considera, quæ de potu aquæ frigidæ statim dicentur. item pineoli prius in aqua feruenti infusi, & exiccati. item phistici, ficus siccas euitet omninò, quia in eis est lacticinium occultum, sed potest uti aqua de coctionis earum cum suo uino, de quo statim. conueniunt pisces petrosi, item uiscosi; ut anguillæ, & huiusmodi ex aquis dulcibus. item ex oleribus frigida; ut blitis, lactuca, spinachia. & inter alia maximè competit lac, quando benè digeritur: primò, quia non corrumpitur in stomacho, quod benè considera; quia tunc esset nociuum; lac asininum iuuat à proprietate. secundò quia abstersiuum, & lauatiuum. tertio quia rectificat membri complexionem, illud idem operatur caprinum. sed quartò est magis nutritiuum, vacinum autem, & ouinum addunt, quod ultra illa sunt magis consolidatiua. utere ergo, ut decet, altero istorū in cibus, & cum cibus. & immisce cū eo, quod ulcera cōglutinatur; ut dragantum, aut gummi, aut amilum, corallus, charabe, aut ex seminibus diureticis, frigidis conglutinatiuis, ut semen althææ, & hoc dico post mundificationem, ut supra, & aliter non. item, quando datur lac; nihil comedatur post, quousq; à stomacho descenderit, & lac ipsum tenet locum cibi, & potus; cum quo commiscetur mel quique, ne caesetur, aut sal ut citius descendat. & dosis est ab. ʒ. iii. usque ad. iiii. oua sorbilia maximè in chronicis. potus sit uinum album non potens ad insipidum, aut parumper ad dulce declinans; nam nimis dulce est nimis abstersiuum, & sic cadens in ulcus. minoretur potus aquæ frigidæ. unde Auicenn. hic. Et minoretur potus aquæ, ut minoretur necessitas mingendi. ex quo infero primò, quod magis & à fortiori debet minorari potus uini, quia urinā acuit. secundò, quod à diureticorum usu abstinendum: tu considera. tertio, quod usus fructuum nimis aquosorum, & multiplicantium urinam hoc casu est suspectus. item scito, quod ex melioribus potibus esset continuatio potus lactis etiam cum cibus, & tempore sitis. quiescat. unde Auicenn. Canon curatiuus ulcerum est quies. nec balneo utatur naturalis; sed benè ex aquis dulcibus, & loco exercitij utatur frictionibus. nō dormiat super renes, non repellatur, & omnino coitum dimittat. gaudeat, & iras, rixas, & ponentia humorē in ebullitione fugiat.

Et pro complemento tertij scito, q̄ humores debent æquari ratione quantitatis, & qualitatis. ratione quantitatis, ut in sequenti can. ratione qualitatis cum his, quæ se opponunt ipsis humoribus ex simplicibus, & compositis, ut est aqua melonis indi, alchechengi, lactucæ, endiuia, cucumeris, cucurbitæ, lac, seminum frigidorum, de quibus in dubijs. seminum papaue. al. aquæ hordei, syr. uio. & si queritur aliqualis confortatio, syr. de papa. coriandrum, citonium, & huiusmodi, fructus frigidi styptici, lac asininum aut caprinum, & huiusmodi.

Pro complemento quarti scito, q̄ euacuatio fienda nõ est in hoc casu cum medicinis fortibus, & laboriosè soluentibus propter causam assignatam supra de apostemate; sed fiat cum lenitiuis, ut casia, thamarindi, manna, sebesten, & huiusmodi usq; ad benedictam, & per superius, & inferius exhibita. secundò, q̄ in casu quàm maximè laudatur ab omnibus authoribus uomitus, si is facile fieri poterit, & continuari, & propriè post euacuationem primò factam cum pharmaco leui. unde Auic. Et melius quidem est, ut æques materiam, & educas illam post illud propriè uomitu; uomitus enim est illud, quo renum ulcera melius curantur. & subdit. & quandoq; est usus uomitus frequens sufficiens ad illud, & excusat ab alio. in quo uomitu debes duo principaliter attendere. primò, q̄ fiat post assumptum cibum, quia facilius fit, & hoc cum uino dulci, aut cum aqua tepida, & syrupo acetoso. secundò, q̄, si materia fuerit fixa in rebus, præmitte ex diureticis; ut semina communia, frigida dando sex, uel octo. ÷. decoctionis eorum, aut similibus. deinde per tempus trium horarum, uel circa fac uomitum; quia illa iuuabunt mouendo materiam. tertio principaliter fit hæc euacuatio phlebotomia; & hoc quando conuenit, & aliter non, ut quia scilicet in toto est repletio, & tu eam de uena communi, aut quia humor peccans est sanguini mixtus, & tunc fac eam de basilica dextra; aut, si de superioribus uenire uidentur, fac de cephalica.

Pro quinto debent exhiberi abstergentia, & mundificatia absq; mordicatione, & emulsio seminum solatri, althææ aquæ lactis, aquæ zucchari cum aliquo diuretico leui radix liquiritiæ, & cæteris, ut supra de pleuresi.

Pro sexto da exiccantia, consolidantia, ut decoctio risi, glandium, lenticulæ, orobi. item puluis ex his cum aliqua ex aquis diureticis notis. item ualet cauda equina, barba hircina, acacia, bolus armenus, sang. drag. & huiusmodi, ut supra de dysenteria, & tenesmo, & tu ibi. item ex conglutinantibus dragagantum, gummi ara, gummi prunorum, propriè, & cerasorum, mucillago psyllij, seminum citoniorum. item ualet flos maluz, radix althææ, item semen lini torrefactum, & si cum his misceantur calida; conueniunt mastix, storax, bdellium, & thus: hæc autem omnia diuersis ingenijs dari possunt aut in forma solida confecta, aut per modum electarij, aut in puluere, & huiusmodi; sed semper cum liquore etiam diuretico. ad extra etiam possunt applicari emplastra, unguenta consolidantia, ut supra de apostemate: & tu ibi. nam ex his tu compone secundum, q̄ exigit compositio. & cum his duobus canonibus tu persice facili ter curam recentis.

Pro septimo scito, q̄, quia dolor impediret curam, ut notum est stante ipso dolore: tu primò attende dolori. unde Auic. Et de radicibus, quas oportet considerare est, ut, cum dolor sit fortis, curetur dolor prius, deinde ulcus, & cum quibus curari habet, habuisti in præcedenti rubrica, ut supra de dysenteria: nã clysteria sunt hoc casu, ut supra multum conuenientia frigida, aut actu calida secundum, q̄ exigit dispositio, ut in præcedenti rubrica. & Auic. & quando necessarium est, ut misceantur cum eis narcotica, sicut iusquiamus al. mandragora, opium, papauer, & huiusmodi; sed cautè eis utere: nam debilitando uirtutem prohibent, deinde consolidationem, & curam. & ex laudatis. R. seminis iusquiami albi. 3. i. sextam, opij, chirat. i. seminis lactucæ. ana. 3. i. seminis portulacæ. 3. 5. & est Auic. in paruo uerò quandoq; sufficit lac cum aqua potatum, aut syr. uio. cum aqua potatus.

Pro octauo dicendum, q̄ in principio ulcere existente recenti, si uenter fuerit constipatus, fac clyster, ut dictum

E est cum lenitiuis. secundò fac uomitum, si is facile fieri poterit. tertio fac phlebotomiam, si competit. quarto euacua cum lenitiuo, & respiciente materiam. quinto, si adest dolor mitiga. sexto da mundificatiua, & abstersiua ex dictis: ut aqua mellis, hordei, emulsio seminum frigidorum maiorum, & huiusmodi. septimò consolida cum consolidatiuis dictis intus, & extra administratis. nam & pro his absterfuiuis, & consolidatiuis require supra de pleuresi, & de dysenteria intestinali: & ideò recurre ibi, cum quibus tamen ponam exemplum; uerbi gratia. R. aquæ mellis factæ secundum artem, & bulliant in ea semina endiuia, lactucæ. cichoreæ, semina communia frigida maiora mundata. ana. & in ea dissoluantur trochiscorum de alchechengi. 3. i. bibat calidum in aurora, deinde post tres horas sumat aliquod solutiuum. aut. R. boli ar. charabe. ana. 3. i. acaciæ, balaustræ, gummi arabici, hypoquistidos. ana. 3. i. seminis iusquiami albi. gra. x. syr. de myrto quantum sufficit, & incorporetur, de mixtura detur. 3. i. 5. cum aqua de alchechengi ita, quòd ut de dysenteria dentur mundificantia, abstergentia, deinde consolidantia; sed hæc benè considera. & nota uerba Auic. hic inquit. Et oportet, ut commisceas cum medicinis omnibus conglutinationem facientia; sicut amilum, dragagantum, & gummi frigida; nam glutinatio est ex eis, quæ securant uulnera ab excoriatione. cura autem ipsius recentis facilis est respectu curæ chronici, quæ est difficilis: & ideò in primo casu sufficiunt leuia ex dictis absterfuiuis, & consolidatiuis; sed in chronico secus est, ut statim. & primò scias, quòd multi negligunt curam ipsorum, tanquàm impossibilis. unde Gordonius. ulcera renum: & uesicæ diu turna non curantur in æternum: quia fistulata sunt. in chronico itaq; non fistuloso præmissis illis quandoq; ut supra in recenti da abstergentia ex fortibus; ut est decoct. hyssopi, orobus, & farina eius in iusculis, & huiusmodi psyllij, ireos, capillis uene. & si sit temperatus, & per horas post da incarnatiua exiccatiua. unde ualet multum lac, cum quòd dantur incarnantia ex dictis, & semper in his commisce conglutinantia, siue sint abstersiua, quæ dantur siue incarnatiua iuxta dictum ex Auic. allegatum. item quandoq; cum his commisceantur, & aperitiua fortia; in parua tamen quantitate, ut ducant, & penetrare faciant, etiam maius est nocu mento iuuamentum. ex amplexantibus utranq; intentio nem est bdellium dissolutum cum gummi albotin, & bolo arme. & terra sigillata. ana. & detur. 3. i. cum uino dulci. ite R. seminum communium frigidorum maiorum mundatorum. 3. ij. amygdalarum. 3. i. pinearum. 3. 5. dragaganti. 3. i. gummi cerasorum. 3. i. 5. & liquiritiæ. 3. i. boli arme. sandra. ana. 3. i. 5. fiat expressio ex seminibus, amygdalis, pineis prius pistatis, deinde dissoluantur gummi, & reliqua addatur. administra, ut magis placet. ad idem. R. seminum frigidorum maiorum mundatorum, seminum papa. albi, seminum maluz, se. bombacis, portul. seminum citoniorum, myrtillorum, dragaganti, gummi ara. pinearum mundatorum, iuiubarum, phisticorum, penidiarum, liquiritiæ mundæ, hordei mundi, mucillaginis psyllij, amygd. dul. ana. 3. ij. sang. dra. boli arme. spodij, ros. myrti. ana. 3. 5. conficiantur cum melle, & fiant trochisci. dosis. 3. i. cum lacte. ad idem aqua liquiritiæ cum aqua data. unde in summa hic nota primò, quòd primò debent præcedere abstersiua, ut supra, cum quibus commisce conglutinatiua. item secundò sequantur consolidatiua: item & cum his quandoque opiata; quando aliqualis intentio est ad dolorem. item considera, si adest feb. aut caliditas excessiua renum: quibus casibus oportet abstinere à calidis, & aperitiuis acutis: utere tamen frigidis, & aperitiuis frigidis, uel temperatis ex datis. sed scito quòd cum ulcere renum rarò accidit feb. propter ipsum ulcus: quoniam materia eius euentatur, ut patet, non sic in ulceribus alijs intrinsicis coniunctis. nota secundò principaliter, quòd in cura chronici ulceris non fistulosi competunt fortiora, quàm in recenti, & sunt illa eadem, quæ cõpetunt in cura ulceris uesicæ. & ideò, quia de uesica dicitur ad plenum de eis, sic facile hic pertransui. ad extra autem fiant emplastra, unctiões secundum locum, ut supra propter spinalem medullam ex rebus ipsis dictis, & dicendis de ulcere uesicæ, & commendatur ex calidis oleum ma

Vomitus ut siædus.

sticinum

Ricinum, de alcana, & storax. & ex frigidis oleum de citonij, item factum ex farina orobi cum melle in uino decocto. item ex farina hordei, thure, oleo de mastice, ro. lente sicca cum mel. factum. item factum ex ro. myrrha, oleo ro. puluere molendini. item ualet emplastratio trochif. de terra sigillata descrip. Mes.

In fistulosi cura procede cum exiccantibus prohibentibus ulteriorem ulcerationem. & talia debent esse fortia absq; mordicatione; ne ex mordicatione augmentetur fistula per tractum materię amplioris ad locum: nam cura debet esse blanditiua, ut supra de fistulis ani: & tu ibi. & cā quoniam non recipiunt curam, unde hæc exiccatio fit cum frequentatione secundum qualitatem, & quantitatem cibi cum usu abstergentium, & mundificantium absq; mordicatione: & ad extra cum emplastis ex rebus stypticis notis, & similiter unctioibus. ex quibus patet correctio dictorum Gordonij; quoniam aliquod est antiquum, siue diurnum, quod curatur, & aliquod non; sed credo tamen cum maxima difficultate curari propter ineptitudinem applicationis medicaminum: item propter continuum fluxum urinae remouentis medicamen, ut infra de ulceribus uesicæ. propter quod fortasse dixit non curantur in æternum. & uiam ampliora remedia quære infra de ulceribus uesicæ, & uide de in fine capituli, quæ dicta sunt de eis in dubio. & sic hæc sufficiant.

De scabie renum, & meatuum eorum.

Rub.

9.

SCABIES in eis est bothor ipsa, quæ apparet in superficie eorum ex humoribus choleris, & baurachij genita: ob quæ deinde membra ipsa ad ulcerationem perueniunt.

SIGNA demonstratiua ardor, & pruritus, punctio in partibus renū, cum exitu paucae saniei, & furfuris, & antecesserunt pustulæ, & quandoq; magnificatur cum ea dolor & si est in meatibus, quod egreditur, est panniculosum, & si fuerit in uesica; erit pruritus, punctio circa partes eius, & dolor urinae erit grauis.

CURA. in cura eius est procedendum, ut dictum est de ulceribus, cum lenibus semper: nam primò ordina dietam ad frigidum, & humidum declinantem ex carnibus, & oleribus, & fructibus, & huiusmodi boni chymi, qui facile digerantur. secundò phlebotoma basilicam. unde Auic. & maius iuuatiuum ei in omni dispositione est phlebotomia basilicæ, & uentofatio loci renum. tertio euacua cum lenitiuis cum uomitu, si is leuiter fieri potest. quartò da mundificatiua lauatiua ex leuioribus dictis. quintò consolidatiua ex bolo ar. liquiritia, & huiusmodi. & ad accidentia procede, si quod apparuerit, ut de ulceribus per omaia actum est & infra de ulceribus uesicæ, & scabie eius.

D V B I A.

DVBITATVR circa capitulum, utrum diuretica competant in passionibus renum. quòd nō, arguitur; quoniam talia materias ducunt ad uias urinae infirmas; sed per partes infirmas non debet fieri eductio; immo potius ad oppositum trahendum inquitente Auic. quarta primi, contingit cum membrum à quo expellitur, est ipsum membrum, per quod est euacuatio fienda; sed est in ipso ægritudo uetus, aut recens, propter quam est timor de cursu humorum super ipsum. ipsi ergo ad aliud, quod fit melius, sunt transponendi. & Gal. 13. de ingenio, nequaquam neq; cum secundum anum, uel aliquam proximarum particularum principium phlebotomationis fiat, uentrem mouebis quemadmodum: neq; si secundum uesicam, uel pudendum, uel renes diuretica pharmaca transglutire iubebis: neq; mulieri secundum matricem, uel pudendum menstrua mouebis. sed quæ à longissima semper in contrarium emulsionem facies. in oppositum ea omnia, quæ dicta sunt ex Auic. & alijs. ad dubium respondens dico, quòd diureticum, siue uriticum idem est, quod urinatiuum, quod pronuntiatur calidum, & siccum, acutum, sanguinis subtiliatiuum, subtilis à grossiori discretiuium, ipsiusq; in uias tenuius euacuatuum, ut semen apij, foeniculi, & huiusmodi, de quibus su-

prà. hæc Conciliator differentia. 201. quòd, si dicatur, quòd semina maiora frigida sunt aperitiua, &c. illud crede à caliditate prouenire, quæ in eis est dato, quòd absolutè in eis uincat frigiditas. unde opium in quantum amarum, calidum; tamen absolutè frigidum est: & sic semina in quantum aperitiua calida sunt. sed nota, quòd in corticibus eorum minus est de frigiditate, & humiditate, quam in medulla: & ideò cum corticibus eorum sunt magis aperitiua. si uerò dicere uolumus, quòd omne uerum diureticum est calidum, & siccum iuxta illud Halyabatis. Medicamina uerè urinam prouocantia calida esse, & acuta simul esse oportet. dicendum semina talia non esse uerè diuretica, sed secundum quid; quia habent humiditatem aquosam, & multam per quam ipsa sanguinem subtilem, & aquosum reddunt: & sic ad uias aquositatis ducunt, quemadmodum facit uinum aquosum: & tu considera. ex quo apparet, quòd ubi quæritur fortis apertio, ex eis debent administrari cum corticibus: ubi uerò infrigidatio maior, & minor apertio, dentur absq; corticibus. secundò præmittendum, quòd passio renum quandoq; est cum materia, quandoq; absq; materia. item & tertio quandoq; est fortis, quandoque debilis. iuxta hæc ponantur hæc conclusiones. prima quòd in dispositione renum absq; materia diuretica competunt ratione alterationis, & deductionis medicinarum ad locum conclusio ex se nota est. secunda, quòd in dispositione renum cum humoris uitio etiam corpore existente plethorico, aut cacochymo non competunt nisi post purgationem. patet; quia uniuersalia debent præcedere particularia; nā euacuato antecedente securius euacuabitur deinde coniunctum. tertia, quòd stante oppilatione in uia, siue sit ex lapide, humore, uel carne competunt diuretica leuia, non multum calida, si membrum patitur, quia non sit apostema uel ulcus, & huiusmodi: patet; nam fortia sic exhibita materias in uias præcipitare faciunt, & addunt oppilationem. item & multum calida resoluendo etiam petrificant: quare eo casu utere temperatis. hæc uisa sententia conciliatoris allegata differentia. quarta conclusio, quòd stante ulcere recenti in renibus, à quo emanat sanguis, abstinendum est à diureticis, quia talia adhærēt ulceri. quinta, quòd ubi fuerit turbidus sanguis in uis eorum, quod cognoscitur ex grauitate, & urinae retentione; tunc cōpetunt diuretica.

Sexta, quòd ubi quæratul ulceris consolidatio; competunt diuretica cum stypticis mixta; ut aqua sparagorum cum bolo, sanguine dra. & huiusmodi. septima, quòd in ulcere antiquo non multum maligno, facta prius euacuatione ad oppositum, competunt diuretica remissa; ut alchechengi, semen althææ, & huiusmodi, quæ sunt mundificatiua, & abstergentia, ut supra, deinde dentur styptica consolidantia. octaua, quòd ubi ulcus fuerit malignum, & chronicum; cōpetunt fortiora; ut quòd grossius, & saniosius est abstergetur, ut capillus ue. ireos, farina orobi, & huiusmodi, deinde incarnatiuis consolidatiuis. nona, quòd existente apostemate prius ad digerendum, & euacuandum da digestiua, & euacuatua cum diureticis leuibus; ne nimium prouocent mouendo materiam plurimam, & ne sua caliditate inspissent & petrificent: & cassia in eis est optima medicina, ut supra decima conclusio, quòd in ardore urinae sunt diuretica euitanda, quoniam ad locum infirmum materias ducunt, & magis mingere cogunt, & ita dolorem augent, & maximè calida. & ultimò rememoro canonem suprapositum pluries, est Auerois, quòd diuretica dari debent ante exhibitionem cibi per tres ad minus, aut per quatuor horas; ne, si datur; simul cum cibo secum ad renes materiam trahant, cuius contrarium agunt communiter practicantes commiscentes diuretica à cibo. quòd, si dicatur. 14. de ingenio docebat capere cum oxymelle in principio mensis; dicendum, quòd illud erat modicæ quantitatis, & uirtutis ita, ut non esset potens cibum ducere ad uias urinae. uel dicendum, quòd talia accipi debent ante cibi alterius assumptionem & post debet patiens stare per tempus notabile, ut dictum est. ad rationem in oppositum dicendum, quòd per eas nō debet fieri eductio, quando scilicet partes sunt uehementer læsæ. uel intellexit Auic. & idem Galen. ante digestionem, & materię antecedentis eionem: considera,

Practica. S.

q

Aphorif

APHORISMI.

Ex.iiii.sectioe.lxxv.apho.

Si sanguinem, aut pus mingat, aut renū, aut uesicæ exulcerationem significat.

lxxvi.apho.

Quibus in urina, crassa existente, carunculæ parvæ, aut veluti capilli exeunt, ijs renibus excernitur.

lxxvij.apho.

Quicunq; sponte sanguinem mingunt, ijs à renibus uenulam ruptam significatur.

lxxix.apho.

Quibus in urinis arenosa subsistunt, ijs uesica laborat calculo.

Ex.vi.sect.vi.apho.

Renum, & uesicæ uitia in senioribus difficulter sanantur.

xi.apho.

Atra bile uexatis, & renum passionibus, hæmorrhoides superuenientes, bonum.

Ex.vii.sect.xxxiiii.apho.

Quibus in urinis bullæ subsistunt, morbum renalem, & longum significant.

xxxv.apho.

Quibus subsidens pingue, ac simul totum, ijs renum uitium acutum significatur.

xxxvi.apho.

Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt signa, doloresq; circa spinæ musculos fiunt, siquidem circa loca exteriora fiât; abscessus quoque exterius futuros expecta: si uerò dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abscessus expecta futuros interius.

lv.apho.

Quibus inter uentriculum, & septum pituita reposita est, & dolorem affert non habens exitum, neque ad alterum uentrem, ijs per uenas ad uesicam pituita uersa soluitur morbus.

ARGUMENTVM IN CAP. XIX.

DISPOSITIONES uesicæ hæc habentur: lapis, apostema, vlcus, scabies, coagulatio sanguinis in uesica, dislocatio eius, & mollificatio, dolor, debilitas ardor urinae, eius paucitas, difficultas, destillatio, exitus inuoluntarius, mingentes in lecto, diabetes, multitudo urinae, mictus sanguinis, & saniei. igitur lapis uesicæ est, qui per affationem materiae crassæ, uiscosæ ut plurimum mucillaginosæ cum aquositate in ipsam transmissæ, uel saniosæ in ea, uel collo eius congenitæ demum producit. sed apostema ei contingit aut ex humore sanguineo, aut cholericò, aut mixto, aut crasso melancholico per uiam resolutionis sic genito. ulcus uerò uesicæ est solutio cõtinuitatis cum perditione substantiæ. cuius causa secundum plurimum est humor cholericus, aut salsus sua acuitate peccans. quas ob res fit quoque scabies. dislocatio porrò uesicæ est remotio à suo loco ex relaxatione ligamentorum: cuius causa ut plurimum est humiditas cum frigiditate mollificans. sed dolor eius augetur ex phlegmate, uel uento septentrionali. debilitas sanè uesicæ est nocumentum actionis eius diminuta, uel ablata circa operationem cõmune, quæ est superfluitatis aquosæ expulsio: cuius causa ut plurimum est mala complexio frigida. sed uentositas in uesica fit semper ferè ab humiditate existente in ea cum debilitate caliditatis: cuius causa ut plurimum sunt cibi inflatiui apti in uetū conuerti. sed ardoris urinae causa est in ipsa urina, aut in membris uiarum eius. quatuor paucitatis urinae sunt causa; materia scilicet, corpus, fluxus uentris, & ipsa membra. uerū eius difficultas uocatur stranguria, dysuria, & suria, cuius causæ sex numerantur ab Auicenn. destillatio au

Etem est inuoluntarius, et paulatinus exitus urinae cum pauca quantitate cum impotentia continendi. causa sumuntur ex parte acuitatis urinae, multitudinis eius, uesicæ, colli, & lacertorum, & ex parte renum, hepatis, & membrorum sensum, & motum communicantium. fit autem urinae exitus inuoluntarius ob colli uesicæ paralysem, debilitatem cõtentiæ, attractionem à renibus, spondilium dislocationem uersus interius, et repletionem membrorum sib ipropinquorum.

De dispositionibus uesicæ.

De descriptione, anatomia, & complexione uesicæ, ac eius communitate cum membris regalibus. Rub. 1.

Vesica est membrum neruosum, uelut sacculus ex filis nerueis, & ligamentalibus cõtextum, unico collo carnosum, & muscoloso fultum in uiris, & non in mulieribus anfractuoso, duabus tunicis interiori scilicet grossiori à poris uritidibus circa medium eius obliquis foraminibus perforatis, per quos ad ipsam, ut receptaculum, urina infunditur, & per eius collum ad extra propellitur. fuit enim creata neruosa super spondiles sustentata; ut sensum haberet, quo perciperet nocumentum. & idem nocium à se expelleret. per hoc, quod dicitur sacculus, tangitur forma; est enim rotunda continentia causa, ut sit melius aquositate capax. habet quidem collum carnosum, & musculosum, ut ipso musculo retineat, & expellat urinam, cū opus, & est in uiris anfractuoso habes tres anfractus propter longitudinem eius. unde ab extra circa collum uesicæ uirorum est musculus dictus suffocatorium ab Auicenn. qui cum relaxatur, aperitur collum, & tunc urina exit. quando uerò constringitur, urina retinetur: & ad istud concurrunt uirtus uoluntaria, in mulieribus collum curtum est propter propinquitatem ipsius ad collum matricis. & ideo citius mingunt mulieres. & terminatur in uiris hoc collum ad canale uirgæ, & habet foramen paruum, propter quod etiam in uiris lapis difficiliter, quàm in mulieribus egreditur. duas habet tunicas, & interior grossior est exteriori; quia obuiat immediatè urinae cum sui acuitate. ne ergo lædatur de hoc in dubiis. pori autem, ut supra præcedenti rubrica in principio portant urinam usque ad medium uesicæ, & ipsam perforat, & faciunt ibi duos ramulos, & in primis perforant tunicam extrinsecam unico foramine, & postea per aliquale spatium transeunt inter tunicam unam, & aliam sic quod non transeunt per ambas perforando directè; sed obliquè: & alteram scilicet intrinsecam etiã foramine uno & factum fuit hoc; ut, quando uesica impleteretur; non rediret urina ad renes; immo quanto plus foramina illa clauduntur; quia paries unius tunicæ, siue coopertorii applicatur, & alligatur spondilibus, & post spondiles renum, de quibus supra. ex quibus habetur descriptio, anatomia, & complexio. antequam ad curam ægritudinum uesicæ descendam, scito, quod uesica colligantiam non paruam habet cum membris regalibus. unde Aui. quandoque communicant uesicæ membra regalia, & nobilia; sicut cerebrum. propter quod contingit ipsa ab ægritudinibus uesicæ uehementer pati. unde cerebrum quæque aut uertiginem, aut sisen patitur propter calidas ægritudines uesicæ, & hmõ: nã ut dictum est neruosum est membrum ab ipso cerebro multum dependens. item & ipsum hepar quandoq; in hydropem incidit ei communicata frigiditate ob uenientem uesicæ malam complexionem propter ipsius ad hepar propinquitatem, & sic de aliis. & ideo in eis curandis sis sollicitus. quæ quidem ægritudines uesicæ magis euenire consueuerunt tempore hyemis in aeribus frigidis septentrione propter aptitudinem lapsus eius in malam complexionem frigidã ratione suæ complexionis naturalis.

De lapide in uesica. Rubrica. 2.

LAPIS uesicæ est lapis, qui per affationem materiae grossæ uiscosæ secundum plurimum mucillaginosæ cum aquositate ad ipsam transmissæ, uel saniosæ in ea, uel collo eius cõgenitæ finaliter producit. ex quo apparet satis modus generationis.

Suffocatorium est in uesicæ collo nunc laxans nunc constringens musculos.

nerationis lapidis in vesica; confimiles enim causas arbitra-
ri velis concurrere ad generationem lapidis in vesica, quæ
cōcurrunt ad generationem lapidis renum. quod oportet
ut ad capitulum præcedens omnino recurras, & hoc uoluit
Aui. hic in principio capituli inquit. Oportet ut consideres
illud, quod diximus de lapide renū. deinde permuteris ad
hoc capitulum; & de his añ positionem can. differētiā mul-
tas, vt in præcedenti capitulo ex parte magnitudinis, gra-
uitatis, coloris, & huiusmodi. item ex parte ætatis; quoniã
in pueris multum, & rarò in senibus generatur hic lapis, &
causa dicta est ibi. ex parte sexus; nam in puellis rarò, & in
masculis frequenter, & causa tacta fuit propter breuitatem
colli uesicæ. & propter hanc causam etiam femellæ frequē-
tius in lecto mingunt ipsis pueris. vnde & ex eadem causa
accidit, q̄ difficilius curatur lapis, & mictus in lecto in foe-
mellis, quàm in masculis, vt dicitur. item ex parte habitudi-
nis; nã hic in macris magis, & renalis in pinguibus magis.
& vt ea, quæ scripta sunt hic, & in præcedenti cap. sint cla-
riora; etiam ad futura aliorum dictorum vtilitatem eas cau-
sas hic ordine describam.

C A V S A E. omnis causa lapidis est aut coniuncta, aut
antecedens, aut primitiua. causa coniuncta est multiplex;
materialis primò; quia arenulæ ipsæ ex phlegmate crudo
mucillaginoso diu præter naturam in vesica retento gene-
rata. secunda est magis remota, ut phlegma ipsum mucilla-
ginosum, aut crudum, circa quod actualiter agit calor. ter-
tia causa efficiens; quia caliditas ipsius uesicæ temperamē-
tum excedens, aut temperata, ut Serapio, quemadmodum
in præcedenti capitulo dictam remotam materiam petrifi-
cans, vt declaratum est in præcedenti cap. sed hic aduerte,
quòd etiam frigiditas uesicæ complexionalis ad hoc fac:
nam, cum per caliditatem hepatis, renum, & aliorum humi-
ditates eliquentur, & eliquatæ descendant ad vesicam; ipsæ
venientes ad locum frigidum saltem respectiue condensan-
tūr, & in eas sic condensatas agit, deinde caliditas petrifi-
cans, vt supra. causa antecedens est primò debilitas expul-
siuæ uesicæ non potentis illa phlegmata à se expellere. se-
cundò est materia ipsa phlegma à stomacho, hepate, & aliis
ad vesicam veniens, in quam agit actu calor ipsam in arenu-
lam, aut petram conuertendo. ex quo apparet, quòd ea-
dem causa potest dici coniuncta, & antecedens. tertio est
oppilatio attenuatoria colli uesicæ: & causæ antecedentes
dictarum causarum sunt caliditas, & humiditas uesicæ su-
perflua, ipsam expulsuam debilitantes iusticialiter, & ele-
mentaliter. secunda est debilitas expulsua intestinorum
non ualentium expellere dictam materiam phlegmaticam
ob corruptam digestionem stomachi, & diminutam hepa-
tis genitam; quæ deinde venas egreditur, & ad hepar mit-
titur & ab eo ad renes, & à renibus ad vesicam. tertia est
venarum meseraicarum oppilatio, quæ sunt inter hepar, &
intestina: propter quam accidunt phlegmata multa in re-
nes, & in uesicam præcipitare. quarta est debilitas uirtutis
colli uesicæ à natura contracta; quia informatiue; qua col-
lum generatum est angustum, aut oppilatio ex causa tempo-
rali ei contingens. causa primitiua est inordinatum regimē
ex parte sex renum non naturalium, & eis annexarum qua-
litate, & quantitate peccantium, quibus corrumpitur di-
gestio stomachi, & hepatis ipsa diminuitur; unde in ipsis
mala complexio frigida inducitur, quapropter hæc gene-
rantur phlegmata.

S I G N A demonstratiua diuidantur pro nunc in commu-
nia, & propria. communia, de quibus actum est, sunt ex uri-
na, dolore, & exeuntibus sumpta. ex vrina; nam, cum uide-
bis urinam, quam consueuit patiens mingere turbidam, &
grossam clarificari, & attenuari; tunc existimabis genera-
tionem lapidis. ex dolore; quia, si cum ea sentiet patiens do-
lorem in instrumentis urinæ; tunc magis certificatus eris,
quòd materia aggregata sit pro eius generatione. ex exeun-
tibus; quia, si cum his uidebis aliquid habere residentia; tunc
completa erit tua certificatio, maximè si comprehendes
urinam aliquam, aut multum retineri. propter quòd no-
ta, quòd lapis magnus uesicæ non potest impedire transitū
urinæ, quia, si se collo opponit; etiam ab eo faciliter remo-
uetur: quòd, si fuerit paruus; non impedit in totum; quia nõ

A completè oppilat. cum verò est mediocris; completius op-
pilat; & ideò magis impedit. & si arenulæ apparentes erūt
ad ad tactum molles; lapis erit in fieri: si duræ; in factò esse.
propria quidem sumpta sunt ex qualitate urinæ, natura do-
loris, & exeuntium; nam in lapide renum urina est rubea
dolor in lumbis, & cæteris, ut supra de lapide renum. in la-
pide uerò uesicæ urina est alba, & arena alba, uel cineritia.
vnde Senex noster. lxxix. apho. iiii. sectionis. Quibus in uri-
nis arenosa subsistūt, ijs uesica laborat calculo. dolore; quia
in pectine peritoneon, & est dolor minor; quia lapis est in
in loco ampliori, & n̄ plurimum urinam retinet, & est ma-
ior, quàm lapis renum propter maiorem extensionem, q̄
materia lapidis recipere potest propter amplitudinem lo-
ci, & est durior propter longiorem materiam contractam
in uesica. cumq; cadet in collum, urinam retinebit omnino
& fiet dolor fortis, & est signum confirmationis eius, & est
signum forte. item adest pruritus fortis in pectine, & cãna-
li uirgæ. quare habens eum quasi continuè confricat eam
circa radicem eius, & magis, si est puer. & accidit erectio
absidua, & quandoque mollificatio ultra modum, & perdu-
cit ad exitum ani. & causa in pruritu est exasperatio uesicæ
ex lapide duro, & commoto in spatio uesicæ, & maximè si
sint plures lapides, siue sint in ea generati, siue à renibus in
ea contenti fuerint, & cum urina tunc mittuntur furfures,
& quandoque sang. propter abrasionem. & accidit habenti-
bus lapidem in uesica appetitus mingendi frequenter pro-
pter lapidem incitantem, & est tunc in eis difficile minge-
re, & cū mingunt; appetunt ascellare, & quandoq; exit tūc
anus, ut supra, & quandoque exit sang. propter rarificatio-
nem lapidis. & signum efficax, quòd lapis erat in collo est,
quia, si resupinetur patiens, & eleuentur anchæ eius, & cõ-
cutitur; remouetur lapis à meatu. item, cum fit compressio
supra pectinem; eiicitur urina, & hæc significatio fortis su-
per lapidem. & quandoq; patiens alleuiatur ex incuruatio-
ne super genua sua, & commotione suorum membrorum
adinuicem, & quandoq; alleuiatur per intromissionem di-
giti remouendo lapidem, ut infra, & quandoq; alleuiatur
per motum, compressionem membrorum, aut simili modo
ut inuenit experimentum. & ista sunt signa fortia super la-
pidem uesicæ.

P R O G N O S T I C A. lapis medius, ut supra, inter paruū,
& magnum respectu meatus colli est, qui urinam retinet, &
cã est fortis dolor in eo loco, in quo figitur. & in regioni-
bus septentrionalibus magis multiplicatur lapis uesicæ, exi-
stimo, quia multiplicantur materiæ uiscosæ propter indige-
stiones ex plurimo cibo factas, & cõfert ad eius complemē-
tū aeris frigiditas. unde require, quæ de causis eius scripta
sunt; & ideò domini ultramontani sint præuisi.

Accidit & extenuatis magis, quàm pinguibus. & cã; quo-
niam uix in extenuatis sunt angustæ; & ideò materiæ reti-
nentur, & in eis, & retentæ petrificantur, ad quod adiuuat
debilitas eorum cum frigiditate, quæ est causa multiplica-
tionis materierum. & consequēter dic, q̄ proportionaliter
plus tales uix angustantur, quàm uix renum; quia sunt ner-
uose, & renum carnosæ, quod addidi propter instantiam de
pinguibus, in quibus multiplicatur magis lapis renum, ut
supra. unde & in eis uix ex pinguedine angustantur; & tu
considera; nam in pinguibus minus multiplicatur lapis uesi-
cæ. sed considera etiam debilitatem expulsuæ in pinguibus
debiliorem. & item in infantia, pueritia, ac ætate consequē-
te adolescentiam maximè multiplicatur lapis uesicæ; quia
in his uirtus expulsuæ est fortis; & ideò materias in reni-
bus existentes ad uesicam expellūt. in senibus autem minus
multiplicatur lapis uesicæ; sed magis renū ut supra propter
debilitatem expulsuæ, & dolor, qui frequentat, etiam retē-
tio urinæ ita debilitant hepar, ut aliquando sint causa hy-
dropisis.

C V R A præseruatiua. canones, primus, q̄ fortiora com-
petunt medicamina in cura lapidis uesicæ, q̄ in cura lapi-
dis renum; quia uesica est membrum frigidum lōginquius,
lapis durior uehementius coagulatus. & quia ualentia in
passionibus uesicæ ualent & in passionibus renum, & non
econtrà, ut in præcedenti capitulo. secundus, q̄ non debe-
mus uti multum aperitiuis ante. s. cõpletam euacuationem

causæ antecedentis ad bonum intellectum, ne materias præcipitare faciamus in uesica. tertius, quod cura lapidis uesicæ diuidi potest in præseruatiuam, & curatiuam. de præseruatiua ad plenum dictum est de præseruatione à lapide renum; quæ ab eo præseruant, etiam à lapide uesicæ præseruant: & tu ibi.

Cura curatiua diuiditur in eam, quæ fit medicinis, & illam, quæ per chirurgiam. & primò de ea, quæ fit per medicinas, & pro ipsa fit primus canon. ordinatio diætæ, secundus euacuatio materierum communium in uis ductuum contentarum, tertius euacuatio minoratiua, quartus digestio, quintus apertio uiarum, præterquam gibbi, & renum sextus eradicatio, septimus diuersio, octauus fortius aperiantur dictæ uix, nonus abstergantur dictæ materiæ à renibus, & uesica, decimus intendatur mundificationi membrorum mittentium; ut stomacho, hepatis, & huiusmodi. undecimus remoueat mala complexio renum, & proprius uesicæ. duodecimus confortetur uirtus digestiua, & expulsiua, ut dicitur. tertiusdecimus aperiat collum, & uia uirialis. quartusdecimus administrentur medicinx eductiue lapidis, & prius comminutiue. quintusdecimus, si educi non potest neque frangi; tunc manu chirurgica extrahatur. diætâ ordinetur, ut supra de lapide renum; debet enim esse calefactiua, subtiliatiua, aperitiua, cum modamine tamen, ut ibi.

Euacuentur materiæ communes cum medicinis lenitiuis; ut est cassia, manna, sebesten, pruna, item & cum his benedicta, item cum clysteribus lenitiuis, abstersiuis; ut succus ex uio. maluis, bliti, mercurialis, furfuribus, zuccharo rubeo, uitello oui, cassia ipsa, pro enemate, oleo communi, & sale, & tam medicinx per os, quam clyster ipsum frequenter, si uidebitur expedire.

Minorando materiam detur cassia cum electario indopius de uno, quam de alio, ut uidebitur expedire. item ut in de colica diaphœnicon uidetur esse medicina propria, quoniam à remotis non multum euacuat, ut ibi ostensum fuit.

Pro digestionem materiæ recurre ad quartum tractatum supra, & ibi inuenies digestiua tuo proposito utilia. & hic nota, quod in primis debes uti eis calefactiuis, subtiliatiuis & incisuiuis, abstersiuis absque prouocatione saltem notabili, ut sunt oxymel simplex, mel rosatum colatum, oxymel de unica radice. deinde his datis, & facta post illos euacuatione minoratiua dabis ex digestiuis aperitiuis, non multum calefactiuis, subtiliatiuis, & incisuiuis; ut oxymel de duabus radicibus, & sic de alijs. & sic complebis quartum, & quintum canonem.

Et pro eradicatio dabis post hos ultimos syr. acceptos pluribus uicibus electarium indum cum modico cassiæ; ut R. electarij indi. 3. iij. cassiæ. 3. 5. uel diaphœnicon cum cassia, uel benedicta, & aquis appropriatis, ut tibi uidebitur expediri, uel aliud ex solutiuis tibi magis gratis supra quarto tra. & hic scito, quod huiusmodi materia phlegmatica debet paulatinè digeri, & paulatinè euacuari.

Pro diuersione introducat uomitus specialiter post cibum; nam est ex rebus optimè conferentibus, & maximè in præseruatione, ut in præcedenti capitulo. stude ergo ad eum faciendum, ut possibile est.

Pro octauo utere fortibus aperitiuis, de quibus supra quinto tractatu, ex parte simplicium, & compositorum; ut est syrupus de radicibus quinq; oxymel compositum, & cæteris.

Materiæ abstergantur cum aqua cum zuccharo. ru. & aniso, & huiusmodi, aut decoctione furfurum in aqua cum aliquo ex aperitiuis magis gratis, aut decoctione furfurum hordei cum zuccharo. ru. cum aliquo aperitiuo. & abstergentia habuisti supra quinto tractatu.

Et pro decimo recurre ad proprias rubricas membrorum mittentium, quæ correctione indigent.

Mala complexio uesicæ remoueri habet per sua contraria, & similiter renum; nam de renibus iam actum est in præcedenti capitulo: & tu ibi. sed, quæ remouent malam complexionem uesicæ, ponentur in sine rubricæ, & simplicia, & composita calida, aut frigida.

Pro duodecimo debet confortari digestiua stomachi,

ut phlegmata non generentur multa mucillaginosa. item & expulsiua intestinorum, ut à se expellant talia phlegmata, ne ex remanentia ipsorum fiat reingressio ad hepar, & tandem præcipitatio in uesicam, ut supra: & hoc enematiuis, pilulis, & huiusmodi ad hoc. item in usu renum abstergentium ex parte brodiorum, & huiusmodi per hos, quæ zuccharatæ, & furfuratæ, & huiusmodi.

Aperiat uia colli, & urinæ pro exitu lapidis, administrentur ex fomentis, emplastris, balneis, cerotis, unctioibus, & huiusmodi, mollificantia, & uiam ipsam dilatantia, & aperientia ex malua, althæa, bismalua, semine lini, scœnugræco, pinguedinibus, oleis, & huiusmodi, radice petrosellini, apij, sparagorum, senationibus & huiusmodi ut supra in præcedenti cap. applicando ad scœmum, ad locum peritoneon circa uirgam ipsam. & non debet balneum transire umbilicum, à quo, cum exiuerit; de medicina comminutiua lapi. ut in præcedenti cap. de lapi. renum, & tu ibi.

Medicinx autem lapidis uesicæ ruptiuæ, siue comminutiue iam posita sunt pro magna parte in præcedenti cap. & sunt illæ, quæ sunt fortiores in frangendo lapidem, ut ibi adhuc ponam aliquas, & narrabo ex simplicibus, & compositis quæ uidebuntur efficaciores secundum diuersa ingenia. sunt quidam, qui cum siringa iniiciunt per uirgam in uesicam medicamen lapidem frangens etiã patiente existente in balneo, & laudant iniectionem balsami, & est fortis, & pro magnatibus: item iniectionem olei de scorpionibus simplicis, & compositi: ite iniectionem stercoris columbi cum lixiuio dissoluti: quidam succum lymonum, nonnulli succum tarsi barbalsi: ite consimiliter iniectionem litontripton cum aqua saxifragiæ facta collutione debita: & sic de alijs simplicibus, aut compositis fortibus positis in præcedenti capitulo. sed illud, quod posuitur est de sanguine, & pelle leporis est forte: tu itaq; ut placeat compositum, ex compositis laudat ab Auic. hic sy. R. milei solis. 3. xv. capil. uene. 3. viij. petrosel. 3. iij. ficus albas septemnume. decoquant cum quatuor lib. aquæ, donec remaneat una lib. dosis est. 3. v. usque ad. vi. debet administrare calida post exitum à balneo. & propter hoc de balneo nota, quod in balneis his debent poni etiam stypticata, ne fiat ex eis nimia remollitio. unde in balneis reponantur, ut supra, habentia uirtutem aperitiuam, dissolutiuam lapidis: unde ponatur agnus castus, capilli ue. & huiusmodi. item ad idem & est nobilis serapio. R. seminum melonis mundatorum, milei solis, dauci, uetri combusti. ana. partes æquales terantur, & cribellentur, & dentur ex eo. 3. iij. cum aqua decocticeris nigri. ad idem Almanf. & frangit lapidem in spatio xl. dierum. R. carpobalsami, seminum raphani, seminum petroseli. corticum radicis oppopanaci, corticum radicis caparorum, amygdalarum amararum, saxifragiæ, squinati, cyperi spicæ, rutæ, cassiæ lignæ, scolopendriæ, & seminum cicutæ, gentianæ, aristolochiæ ros. assari, carui agrestis, amoniaci serapini, bdellij, acori. ana. partes æquales, gummæ in sufficienti balsamo malaxentur, & cum alijs speciebus mixtis informem pilulam in modum ciceris. dosis est. 3. i. cum apozimate de feminibus, & est medicamen magnatum. potes ex datis hic, & supra de frangentibus lapidem renum fortibus, & ex dicendis conficere, ut placebit. & summam recollige quod primò debes euacuare cum clysteribus: nam euacuatio intestinorum multum adiuuat ad exitum lapidis specialiter uesicæ. secundò fac iniectionem cum siringa ex aliquo simplici aut composito dicto hic, aut in præcedenti capitulo: deinde ingrediat balneum de flore chamæmillæ, meliloto. ana. fasciculum. i. caulibus ad quantitatem omnium semine scœnugræci, semine lini. ana. 3. iij. senationibus, parietaria. añ. fasciculos octo, & adde ex alijs, ut uidebitur, ex quibus facere poteris emplastrum ex farina seminum dictarum, item ipsis puluerizatis unguentum cum oleo liliorum, de scorpionibus, de spica, & huiusmodi. ita, quod balneum stet semper temperatum, & non excedat umbilicum, & post eius exitum emplastris loca dicta, aut inunges, & dabis aliquod comminutiuum lapidis per os, deinde dormiat, & oportet continuari per intervallos dies, aut, si uirtus tolerat, omni die semel. sed hic benè considera, quod quando ista continuata, & frequentata erunt; quæ prius debent diligenter temperari, antequam ad opus manuale perueniatur, & maxime

ximè longo tempore per mensem, uel circa. & comprehendet medicus, q̄ accidentia non minorantur, nec vrina prouocatur; sed potius e contra. & infirmus si alleuationem non inuenit, nec in eius vrina apparuit arena; tunc credere debet, q̄ ille lapis non subiicitur medicinis frangentibus sui duritie; sed pro eius extractione cura indiget manuali. & debet ipse medicus studere extractioni eius; quoniã aliter post illud tempus ex cõtinuo dolore, & nimia afflictione infirmus ipse ad hecticam perueniet. q̄, si comprehendit dolorem mitigari, & minui, & vrinã prouocari melius; ac facilius, & in ea videbit arenam, sperare debet ex medicinis eius fractione; & tunc continuet ea remedia; sed bene notet, si patiens sit fortis, si adest fe. & sic de aliis in peram medici relictis. & licet de cura per chirurgiam dicere sit aliquantulum propositum transire principale; tñ quia princeps sic etiam scripsit, & vt tibi magis complaceam; modum tenendum succinctè describam.

C V R A per chirurgiam, pro quo hos canones notabis. primus, antequam te intromittas de incisione; debes diligenter considerare, si ibi est lapis, an non; nam, cum intromittatur digiti duo dexteræ manus in anum, & cū pugno sinistræ cõprimis ventrem super fœmur, & sentis, velut globum durum; tunc crede, q̄ est lapis. si verò, quod est inuentum, est molle; est carnositas impediens vrinam. & tu considera.

Secundus, q̄ talis incisio difficilior, & periculosior sit in muliere; quia locus incisionis super lapidem nõ est propinquus loco lapidis; quia oportet, vt locus profundius incidatur, & in hoc est timor, vt infra.

Tertius est ordinatio diætæ; quia saltè in quantitate quia duobus diebus ante incisionem debet stare quasi ieiunus, vt eo tempore venter, & vesica sint vacui.

Quartus est euacuatio materierum communium in viis ductuum existentium cum clystere ad hoc medicina lenitiua, & fortis melius, aut phlebotomia, ubi uidebitur sanguinis abundantia timendo, ne ex dolore fluat ad vesicam, & causetur apostema.

Quintus est accidentium correctio in tali incisione euenire consuetorum.

Sextus est apparitio quorũdam signorum malorum, & bonorum in incisione ipsa quandoq; apparentium.

P O S T R E M O scito, q̄ absolute hic modus operandi nõ est sine magno periculo: immò ex ipso nonnulli moriuntur quare in eo cautè agendum est, & cum medici honore, & absq; eius præiudicio; nam absolute melius est, ut medicus deintromittat ad auxiliandum ægro, quã q̄ eum sic cū tanto dolore mori permittat. debet itaq; rem parentibus præficere, & se excusare, nec de eo se intromittere, nisi sit cautus. q̄, si contingat ægrum mori, q̄ nullum detrimentum inde patietur; itaq; prudentia non parua hic modus exercendus est. quare est talis specialiter in viris mane ieiuno stomacho, & prius euacuato ventre, vt dictum est, ordinetur, vt patiens saltet, ter, aut quater; vt lapis ad fundum descendat, deinde extèdatur reuersè, seu supinè super discum forte, & curuet coxas suas sic curuatas ad collum eius fortiter ligentur, & per ministros teneantur ampliatæ, & fortiter; ne moueantur hora incisionis. quòd, si fuerit puer; potest se dere post puerum minister tenens eius coxas incuruatas; quia sic vesica ad inferiora melius declinat. deinde ponatur pugnus supra ventrem eius per magistrum, & comprimatur supra vesicam, deinde intromittatur digitus oleo inunctus in anum, & lapidem cum eo ad collum vesicæ ducat; quia vsq; ad locum, qui est inter anum, & testiculos, & tunc secundum incessum rugarum in loco remoto aliquantulum à commissura, quæ scilicet iungitur cum vesica per duos digitos, quia in ipsa est locus mortalis; ut Aui. incidatur cum rasorio in latere sinistro vsq; ad lapidem, & fiat incisio minor, quã esse possit, ut minor inde sequatur dolor. quod dicere est, q̄ fiat intantum, q̄ sufficiat facili extractioni lapidis per vncum concuum, quod est instrumentum factum in modum coclearis, & debet magister habere apud se diuersificata in magnitudine, & paruitate propter diuersitatem. quæ èt in quantitate in lapidibus reperitur. & debet esse magis concuum, quã sit coclear ut non cadat lapis ab eo captus. incisio exterius sit lata, & interius sit angustior, quã

A esse poterit, debet esse facta in fontanella super anum duobus digitis. caue tamen, ne incidatur filum, quod est inter anum & testes, ut accidit quandoq; ut cum sola digiti expressione lapis ipse egrediatur, & maximè quando est paruus. quo peracto debet locum mundare, & ipsum immediate suere, & superponere albumen oui, & tempore frigido etiam ad doloris mitigationem potest poni modicum de uttello, & curetur, ut cætera vulnera: in mulieribus aut distinguatur; quia aut est virgo, aut corrupta; in virgine aut præsuppositis euacuationibus, & saltibus, ac extensione super disco, & ligationibus & intromittat per magistrum, aut magistrum digitus in ano, & lapis inuentus impellat, & ducat vsq; ad radicem coxæ: deinde incide super ipsum apud apertionem medietatis vuluæ in radice coxæ, & extrahe cum vncò. & idem operare in corrupta imponendo digitum longum in vuluam ad querendum lapidem, quem inuentum ducas ad locum incisionis fiendæ dictum. quòd, si contingat, q̄ plures sint lapides aut in viro, aut muliere, tunc primò extrahe vnum, deinde alium secundum modum dictum. & licet dictum sit curam esse periculosam; tamen attende, q̄ in senibus debilibus, pueris paruis valde est multum uerèda. quare non debet se sic quisquã facili intromittere, nisi fuerit in arte benè expertus. q̄, si dubitaueris de magnitudine lapidis, & q̄ extrahi non possit nisi facta magna incisione, quæ fortasse extendetur vsq; ad vesicæ substantiam quare incurabilis iuxta Senem nostrum sexta aph. uesicã incisam &c. & in fine capituli, tunc procedas altero duorum modorum, aut cum tenaculis frangendo, & sic ipsum paulatim extrahendo, donec totus egrediatur, qm, si aliquid remanebit, magnificabit. aut procedes cum paleatiua, quæ in hunc sit modum. ponatur patiens in balneo mollificationis, ut in præcedenti cap. & hæc supra ex althæa, malua, se. lini, & hmõi: deinde intromittatur siringa inuncta butyro, aut oleo, & propellatur lapis ad fundum, cum digitis in ano positus ad ipsum trahatur, nam dicunt experti, q̄ sic tractus quæ est magnus, in fundo remanebit per multos annos, & quidã ut theoreticus chyrurgicus per quadraginta. cūque si operatum fuerit manualiter, & lapis extractus debet patiens poni in lecto, & nõ solui usque ad tertiã diem, & deinde curari, ut cætera vulnera, ut supra. postquam ordinada est diætã, & parum potet, & uinum sit nigrum cum aqua chalibea commixtum, & cibaria dentur liquida paucarum superfluitatum habentia in se aliquid stypticitatis parue naturalis, ut perdix, aut alia, ut uoles. & hæc sic raptim de cura eius manuali pro nunc tibi sufficiant.

C Accidentia autem sequi incisionem consueta sunt dolor distillatio urinæ propter uulnus factum, tertium est coagulatio sanguinis in uesica. & annectatur quartum, quod accidere consuevit quandoque sterilitas scilicet in uiris. & primo nota, q̄ etiam facit non solum ad prohibendum dolorem, sed èt apostema, q̄ est in eo casu res timorosa. Auic. q̄ debes post eius abstractione facere clystere lenitiuum, & mundare intestina, & munda tenere etiam cum lenitiuis per os exhibitis, & phlebotomare, ut supra: deinde facere ipsum abstinere à cibo multo, et dare lenificatiuum, et aquam & non uinum propter eius acuitatem. deinde, si dolor infestauerit, ponatur patiens in balneo ex rebus mollificantibus & anodinis facto, ut sunt malua, se. lini, althæa, surfur, i quo balneo multum sit de oleo, & sit aqua, aut ipsum balneum tepidum. extracto autem infirmo de balneo inuigam ex oleo chamæmillino, anethino, & huiusmodi, & super uulnus pone butyrum absque sale tepidum, & funde in ipsum, & superpone cotum infusum in oleo ro. & pauco aceto, deinde procede cum consolidantibus. quòd, si dubitaueris de magnitudine apostematis; fac alsiduè sedere de balneo ex decoctione seminis lini, & fœnugræci. item fac eum sedere in aqua, & oleo tepido. quòd, si contingat non multum à dolore molestari; solue, ut supra, ipsum in die tertio, & uesica continuè calefiat cum oleo de ruta. propter distillationem urinæ in incisione debes, ut supra, facere, q̄ patiens utatur aqua, & non uino in potu, & pauca; ne multa generet urina. secundò, q̄ tempore mictus minister teneat manum suam super locum, & cõprimat suauiter; ut prohibeatur aduentus scissuræ labiorum ulceris. pro tertio, pro

pter quod prohibetur exitus vrine; oportet, ut cū digito in tromisso in vulnere extrahatur frustum tale sanguinis prohibentis exitum vrinæ, de quo infra in speciali rubrica sua.

Pro quarto scito, q̄ in tali incisione aliquando incidunt vasa spermatica, quæ sunt ibi propinqua, ut patet ex anatomia: ideò sperma deferri non potest ad uirgā. secundò, quia testiculi multum debilitantur ex tali incisione propter fortē dolorem; & ideò inde semen non generatur benè prolificū & attende, q̄, si per incisionem venæ, aut arteriæ; tunc fac eum sedere in aceto, & aqua: aut fac diuersionem cum phlebotomia, aut pone super pecten, & inguina narcotica, & procede cum alijs, ut suprā de flu. sang. na.

Postremò quantum ad curam factam pro incisione scito q̄ in tali incisione reperiunt signa in duplici manerie: quædam, quæ apparent tempore actus incisionis: quædam post incisionem, & hæc sunt duplicia; bona scilicet, & mala. tempore quidem actus incisionis nota, q̄, si videris superuenire ægro vehementiam quasi intolerabilem doloris, torsionem colli, casum virtutis, destructionem motus, & sermonis, contractionem palpebrarum, & oculorum; tunc debes desistere ab vltiori incisione; nam, si tandem procedes cū tua præsumptuositate; morietur ilico. Auic. hæc enim significant iam incisionem ad membra neruosa peruenire; quia periculosissimum, & mortale. signa autē bona, & sperandæ salutis post incisionem sunt salus rationis; quia signū quòd animales uirtutes, benè se habent; sanitas appetitus, & est signum, q̄ non est multum læsa etiam naturalis; sed parum; bonitas coloris, & formæ, & est signum, q̄ non est facta magna resolutio.

Signa mala, quæ cum accidunt; expectat medicus etiam mortem. Auic. sunt fortis dolor sub umbilico; quia multum uirtutem prosternit in frigidatio extremitatū; significat. n. caloris naturalis solutionē. tertiu est acutio fe. quia significat materias magis moueri ad putredinē, nec humores stare sub regimine naturæ. quartum est rigor, qui motum symptomatum, & malum significat. quintum est casus uirtutis sextum est uehementia doloris acuti in loco perforationis cui accidit singultus, & motus uentris motu extraneo; nam hæc significant maximam stomachi debilitatem propter cōpulsionem, quam habet stomachus & c. ultimò hic pro complemento rubricæ, & eorum, quæ de lapide vesicæ ponam aliqua simplicia, & vsualia, & similiter composita valentia in fractione lapidis; nam, ut dictum est, quæ valent in frangendo lapidem vesicæ, ualent in frangendo lapidem renum & non econtrā. althæa, & propriè decoctio radicis eius, & feminis ameos, amygdala amara, & est propria magis renibus, hæmagogum Nico. rumpit lapidem, apri vesicæ puluerizata, & vrina porci, abrotanum cum uino bibitum, balsamus iniectus, ut dictum est, betonica. vnde quidam pro singulari remedio dant aquam betonicæ cum aqua berbenæ, millefolij. ana. cum modico aceti scillitici, & pauco mellis mel nanq; ut suprā, prohibet generationem lapidis præcipuè in renibus, bdellium, cameleonta, capillus ven. vsus de coct. eius, cinis radicum caulis, cicer nigrum, cyperus tritus iniectus cum oleo per siringam, cucubæ cum uino, carthamus marinus dictus uenetijs herbam sancti Petri, daucus, diasulphur Mes. & Auic. in. v. diapirethrum Nic. diaprasium Nico. ebulus; quia succus summitatum cum uino potatus, hederæ; quia baccæ. x. uel circa cum aqua tritæ, electarium ducis Nic. fimus columbi, galli interior pellicula, uentris eius cum oleo iniecta, genestra, & est fortis, ut suprā de renibus, gramen, decoc. eius, aut radicis, iuniperus, oleum eius iniectum, lapis lycis, lapis spōgiæ, lapis vesicæ lapis inuētus in uētre galli, sanguis leporis, & cinis pellis eius, ut suprā, litontripton Nic. lūbrici terreni, triti, bliti, mithridatū, matricaria cū aqua mellis, miliū solis, nigella cū aqua, aut melle sumpta, oleū de amygdalis amaris, oleū bñdictum Nic. de piperibus, de scorpionibus p̄cipuè magistrale de sauina iniectū, pæonia decoctio cū uino, pineæ, polithricū, polium mōtanum, porrum, raphanus rubeus, saxifragia, sauina, senatio, spica, pillum, synapis, silybrium, scolopendria, sparagus, squinatū, theriaca, tribulus, trifoliū, vitrum ustum, & tritum, vrtica, succus & eius, aqua decoct. uel distillationis, unguentum laxatiuum Nico. hircus

E sanguis eius, ut suprā de renibus, iringi cum uino, & melle & hæc pro frangendo lapide renum etiam tibi maximum erunt adiuuamentum, ut suprā de lapide renum in præcedēti capitulo.

De apostematibus vesicæ. Rub. 3.

APOSTEMA vesicæ est ap̄a in ea cōtingens aut ex humore sanguineo, aut cholericò, aut mixto, aut grosso melancholico per uiam resolutionis sic genito; de quo suprā de apostemate duro in renibus. vnde apostema durum in vesica accidit à causis consimilibus causis apostematis duri in renibus: & tu ibi.

Accidit autem, ut materia calida sanguinea, uel cholericæ ad ipsam vesicam perueniat, & ibidem ap̄a causet. quod cum contingit; fit ægritudo praua, & mala; nam est ægritudo sibi disproportionabilis non nisi à forti causa facta: & ideò mala, & interficit in primo periodo, aut in quarto propter uehementiam doloris, ut secundo prognosticorum in fine Hip. sed hoc vesicæ raro contingit; cum sit sibi dissimilis; licet frequentius accidat, qm̄ accidit pueris, quàm alijs ætatibus rōne lapidis, aut doloris in ea ætate causata, ut dictum est: aut grosso; qm̄ etiam apostema melancholicum in ea generari potest, ut suprā de renibus. tu tamē scito, quòd apostema durum in vesica fit secundum plurimum per uiam sequelæ; quia quādo ap̄ata calida generant in vesicæ; tūc subtile resoluitur, & grossum remanet. fiunt ex percussione vesicæ, ex casu, & ex scissura colli vesicæ, quæ fit à lapide, & est secundum plurimum. in prædictis casibus debilitatur vesica. & multiplicantur superfluitates, ex quibus ista generantur apostemata.

G SIGNA demonstratiua dolor in pectine, & peritoneo & ascendit dolor usq; ad renes, & vrina mittitur cum magna difficultate, & similiter stercus. & est in peritoneo tumor ad tactum, & est inflatio pectinis, & ilij cum dolore, & est aliquando retentio vrine ita, ut iacentes non possint aliquid de ea mittere; immò est necessarium, ut stent, si mingere uolunt, maximè quando apostema est magnum, & oppilans fortiter. vnde tūc necessaria est fortis expressio musculorum, quod iacendo fieri nequit. & in his signis vtrunq; communicat.

Signa. si ap̄a fuerit calidum; erit dolor uehemens punitius cum pulsatione uehementi, & cum fe. intēsa, & qn̄q; apparet rubedo exterius, & certificatur medicus de eo per iuuantia, aut nocentia ei administrata ex vaporibus fortibus calidis, à quibus læditur, & huiusmodi. & ipsum consequuntur accidentia hæc fitis uehemens, vomitus cholera, althma; quia diaphragma ex vaporibus eleuatis læditur frigus extremitatū, alienatio, nigredo linguæ. & ad ipsum significandum confert ætas, regimen præteritum, & causæ primitiue aliæ.

H Signa. si fuerit apostema frigidum; apparebunt signa dicta utriq; cōia, & cum signis frigiditatis, & accidētia in frigido remissa erūt respectu calidi. & fm̄ plurimum hæc apostemata fiunt versus collum vesicæ, & ratio, quia carnosum & hæc apostemata qn̄q; aperiuntur ad intra, qn̄q; ad extra, & in apostemate quidem duro, ut suprā contrarium sentitur stupefactio crurium, & agitatio diuersa, & aliquando perducit ad hydropem. & apostema durum vesicæ secundum plurimum fit per uiam sequelæ ad apostemata calida resoluta subtili remanente grosso.

PROGNOSTICA. ap̄a vesicæ, in quo est retentio stercoreis, & vrinæ, & dolor fit fortis, & feb. est continua acuta & vrina non digesta, est mortalis; quia significat, quòd est de multa quantitate materiæ. & quando in apostemate vesicæ apparet in vrina sedimen, est signum spei; quia signum digestionis. & quando apostema vesicæ saniat; tunc apparent horripilationes, & feb. diuersæ, maximè quando materia est diuersa. & exitus saniei cum vrina maximè cum remissione accidentium significat ipsius eruptionem iam factam. & eruptio ipsius cum incipiunt apparere signa digestionis; erit in spatio octo dierum. & lege etiam prognostica in hac passione, quæ dicta sunt de apostematibus renum quæ hic adducenda sunt pro parte. postremò scito, quòd apostemata hic, & specialiter dura quandoque producūt ad hydropem.

CURA apostematum vesicæ diuersitatem recipit, ut sæpe de aliis scriptum est ex parte diuersorum suorum temporum, principii, scilicet augmenti, status, & declinationis. & initium faciēs de calidis ponant canones. in principio itaque apostematis calidi vesicæ ordinetur diæta ad contrarium causæ, & declinet regimen non solum ad frigidum; sed amplius ad humidum; ut multa deinde aquositas generetur, quæ ad vesicam terminabitur ad prohibendum euentum apostematis, & ad remittendum malam complexionem in ea.

SECUNDVS est euacuatio, & si fuerit ex sanguine, uel ex cholera sanguini admixte; festina ad phlebotomiã basilicæ sinistræ, aut de saluatella eiusdem, si fortior quæritur diuersio, maiorem, aut minorem, ut uirtus tolerabit, maiorem in sanguineo, & minorem in cholericò, cū quo miscbitur sanguis. quòd, si fuerit ex cholera sola non commixta non est fienda saltem euacuatiua, ut sæpe dictum est de apertibus, ut supra de apostemate hepatis. & licet etiam conferrat de basilica dextra; de sinistra tñ dictum est magis; quoniã materia habet magis raptum ad partem sinistram propter debilitatem loci. secundò quia membrum mādās est hepar. & si fieret ex dextra; uideretur trahi materia ad membrum ipsum principale; hic enim cū hoc, quod diuertit, euacuat, quādo. s. ex materia sanguinea, aut mixta sanguini peruenit apertibus; & idè est melior cura. item conuenit euacuatio cum medicina lenitiua ex cassia, thamarindis, manna, rhabarbaro, uomitu, & huiusmodi: ad quas euacuationes in principio festina, ut minoretur materia antecedens apostematis etiã cum clysteribus leuibus; nam medicinæ tales nõ debent esse fortes; ne augmentent apostema. adiuuat tales euacuationes diuersiones factæ cum uentosis, & cum scarificatione. item sanguisugæ appositæ ano.

TERTIVS. repercussio, in qua oportet te esse admonitum, quod talia frigida, & si cõueniãt in principio, & in prima parte augmenti; non debent tamen multũ continuari, & prolongari super locum; ne ex ipsa frigiditate lædatur vesica. secundò, ne accidat ex eorũ continua approximatio ne apostematis induratio. medicinæ autem tales sunt frigida, styptica, ut per superius aqua hordei cū decoct. ro. uel citoniorum, aut aliorum stypticorũ frigidorũ, de quibus scẽpe, ut de apostemate renum.

Item ex sy. ut. **R.** portulacæ, lactucæ, capil. uen. ana. ʒ. i. seminũ quatuor frigidorum, seminis papa. al. seminis maluæ, dragaganthi, liquiritiæ, passularum, sem. endiuicæ, scariole. ana. ʒ. ii. zuch. albissimi. fiat sy. exterius autem applica emplastrum ex herbis frigidis; ut ex uiol. solatro, ro. bliti, maluis, & huiusmodi, cum oleis uiol. ro. nenupharino, de papauere, unguento populeon. item farina fabarũ, aut de hordeo: & hoc usq; ad dies tres, uel quatuor emplastrando, aut unguendo, aut epithemando cū succis frigidis, & pauco acetati loca vesicæ, & uirgæ; ut pectẽ, peritoneon, & huiusmodi. & hæc fiant per totum principium usque ad primam partẽ augmenti, quòd comprehendes ex signis. & quia est morbus acutus; uerisimile est, quòd principium transuerit post quartum: & hoc s̄m maiorem, & minorem eius acuitatẽ; & tu bene cõsidera hoc. item fortasse in principio admiscere anodina mollificatiua cū his erit cõuenientius; ut althæam, semen lini, fœnugræcũ, chamæmillam, & huiusmodi propter mitigationem doloris, uñ. Aui. immò si incipias à mollificatiuis, cum non sit aliquid, quod ab illo prohibeat ex sensu uehementi; erit melius. & diuersi diuersa ingenia habent: nã quidam in principio applicant uesicam plenam aqua calida, qui eam implent oleis anodinis, & repercussiuis; ut est chamæmillinũ, ro. & huiusmodi, de quo ingenio supra de dolore renum. quidã infundunt spongas in succis aut liquoribus frigidis stypticis, quidam pannos, & huiusmodi, ut supra de dolore renum, & apertibus renum, quam rubricam pro complemento huius debes relegere. & ex emplastris bonis est. **R.** floris farinæ frumenti, uel similæ. ʒ. i. sisami excorticati. ʒ. ii. lactis. ʒ. i. ʒ. olei uiol. ro. chamæmillini. ana. ʒ. ʒ. succi ros. ʒ. i. misce, & si dolor est uehemens; adde de papa. aut de mandragora, ut uidebitur. itẽ ex farina fabarum, & succis stypticis notis, oleo de semine lini, ro. mucillagine fœnugræci, althææ, & hmõ i fac emplastrum. per

A inferius uerò administra clysteria, ut. **R.** aquæ hordei. lib. i. olei ros. ʒ. iiii. succi solatri. ʒ. ii. & immitte, & consimilia. itẽ iniicias cum siringa per uirgam lac asinæ cum mucillagine psyllii, aut aquam hordei cum lacte asinino, & hmõ i, & est melior, quia minus frigida. cum autem peruentum erit ad augmentum, quia ad secundam partem eius; tunc compone inæqualiter repercussiuam cum resolutiuis uincetibus, & anodinis, ut uidebitur expedire; qualia sunt chamæmillam, melilotum, anethum, semen lini, fœnugræcum, althæa, liliolum album faciendo euaporationem, fomenta, emplastra, unctiones, siringationes, clysterizationes dando, & per totũ, ut supra. cum uerò peruentum erit ad statum, quod erit post octo dies, uel circa s̄m maiorem, aut minorem apertis acuitatẽ. unde Aui. quòd, si hebdomadam pertranseat, & approximet status; tunc compone hæc adinuicem æqualiter saltem in prima parte status, ut supra sæpe dictum, ut de apostemate renum. aut fac resolutiuam uincere, ut uidebitur in fine, & medio status, ut. **R.** farinæ fabarum, florũ chamæmillæ, anethi. an. ʒ. i. & fiat emplastrum cū aqua mellita. uel. **B** **R.** radicẽ lili, semen lini, fœnugræ. oleum de sisamo, ro. & fac emplastrum cum aqua mellis. si uis, adde ex caricis, adde ex frigidis, ut uidebitur et per os per inferius etiam administrando, ut de aliis temporibus dictum est. item maximè ipso existente sanguineo, aut ex materia mixta sanguini cõpetit phlebotomia poplitis, si ea haberi poterit. quòd si non; fac de saphena: illa enim cum hoc, quod diuertit magis à loco; euacuat. item aperiantur hæmorrhoides saltem cū sanguisugis. in declinatione uerò attende magis resolutiuis, cum quibus pone etiam anodina, & addas; ut sunt caricæ, spica nardi, anisum, fœniculus, & hmõ i, etiam per os, aut siringa imponendo, emplastrando, & secundum alia ingenia operando ut supra, emplastrum ad hoc. **R.** hyssopi. ʒ. iiii. castorei. ʒ. i. ʒ. oleo ros. chamæmillini, anethi. an. ʒ. ʒ. farinæ seminis lini, frumenti ana. unc. ʒ. & cum decoct. caricarum fiat emplastrum, aut cum cera fac unguentum dimissis farinis. item laudatur balneum factum ex rebus mollificatiuis, & resolutiuis, sicut est semen lini, althæa, cordumeni, sicla, ammoniacum, squinantum, fœnugræ. caules, & hmõ i. unde **C** ex his, aut pluribus eorum fac balneum, in quo sedeat patients; mitigabit enim dolorem, & resoluat materiam apostematis, & debet assiduari. quòd, si contingat per hæc non posse peruenire ad resolutionem, sed magis ad saniam, quod comprehendes ex remissione doloris & feb. iuxta illud Senis nostri. ii. aphor. Circa generationem sanie; tunc procede cum similibus simplicibus; sed fortioribus his, quæ dicta sunt supra de apostemate renum, & tu ibi. unde Aui. Curatio quidem dubellati eius proxima est curationi dubellati renum. procede itaque cum maturatiuis ad extra ut. **R.** farinæ fœnugræci, uel tritici. lib. ʒ. radicis althææ, chamæmillæ, radicum liliorum. ana. M. i. adipis anseris, & gallinæ, olei liliorum alborum. ana. unc. i. decoquantur radices, & cum ea deco. fiat emplastrum. ad idem. **R.** caricarum albarum, dactylorum pinguium, passularum enucleatarum, radicis althææ, fœnugræci, sem. lini. ana. unc. i. coquantur, & cum colatura, & pinguedine gallinæ, & sufficienti quantitate farinæ frumenti fac emplastrum. deinde administra clysteria ex his, quæ habent ipsum aperire; ut. **R.** aquæ decoctionis caulium, & limaciarum cum corticibus suis, & dissolue in ea mellis. unc. ii. serapini. ʒ. ii. fœnugræ. unc. i. succi parietariæ. unc. i. ʒ. olei irini. unc. i. etiam immitte, & sic consimiliter de aliis. credo, quòd iniectiones ex his cum siringa per uirgam essent conuenientes. item eo tempore fac continuare sternutationes; multum enim conferrent. cum itaque apparebit sanies in urina; tunc per os, & cum siringa administra lauantiã, & abstergentiã ex aqua hordei cum melle, uel zucc. uel lacte, & hmõ i, s̄m quòd uidebitur, ut supra de renibus. deinde, cū cessauerit sanies; da consolidantiã per os, & cum siringa administra. & cū his, quæ dantur per os, cõmisce aperitiua, uesicam resoluentiã, de quibus actũ est. sed pro his omnibus recurre ad ea, quæ de renibus dicta sunt. in frigido uerò, & duro apertibus consimiliter procedendum, ut de apertibus duro renum scriptum est. unde procede primò, si uidebitur phlebotomando, deinde euacuando, itẽ administrando per os lenitiua, mollificatiua,

& aperitiua, ea etiam per virgam iniiciendo, item ad extra emplastrando, inungendo, faciendo embrochas, balnea mollificatiua, lenitiua, faciendo patientem sedere in eis, & est vtile valde. et sis sollicitus curationibus per euacuationem ex cassia, manna, sem. melonis, foeniculi, & hmōi, cū respicientibus melancholiam. vnde compone ex sy. cum aperitiua mollificatiuis notis: vt cum caricis, radicibus althææ, liliōrum alborum, seminibus frigidis maioribus, cum dactylis, passulis enucleatis. item emplastrum cum foenugræ. althææ, radice liliōrum, vt supra, cum oleo nardino, coſtino, chamemillino, pinguedine gal. butyro, amoniaco, serapino, bdellio, & huiusmodi. item emplastrum de meliloto, cerotum hyssopi Mes. purgetur cū cassia, polypodio, sena, epithymo. fomēta ex meliloto, chamemilla, anthos, stocados, & huiusmodi. quidam post purgationem faciunt tale balneum, & ante non est fiendum, vt supra. R. branchę vrsinæ, radicis apij, & foliorum eius, radicis iringorum, ireos, malua, florum chamemillæ, meliloti, sem. lini. ana. ʒ. i. olei amygdalarum. ʒ. iij. bulliant adiuicem ingrediantur vsque ad umbilicum. tertia verò die post ipsum faciunt phlebotomiam de saphena, vt supra. deinde applicant hoc emplastrum. R. foliorum parietariæ quantum uis, & torrefiant in sartagine cum his oleis. R. oleorum anethi, chamemillæ, de lilijs, de vio. de pulegio. ana. ʒ. ʒ. deinde emplastrant cum emplastris mollificatiuis, de quibus supra, aut applicat emplastra de meliloto. vbi verò apostema fuerit aquosum, curatur cū diureticis calidis, vt phlegmaticum, vt supra de renibus: si ventosum; cum carminantibus ventositatem, vt supra de hydro. & tu ibi.

RESTAT ultimò de accidentibus aliquid dicere; ut dolor, grauedo, & urinæ retentio, & de his tantum dicatur, & correctio eorum apparebit latè satis in proprijs sequentibus rubricis: & ideo superfedeo ab eorum inscriptione pronoc. quare, &c.

De ulceribus uesicæ. Rub. 4.

ULCVS uesicæ est solutio continuitatis cū putredine, aut absq; in ea cum perditione suæ substantiæ contingens; cuius causa secundum plurimum est humor cholericus, aut falsus sua acuitate peccans. dicitur secundū plurimum; quoniam ab alijs potest contingere causis; ut sunt acuitas urinæ, quantitas nimia, humoris eius uiscositas, propter quam nimis adhæret. & in separatione accidit ulcus, siue uulnus, ut supra de ulcere renum, aut sanies sua acuitate à pectore uel hepate ad uesicam ueniens, aut apostema, siue bothor in ea malè curatum, aut lapis ipse excorians, aut uentositas extendendo, & faciendo solutionem continuitatis aut à causa exteriori plaga, seu percussio facta. item casus, nimius coitus, usus nimius diureticorum, & fortium, assumptio medicinæ acutæ, & huiusmodi. de plaga & ulcere, uide, quæ scripta sunt de ulce. renum in principio.

SIGNA demonstratiua ulcerum uesicæ sunt dolor in peritoneo, & ardor, qui sentitur in emulsione urinæ, quæ cum difficultate emittitur, & patientes eam guttatim, & rarius, quam possunt, emittunt præconciptes dolorem, & angustiam, & exijt sanies paulatim, & non subito, similiter san. & est hoc signum commune, & renum ulceribus, & uesicæ, & tu ibi. unde princeps, iam diximus signa in cap. renum.

PROGNOSTICA. ulcera uesicæ antiquata curam non recipiunt; iā fistulata sunt, ut de renum ulceribus dictum est ulcera uesicæ in senibus non curantur. ulcera uesicæ tardius curantur, quam renū, ut supra. ulcera uesicæ quandoq; perducunt corpus ad cachexiā, & finaliter ad hydropem maximè, quando sunt diuturna, & acuta.

CVRA. canones. multi enim ex medicis unum faciunt capitulū de cura ulcerum renum, & uesicæ uolentes consimiles canones consimilia quasi ingenia in utrisq; debere. unde & Auic. breuius locutus est de ulceribus renum; propter quòd oportet, ut uolens habere curā de ulceribus uesicæ legat, quæ scripta sunt de ulceribus renum. eos itaque infecutus multa remittam uidenda, & ampliando loco allegato; & tu ibi. & sicut in cura ulcerum renum nouem sunt canones principaliter contemplandi; ita & in cura ulcerum uesicæ sunt obseruandi. unde Auic. considera ex canoni

bus datis in capitulo, scilicet renum, & plurimos eorum permuta ad hunc locum.

Primus, & festines ad curam eorum; nam, cum antiquantur; non recipiunt curam propter causas assignatas supra de renibus. vnde scias, quòd adhuc difficilioris curæ sunt vlcera uesicæ; propterea quia membrum neruolum est. item scito secundò, quòd, si scindatur uesica in collo carnosò; curabilis est: in neruoso nunquam, vt in aphor. in fine capituli.

Secundus est ordinatio diætæ: vnde euitet salsa acuta, dulcia, uehementis dulcedinis conuertibilis in choleram, exercitium forte: debile quidem, & suaue virtutem confortat; quæ omnia quære distinctè posita de vlceratione renum supra. vnde hic laudatur maximè lac equarum ab Auic. de quo nihil dictum est allegato loco. & pro ipso etiam uide, quæ dicta sunt supra de vlceribus pectoris.

Tertius est adæquatio materiæ, quomodo adæquatur, uide de ulcere renum.

Quartus est euacuatio, quæ vt allegato loco debet esse ex medicinis leuibus; vt cassia, manna, thamarindis, sebesten, & vsque ad benedictam, & hieram simplicem; & hoc exhibèdo per os, aut p inferius administrando; vt uerbi gratia per os. R. manna electæ. ʒ. iij. iulep uiuo. ʒ. i. aquæ decoc. uiol. liquiritiæ, passularum. uel sic. R. cassiæ. ʒ. i. ʒ. sebesten. ʒ. ʒ. pulparum thamarindorum, & prunorum. ana. ʒ. iij. bulliant pulpæ in conuenienti quantitate aquæ, & similiter sebesten, & fiat colatura, & expressio, ut decet, cum aqua, si potes extrahas cassiam, aut adde aliquid alchechengi, & cum modico syrupo uiolato fac potionem. item ex cassia, & benedicta potes facere eradicatiuum dando cum aqua decoctiones uiolarum, liquiritiæ, passularum, alchechengi, emulsione seminum communium, iulep, uiol. lacte papa ueris, & huiusmodi. per inferius administra enemata, quæ quantum ad causam coniunctam sunt maximè conuenientia; ut. R. maluarum, blitis, uiolarum, radicum althææ, seminum foenugræci, oleorum amygdalarum dul. uiol. communis, sifami, adipis porci non saliti, decoctionis capitis castrati, uitellos oui, zucarum, & huiusmodi, ex quibus compone, ut decebit; nam ex his fiant clysteria mitigantia ardorem, dolorem, lenientia intestina, & ipsa confortantia; & tu bene considera. & pro alijs quære supra de renibus consimili canone, sed nota, quòd vomitus non ita uidetur competere in casu, sicut in ulceribus renum: considera.

Quintus est administratio particulariū ad intra ex parte abstergentium, mundificantium; ut sunt aqua zucchari, & fortior est ru. aqua mellis. emulsio seminum communium cum aqua lactis, & maximè coagulata cum butiri, decoctio seminum althææ, lac ipsum caprinum, & cum his ponitur semper aliquod diureticum. & scito, ut supra, quæ semina communia magis sunt absterfua absque cortice suo aperitiua magis cū eodem, ut in dubijs de renibus. item absterfuiū, & confortatiuum est mel ro. colatum. decoque igitur, & commisce, ut uidebitur. & sicut hæc dantur per os, ita administra cum siringa iniiciendo per uirgam. & nota, quæ aliquando egreditur per uirgam aliquod uiscosum tēdens ad fuscum. quod cum uideris continuari; pone cum absterfuiuis aliquod subtiliatium. & laudatur in hoc cinis arborifici, cini quercus: & hoc continua usquequo mundificabitur. post uerò conueniens est, ut sequatur.

Sextus est consolidatio, & conglutinatio; nam quemadmodum dictum est de ulceribus intestinorum, quòd prius debet imponi clysteria abstergentia, mundificantia, & post illa paululum sequi debent incarnantia; ita & in his procedendum est pariformiter cum siringa primò iniiciendo abstergentia, deinde consolidantia. & siringandus iaceat supinus; ut liquor melius descendat. item nota, quæ consolidantia administranda nō debent absolui a conglutinatiuis. & ex laudatis est lac, de quo supra de renibus; & tu ibi. sed lac muliebre est melius cum his quæ iniiciuntur. item lac in quo bullita sint bolus arm, acacia, & huiusmodi. item ualēt troschisci de charabe, item de terra figillata, item. R. dragaganti. ʒ. i. trochiscorum de alchechengi ʒ. iij. dissoluatur in lacte, & administrentur, & collyrizentur per uirgā. item

item laudauerunt quidam, & efficaciter ualde usum lactis caprini cum trochiscis de alchechengi, item ceruffæ, sarco collæ, thuris, gummi ara. opij, sanguinis dra. ana. 3. i. fiant collyria, & cum lacte iniiciantur. ad idem. R. citrulli. 3. v. boli arm. gummi arabici, thuris, sanguinis drac. seminum papaueris al. amygdalarum excorticatarū, succi liquiritiæ, dragaganti, amili, ana. 3. iij. seminis apij. 3. i. granorum ru. solatri hortulani, alchechengi. ana. 3. i. 5. fiant trochisci, datur cum syrupo uiol. aut iulep, etiam dolorem extinguit, & sunt Ras. & ultimi. ad idem. R. terræ sigill. chimolæ, cornu cerui usti. ana. 3. i. seminum canapis. 3. i. opij. gra. x. unguenti de ceruffa. 3. 5. sarcocollæ. 3. ij. myrrhæ, thuris. añ. 3. ij. omnia incorporentur cum oleo ro. ad idem. R. sarco collæ. 3. ij. amili. 3. i. ceruffæ. 3. iij. plumbi usti, thuris. ana. 3. i. iniiciantur cum lacte, & est satis forte. ad idem. R. diapa paueris. 3. 5. diadraganti. 3. i. zucchari uiol. 3. i. 5. boli arme. 3. iij. fiat electarium. dosis est. 3. iij. cum aqua alchechengi, cum hoc quod consolidat, mitigat. ad idem. R. consolidæ maioris, & minoris. ana. 3. iij. sanguinis drac. boli arme. thuris, mastice. ana. 3. ij. acaciæ, myrrhæ. ana. 3. 5. rhabarbari usti, pilorum, spicæ nardi. ana. 3. i. dragaganti, gummi ara. an. 3. ij. & cum zuccharo fac electarium. dos. 3. iij. cū aqua plantaginis. potest fieri in modum syru. possunt fieri trochisci, & dari cum aliquo consolidatiuo, &c. ut dictum est supra. aliud, de quo senex quidam experientiam habuit; unde ex usu eius post sex menses curatus fuit. R. liquiritiæ mundæ. 3. ij. seminum melonis mundatorum, seminis papaueris al. granorum alchechengi. ana. 3. i. cinnamomi, myrtilorum ana. 3. 5. dragaganti, gummi ara. infusorum per noctem in aqua ros. ana. 3. i. amygdalarum dulcium excorticatarum, pinearum mundatarum. ana. 3. 5. mellis ro. colati. 3. i. aquæ ro. plantaginis ana. 3. ij. zucchari optimi quantū sufficit, & fiat electarium. ad idem sief album iniectum cū aqua alchechengi, & melius cum lacte mulieris. ualent & unguenta ad extrā applicata super pecten, & in loco peritonei. R. storacis liquidæ. 3. i. pinguedinis anseris. 3. iij. ceræ albæ quantum sufficit, & inunge comprimendo. R. dactylos pingues, gallas, passulas, arancia, hypoquistidos, alumen, hyssopum, & storacem, & compone, aut emplastrum, aut unguetum. aliud. R. olei. ro. 3. ij. olei myrtini, succi plantaginis. ana. 3. i. trochiscorum de terra sigillata, de charabe. ana. 3. i. aceti. 3. ii. ceræ quod sufficit. & nota, quod nisi timeat uentris stypticitas, clysteria essent conuenientia.

Pro septimo stude doloris mitigationi cum anodinis ascendendo, si cogit necessitas ad domestica stupefactiua, & in fine quidem cum cogit necessitas, usq; ad consueta fortia. & de semine papa. albi ad iusquiamum, & opium, exempli gratia. R. seminum communium frigidorum excorticatarum. 3. i. seminum papa. al. 3. i. granorum alchechengi, solatri hortulani, seminum portulacæ. ana. 3. ii. omnia pistentur, & distemperentur cum aqua alchechengi, & fac sy. cum quantitate sufficienti zucc. aut iniicias per siringā. item iniicias oleum ros. cum mucillagine psyllii. exemplū secundi. R. seminum papa. al. 3. i. opii. 3. 5. adipis galline. 3. i. 5. pistentur, & colentur, & iniiciantur. aliud mitigans, & remouens dolorem. R. seminum quatuor frigidorum maiorum. 3. i. 5. seminum portulacæ, seminis iusquiami, seminum althææ, papaueris albi, seminum apij. ana. 3. i. amygdalarum dul. excorticatarum. 3. 5. dragaganti, amili. ana. 3. i. succi liquiritiæ. 3. ii. boli arme. 3. ii. zucchar. albissimi. 3. ii. informentur pilulæ cū mucillagine psyllii, & dent quinq; pro uice bis in hebdomada mane in aurora, deinde bibant 3. iiii. aquæ alchechengi calidum, stet deinde ieiunus horis quatuor. & cum similibus rebus fieri potest tragea cū plurimo zucchari, & cōfectio solida. item species triasandalorum sunt hoc casu conuenientes. item potest ex paucioribus, & pluribus componere, ut uidebitur etiā, si opus erit aliquid apii apponendo. quod si non sufficient recurrere ad philonium, theriacam nouam, pro quibus te transferas ad rubricam de disenteria immediatè, & de colica, & de dolore renum. ualent & emplastra, & unguenta ex his, & consimilibus rebus frigidis facta, ut. & infrigidantis Gal. specierum ceroti sandalini Mes. rasuræ eboris, granatorum, alchechengi, boli arme. & huiusmodi. item epithema loco sæpe

A dicto, ut supra de renibus, item ex frigidis anodinis clystera patiente stante super sua genua. item fac suppositoria, ut supra de tenesmo; nā ibi debes recurrere pro similibus, item procurando ulcus fordidum antiquum uesicæ, & tu ibi quærendo curam non recipit ueram, ut supra, & infrā in aphor. nam continuus fluxus urinæ, & paucitas carnis, ineptitudo applicandi medicinas hoc faciunt.

Quid autem dicendum sit de octauo, & nono uolo, ut tibi sufficiant pro eorum complemento: quæ sunt scripta in octauo, & nono de ulceribus renum. oportet autem, si bene habere uolueris curam hanc; q̄ illam relegas rubricam. & sic hæc sufficiant.

De scabie uesicæ.

Rub. 5.

SCABIES uesicæ habet causas easdem, quas habet ulcus eius, & ided princeps de eis nihil dixit: fiat tamen semper aut à materia adusta aut salsa.

SIGNA demonstratiua eius adustio in emissione urinæ cum foetore eius, & dolore uehementi, & pruritu cum semine surfureo, & quādoq; currunt cum assiduatione humiditates, quādoq; currit sanguis.

B **C**URA eius est cura ulcerum in ea, leuioribus tamen remedijs facta cum sit superficialis magis.

Primò igitur diæta ex frigidis cibis, humidis, dulcibus, quia insipidis, & non dulcibus aptis conuerti in chole ram, ut supra; immo abstinentum boni chymi generati, & uiscosif. & laudantur pedes animalium, res pingues, oleum amygdalarum, frumentum coctum cum carnibus auium, genera lactis dicta, pisces de aquis currentibus, anguillæ, & huiusmodi, far, risum coctum in iure gallinarum, item lac coctum, hordeum, olera, aquam hordei bibat, & uinū lymphatum multum, & magis album, quàm nigrum, sed etiam competit aurelium. abstineat ab his, à quibus abstinent habentes ulcera uesicæ quibus supra. secundus canon est, quod euacuetur sæpe cum mundificantibus materiam adustam, uel salsam, & sint leuia, ut supra. iij. trac. & de ulceribus renum. item æquentur humores, fiat absterio, & mundificatio, consolidatio, & si adest dolor, mitigatio, ut ut scriptum est de ulceribus renum, & uesicæ, & tu illis locis. item iniectioes sunt hoc casu multum conferentes. postremò considera; quia competit phlebotomia, & uide, quæ supra dicta sunt de scabie renum: & hæc sufficiant.

De coagulatione sanguinis in uesica.

Rub.

6.

HOC ACCIDENS sequi consuevit post factam incisionem extrahendo lapidem, ut supra quādoq; retentionem eius fluxus à membris superioribus ad eam, quorum duorum causæ per se satis notæ sunt. modus extrahedi frustum tale ex uesica tempore incisionis dictum est supra de incisione lapidis; sed modus, & huic conferens, & secundo in medicinarum non est positus, ut ordinem principis secundum posse seruarem.

SIGNA demonstratiua. primum signum angustia; quia à sanguine illo iam saniato; quia exterius est, eleuantur uapores ad cor, syncopis propter eandem causam, frigus extremitatum; quia fit dolor in coagulatione, retrahitur calor, paruitas anhelitus communicatis uaporibus diaphragmati, & frequentia pulsus, nausea propter eandem causam rigor cum antecessione mictus sanguinis, aut percussio nis, aut casus super uesicam.

D **C**URA. canones, sicut lapis dirumpitur per separationem partis à partesita, & hic per incisionem partis à parte & ided cōpetunt incisua per os administrata, & iniecta. unde laudatur sy. acetosus factus cū aceto squillitico. itē, si cū eo dat cinis ligni fici. itē & conueniunt medicinæ subtiliatuæ, incisua, & lapis rumpitiuæ, item maximè confert coagulum leporis. itē ualet potus carpobalsami cum granis pæoniæ, aut ligno eius, itē oxymel simplex, item compositum, item cordumeni, sauinæ, blactæ bizantiæ, assa, æmoniacum, rubea tinctorum, sifeleos, aristolochia. ex quibus confice electarium, syr. pilulas, & hmōi, ut uidebitur, & à proprietate hepar asini, fel testudinis, coagulum leporis, lac fici exiccatum in accipiendo aliquid paucum de eo cum aqua aliqua diuretica. item aqua ciceris ni. item aqua ligni abrotani, & deco. abrotani cū uino, item semen foenugræ-

nugreçi,fceniculi cū melle,ciminū cū semine apij sumptū uinū decoctionis cotulæ,matricaria cū aqua mell. & sic de alijs,de quibus habuisti supra.xiij.ca.de sang.coagulato in stomacho.&tu ibi.postremò scito,q̄ tina ex reb̄ ualētibus ad fractionem lapidis , de qua supra est subtilis medicina; sua enim caliditate ipsum sic coagulatum dissoluit. & ideo ad ea te para; & tu benè considera hec.

De dislocatione uesicæ, & eius mollificatione. Rubrica. 7.

V T D V C E M sequar; has duas comprehendam dispositiones sub rubrica una,prius tamē de una pertractans,deinde de alia .dislocatio uesicæ est remotio eius à suo loco uersus aliquam differentiam positionis. s. aut deorsum,aut sursum,aut ad dextrum,aut ad sinistrum ex relaxatione suorum ligamentorum,uel suspensoriorum causata.cuius relaxationis causa secundum plurimum est humiditas cum frigiditate paralyticans, siue mollificans; quare membrum ipsum in proprio loco non regitur. & dictum est secundum plurimum; quia casu,percussione,relaxatione,aut rumpente balneatione in aqua frigida multum uentositate, & huiusmodi contingere potest. & quod dictum est de uesica, etiam de renibus intelligatur, ut supra memoratum est de renibus in fine capituli.

S I G N A demonstratiua; quia impeditur actio urinadi, & quandoque urina inuoluntariè emittitur, & sentitur grauitas,& nocumentum in loco ad quem declinat.quòd, si fuerit ex causis intrinsecis;scitur relatione infirmi. q̄, si fuerit ex humiditate &c. scitur ex signis apparentibus humiditatis;& q̄ præcesserit regimen humidū,& huiusmodi.

P R O G N O S T I C A. elige ex dicendis de difficultate mictus.

C V R A. canones.quod est à casu, uel percussione, est difficilis cure.et,si possibile est,illud fit reductione ad locū suum cum ligaturis, emplastris, et alijs medicinis stypticis,conglutinantibus,& huiusmodi relinquo restauratoribus.& hic canon positus est primus; ne ex improviso & faciliter præmittatur eius cura.

Secundus est ordinatio diætæ,quæ debet esse declinans ad calidum, & siccum, maximè quando est ex relaxatione propter humiditatem &c.unde est eadem cum cura paralytis,de qua supra secundo capitulo.

Tertius est digestio materiæ,& laudatur oxymel squilliticum; sed de oxymelle dictū est allegato loco,in quo posita sunt plura digestiua,in quibus semper ponit aliquid diureticum ductiuum digestiui.

Quartus est euacuatio, & laudatur maximè agaricus; sed enemata, quo ad causam coniunctam maximè conferunt. & ideo per euacuationem causæ antecedentis per superius factam fac, & sollicita euacuationem coniunctæ per inferius,& allegato loco habes ad plenum de ipsis; & ideo supersedeo.

Quintus est diuersio;unde maximè competit uomitus.

Sextus est administratio calidorum calefacientium, & exiccantium materiam ipsam coniunctam, aut emplastrandō,aut unguendo,aut embrochando,applicado remedia locis dictis de lapide uesicæ.& cōferunt maximè in casu balnea naturalia,sulphurea,& aluminosa. itē artificialiter facta etiam ex uino styptico cum herbis ad hoc.sed tu attende semper,si adest fe. aut non; quoniam oportet te moderare, sed pro his ponam specialius ponendo aliqua exempla,& efficacia. cōferunt per os thyriaca,mithridatū,acorus conditus,diacucurma.item conditum de ruta cum melle,& flos eius decoctus cum uino. item iniiciantur per uirgam oleum laurinum,de ruta, costinum, nardinum, cum quibus commisceantur; ut castoreum, assa, galbanum, oppopanacum.item ualent cyperi,ciminum,cinnamomū, bdellium, spica, myrtus, chamemilla,stoecados, mel, & huiusmodi, de quibus confice aut sy.aut electaria,aut emplastra,aut per inferius clysteria ex consimilibus,& ex centaurea,colloquintida,oppopanaco,oleo de alcheiri, oleo de ruta,de cinnamomo, de costo, & huiusmodi, quæ sunt calefactiua, & exiccatiua. pro quibus, & alijs recurre ad ea, quæ de paralyfi.

Septimus est correctio accidentium, & sunt aut exitus

E urinæ inuoluntarius,quo casu debes uti multum stypticis, ex balneis iniectis,bibitis,& suppositis; ut sunt nuces cupressi,mastix,alumen & hmōi. aut difficultas mictus, quo casu utaris cum exhibitis aperitiuis,ut sunt cortices seminum melonis sicci cum zucch. accipiendo pugillum unum de eis. & laudantur à proprietate testiculi leporis siccati cum uino odorifero bibiti, aut guttur galli adustum cum aqua tepida. & ex his patet, quid dicendum de mollificatione eius; recurre,ut dictum est.

De dolore uesicæ. Rubrica. 8.

D O L O R uesicæ differt à dolore renum loco, & specie, q̄ cum eo conuenit in causa.loco; quia renum est circa locum eorum,uesicæ circa pecten.specie; quia renum dolor est extensiuus magis,& minus acutus; uesicæ autem magis acutus; propterea quia est neruosa. ex parte autem causæ conueniunt; quia uterq; fit à mala complexione qualibet diuersa, aut à uentositate, aut est antecedens crism per urinam ex lapide,ulcere,scabie,apostematibus, & huiusmodi. & multiplicatur hic dolor phlegmate, uento septentrionali; quia frigidus est,& siccus.& dicitur,quòd, quando apparet in habete ipsum sub ascella eius apostema,sicut citonium,& accidit illud in die septimo; moritur in.xv. & proprie,si accidit ei profundus somnus.

C V R A. canones. primus ordinetur diætā ad contrariū causæ,secundus euacuetur materia peccans,si quā est. tertius, si fuerit mala complexio sola; procedatur cum alterantibus contrarijs anodinis. quartus, quòd non administrantur diuretica calida,& fortia,nisi post euacuationem; quoniam talia conuertunt materias ad uias urinæ. quintus,quòd; si non sufficiunt anodina; perueniatur ad opiata, à quibus,ut possumus,abstinere debemus; cum multum exterminent calorem naturalem uesicæ, & ex consequenti uirtutem, sed etiam non debet expectare ultimam deflectionem uirtutis; & ideo oportet te, & medicum quemlibet esse prudentem. & in summa pro cura huius doloris recurre ad ea,quæ de dolore renum, & lapide uesicæ dicta sunt;in quibus locis habes emplastra,unctiones,balnea, epithemata,potiones, electaria, & hmōi in hoc casu maximè conferentia.& quia ex dictis de signis de dolore renū apta sunt signa doloris uesicæ;hinc ab eo suspēdis; & tu ibi.

De debilitate uesicæ. Rubrica. 9.

D E B I L I T A S uesicæ est nocumentum actionis eius diminutæ,uel ablata, circa operationem communem, quæ est superfluitatis aquosæ expulsio. cuius causa secundum plurimum est mala complexio frigida. dicitur secundum plurimum; quoniam & ab alia fieri poterit; ita ab apostemate,item à debilitate lacerti,ut statim. ad hanc autem passionem sequitur primò, quando actio est ablata; inuoluntarius mictus,& mictus in lecto,& multitudo urinæ,& dicitur dysuria,ut infra; aliquando, ut à Gale.nominatur diarrhæa urinæ.unde, quando uesica patitur malam complexionem humidam; tunc debilitatur lacertus, qui non potest sufficienter constringi,& extrahi ad prohibendum urinæ,de quo supra in princ.capituli.secundò, si actio fuerit diminuta; tunc accidit passio, quæ dicitur stranguria; quia guttatim egreditur urina: & hoc contingit, quando non excessiuè mollificatur lacertus; sed parum, unde non perfecte constringere potest; hinc guttatim egreditur. quandoque autem possidebit malam complexionem frigidam,& humidam,quæ prohibebit constrictionem lacertorum undique; ut urina nequeat exprimi, & tunc accidet difficultas urinæ.quandoque patitur ex communitate aliorum membrorum,ut supra in princ.capituli.& quoniam de his,quæ sequuntur debilitatem uesicæ, dicitur in specialibus rubricis sequentibus, ut supra satis apertum est, quid agendum in rubrica de debilitate; hinc, ne tibi sim fastidio ex tanta replicatione; relegas ea, quæ scripta sunt allegatis rubricis.

De uentositate uesicæ. Rubrica. 10.

V E N T O S I T A S in uesica fit secundum plurimum ab humiditate existente in ea cum debilitate caliditatis.nam, si caliditas fortis esset; illum humorem humidum insensibiliter resolveret,& non in uentū conuerteret. & huiusmodi humiditatis causa secundum plurimum sunt cibi inflatiui apti,

ui apti, scilicet in uetum conuerti. & signum est mutatio caloris extensiuu absq; aliqua grauitate percepta.

C V R A facilis est ex habitis. canones. primus, q̄ ordinetur diæta ad contrarium; ut q̄ sint cibi resolutiui calidi, & sicci, de quibus. iij. tract. secundus, q̄ stante dolore non administrentur diuretica nisi post euacuationem, ut supra de renibus. item nō administrentur narcotica: causa nota est. tertius, q̄ per os ad extra administrentur, quæ uentositatē resoluunt: unde ualet theriaca, mithridatum, diaciminum, & hmōi, de quibus supra de uentositate renum. & tu ibi. ad extra emplastra, inunge, & hmōi. & in hoc ualent ruta, chamæmilla, anethum, castoreum, assa, muscus, bengalia, sambucus, & hmōi. & hæc immitte in uirgam; ut oleum anethi cum modico castorei, aut succus rutæ cū aliquatulo musci, aut gallia cum oleo sambucino. item ualet adeps asini cum oleo de castoreo, item allium coctum cum resta sua, & appositum, & prouocat. item oleum petroleum, & huiusmodi. item conferunt balnea sulphurea, aluminosa, & alia con similibus uirtutis: & sic hæc sufficiant.

De ardore urinæ.

Rubrica. iij.

Q V I A ARDOR urinæ cum exitu eius cum sanie satis dictum est supra de ulceribus uesicæ; hinc tantum de eius ardore absque sanie perscrutabitur, quid autem sit eius ardor, satis notum est.

C V I V S causa aut est in ipsa urina, aut in membris uia rû eius; quia in collo uesicæ, aut in extremitate uirgæ, quæ sunt mēbra ualde sensibilia, & præcipuè caput uirgæ, quod maximè præ cæteris sensibile est, aut ægritudo fortis eliquans, & resoluens. causa autem in urina est; quia ipsa est acuta rōne materiæ cholericæ, aut falsæ secū commixtæ ratione ciborum comestorū, aut quia caliditas est sibi ab hepate, & renibus cōicata, uel ab alio loco: aut quia facta est consumptio humiditatis carniū glandosarum existentiu circa collū uesicæ ad intra; quæ humiditas satis conglutinosa creata est, ut extendatur super meatū ad æquandum acuitatem urinx, quæ consueuit deficere nō raro in iuuenibus, præcipuè ex multa coitus frequentatione. item ex nimia abstinentia, item ex nimio exercitio, & hmōi aptis humiditatem illam resoluere. in membris quidem; quia in uis urinæ iam dictis sint ulcera, aut scabies, & hmōi. idem operantur ægritudines fortes cōicando urinæ, aut cū ea cōmiscendo humores supercalēfactos ualde etiā tali caliditate præter naturam ipsi urinæ communicata.

S I G N A demonstratiua si fuerit ex urina; erit urina citrina, inflammata, tincta, & sic de aliis signis super uehementem caliditatem, & q̄ patiens est calidorum renum, aut hepatis calidi naturaliter, aut accidentaliter inflammatorum, quæ duo adiuuant ad eius acuitatem, item regimen præcedens ex parte cibi, & potus, & aliorum non naturalium, item ætas, complexio, habitudo, ars, & huiusmodi. q̄, si fuerit ex consumptione humiditatis carniū, &c. ex coitu, aut ex ægritudine acuta; scitur relatione ægrotantis; & quia corpus eius est extenuatum. similiter si ex alijs fuerit causis extrinsecis.

Signa. si fuerit propter ulcera, scabiem, & hmōi; iam dicta sunt. item si ex fe. aut alia ægritudine, quæ de acutis sit humoribus; stabitur narrationi ægrotantis, aut astantiū. itē & q̄q; caliditate totius ipsis membris hepatis, & renibus cōicata, quod cōprehenditur facillè. & omnia mēbra intrinseca indifferenter, cum sunt calida naturaliter, aut accidentaliter; possunt esse causa ardoris urinæ factiua.

P R O G N O S T I C A. de prognosticis statim in cañ. ardor perducit ad excoiationē; excoiatio uerò, ut supra.

C V R A. canones. canon primus, q̄ diligenter debes attendere, ut supra de fluxu cholericō absque excoiatione. quod, si perseverauerit talis ardor, & non fiat præuisio; patiens ad excoiationem perueniet. tu itaq; ægro prædica, & ipsum studiosè sollicita etiam & suis.

Secundus est ordinatio diætæ, quæ debet declinare ad contrarium causæ; ut si fuit acuitate proueniente ratione materiæ cholericæ, falsæ, non adustæ cum ipsa cōmixtæ, aut ratione inflammationis fe. &c. declinet ad frigidum, & humidum; ut sunt olera, & fructus humidi in se non habentes mordicationē; immò euitet mordicatiua, salsa, acuta, dul-

A cia, uehementis dulcedinis, coitum, exercitium, &c. quæ de ulceribus renum scripta sunt; & tu ibi. laudatur maximè chist hordei, brodium pulli, quod, si fuerit ex nimio coitu; sint cibi restauratiui humidi, uel ad humidum declinantes, & laudantur oua sorbilia in aqua frigida prius retenta per unam horam, & omninò multis mensibus interdicitur coitus.

Tertius in primis casibus est æquatio humiditatis aquosæ cum diureticis frigidis, & hum. per os etiā per iniectionem: & hoc maximè ualet in ultimo nunc in præcedenti cañ. narrato: unde maximè commendatur aqua hordei ex corticati cum emulsione seminum frigidorum, cum gummi ara. item aqua hordei ex corticati cum diadraganti, itē iulep uiol. sy. de papauere, item potus ex mucillagine seminis citoniorum, psyllij cum semine papa. albi, & aqua frigida, item ualet lac asinæ, item lac caprinum, lac muliebre, & præcipuè iniectum, item albumen oui cū aqua aliqua diuretica; ut cum aqua alchechengi. item ualet tragea facta ex seminibus quatuor maioribus frigidis cū modico zuc. item Serapio mucillago psyllij cum modico camphoræ in iecta, & est medicina propria. item & est efficax. R. mucillaginem psyllij, oleum ro. lac mulieris, modicum camphoræ, & iniicias. quod, si dolor multum perseverauerit, aut augmentabitur, tunc utere narcoticis per os, & iniiciendo, incipiendo à facillioribus, & ascendendo ad fortia; ut à semine papaueris albi, iusquiamo, usque opium, de quibus de fluxu uentris; & tu ibi. item trochisci de alchechengi cum aqua hordei, & modico dragagati, aut cum alia aqua, item & omnia, quæ scripta sunt de ulcere renum, & scabie, & præcipuè quando est ardor urinæ ex ulcere, aut scabie in uesica, uel eius collo; aut in extremitate uirgæ. & ideò ad eas rubricas recurre; quamuis aliqua tibi experta ponam in fine huius rubricæ.

Quartus est euacuatio, quæ, ut supra de renibus, debet fieri cum lenitiuis, non cum medicinis fortibus; & hmōi sunt cassia, manna, thamarindi, pruna, sebesten, & usq; ad benedictam, aqua lactis, sene præparatum, polypodiū, succus uiol. & huiusmodi. in ea autem, quæ est ex coitu; non indigemus euacuatione; sed restauratione magis. sed in alia debes ipsi euacuationi multum insistere & cum pilulis leuibus ad hoc, de quibus. iij. tract.

Quintus est remediorum ad extra applicatio ex emplastris, unctiōibus, epithematibus, & huiusmodi habentibus mitigare ardorem urinæ, de quibus supra de ulceribus uesicæ: & tu ibi. laudatur tamen efficaciter mucillago psyllij, cum oleo uiolato, lacte mulieris, cera alba cum modico camphoræ.

Sextus est membrorum coadiuantium infrigidatio ex epithematibus, unctiōibus, & hmōi, ut supra de hepate, mala complexione calida, & de renibus; & tu ibi.

De correctione uerò accidentium iam dictum est; quia de dolore, de quo hic, & supra pluries actum est.

C V R A. si fuerit ex uehementia ægritudinis; nota est, oportet enim intēdere curationi eius cum infrigidatiuis, humectatiuis. &c. ut actum est. de remittētibus acuitatem est liquiritia in oēm modum administrationis. item succus citoniorum, item oleum ros. eorū iniectū pineæ, semina cōia frigida. ad idem & consolidat etiam ulcera. R. unguis caballinæ, uirgæ pastoris, consolidæ minoris, pimpinellæ, portulacæ, capilli uene. buglossæ. ana. M. i. liquiritiæ, maluarū, uiol. ana. ʒ. i. iuiubarum, sebesten. ana. numero. xl. seminum papaueris albi, seminis lactucæ, portulacæ, seminū cōium. ana. ʒ. iiii. zucch. lib. ii. fiat syr. item ex trochiscis, ut supra, de alchechengi, & propriè cum lacte asinæ dati. item syr. uiol. uel myrtinus cum aqua hordei, & liquiritiæ. item emulsio seminū cōium, de quibus similibus plenè de ulceribus renum, & uesicæ: & tu ibi.

C V R A. si fuerit ex ulcere consolidatiua; ut ibi. item ponitur expertum potus ex semine lactucæ, portulacæ cum zuccharo uel sy. uiol. quod, si contingat ex ulcere in extremitate, de quo actū est; intingatur tenta in aqua ro. in qua dissolutum sit aliquid opii, & imponatur; est tamen magis opus chirurgicum. ego autem expertus sum unguentum de thucia præmissis euacuationibus dicta de alijs. itē retinere

mere nigram in lacte tepido. & cura huiusmodi pro magna sui parte consistit ex his quæ dicta sunt de ulcere renum, & uesicæ: hinc à pluribus remediis supersedeo. quare, si plura cupis recurrere ad eas rubricas. & hæc satis.

De paucitate urinæ. Rub. 12.

PAUCITATIS urinæ quinque ponuntur causæ. prima sumitur ex parte materiæ; quia cibi, & potus in quantitate & qualitate. quantitate quidem, quia paucus sit cibus, & minor potus: nã, & si de cibo transeat in aquositatem. plus tamen de potu; cum sit ipsi aquositati propinquior. ex parte qualitatis, quia cibus sit ualde paucus paucam habens humiditatem, & habens uirtutem exiccandi humiditates corporis; ut panis miliaci, de panico, de fufure forbino ex hordeo, lenticula, cibi saliti, panis bis coctus, fructus pontici, & similia. similiter ex parte potus, ut cum fuerit potus aquæ grossæ, turbidæ uini, grossi, & huiusmodi. secunda sumitur ex parte corporis, si per poros sic latos sensibiler sub forma sudoris, aut insensibiliter euacuantur corpora nanque multum, & faciliter resolubilia sunt pauci mictus. item ponitur pro tertia causa ab Auic. fluxus uentris, ut quia humiditates, quæ per urinam transmitti deberent, emittuntur per secessum unde. v. aph. aph. ij. urina multa secessus paucus. similiter & uomitus multus à superioribus eraditando, & ab inferioribus trahendo; & consimiliter intelligatur de aliis fluxibus, & de fluxu sanguinis narium, & de alijs consimilibus euacuationibus. quarta causa sumpta ab ipsis membris; ut quia primò debilitata est uirtus renum attractiua, quare non attrahunt aquositatem ab hepate tantam quantitatem, quantam deberent: & ideò paucificatur. item quia hepatis uirtus expulsiua est debilitata, & non expellit à se aquositatem; imò plus, quam conueniat cum sanguine remanet: & sic fit cachexia; aut quia hepatis sequestratiua est debilitata, & cum sanguine ad membra mixta quantitas aquositatis transmittitur non potens sanguinem à tali aquositate separare, aut econtra: pro quibus uide supra de cachexia, & hydrope. ad paucitatem autem urinæ adiuuat aeris constitutio sicca, borealis. quæ humiditates corporum exiccat saltem per se; licet per accidens urinam multiplicet constringendo uentrè. itè & cætera, quæ habent corpus exiccare; ut nimia abstinentia, forte exercitium, uigilia, animi accidentia immoderata, quæ corpus exiccant: nã ut Gale. debilia minorant, & fortia auferunt.

CVRA. canones. ordinatio dietæ, quæ consistit in alterando, & permutando in quali, & quanto ex parte cibi, & potus, exhibendo humectatiua, ut supra de mala complexionis sicca stomachi, & impinguando: & ibi.

Secundus est euacuationis retentio sensibilis, & insensibilis, quæ primò completur cum cibis, & potibus humores inspissantibus, de quibus supra de sincopi, & quando fuerit sensibilis, ut est fluxus uentris, & huiusmodi; tunc detur stiptica, & restringentia, ut supra de fluxu suo loco, exhibeant diuretica. itè fiant frictions, balnea; ut humiditates diuertantur, & tunc utere ipsis diureticis, ut urinæ moueantur. consimiliter agendum, si fuerit uomitus, aut fluxus nimius sanguinis.

Tertius est administratio confortantium reificantium hepar, aut respondens sibi quod expedit de causa sua. & cū quibus hoc fieri habeat, habuisti proprijs rubricis: & tu ibi.

Cura etiam hæc magis aperietur, dum tractabitur infra de multitudine urinæ. & ex habitis allegatis rubricis, & ex dicendis de multitudine urinæ apparebunt manifesta signa paucitatis urinæ; cum unum contrarium ex alio elucescat. & sic hæc sufficiant.

De difficultate urinæ, & retentione eius. Rub. 13.

DIFFICULTAS urinæ eius, quam quidam stranguriã, quidam dysuriam, quidam suriam uocant cum impotentia expellendi. cuius causæ sex ab Auic. assignantur, de quibus prosequuntur, si prius declarauero interpretationem nomen in rubrica positorum. propter quod aduertendum, quod Auic. rubricam facit comprehendentem omnem modum retentionis urinæ, cum dixit de difficultate urinæ, & retentione eius. Sed Alex. eam difficultatè nominauit dysuriam, passionarius uerò suriã. quidam tñ modernorū inquirunt esse stranguriam passionem colli uesicæ, in qua uri-

na guttatim mingitur: cum uerò solum per horas emittit; ab eis nominat dysuria. si uerò longo denegat tempore, & non emittat; nuacupat suria. unde uersus. Egrum guttatim stranguria mingere facit. impedit ad tempus dysuria: suria semper. uel sic. Strangur guttatim. sur nil, dysurq; per horas. alij speculatiu locuti dixerunt hæc adinuicem differre in quanto, & spè, causa, & loco. differunt in quanto quoniam stranguria est urinæ retentio maior, quam in difficultate: nam in stranguria retentio urinæ præsupponit potentiam uirtutis contentiue existentis in collo; quam arguit superfluitas retentionis, à qua procedit ex certa causa oppilante. in difficultate uerò retentio urinæ præsupponit debilitatem uirtutis expulsiue in uesica, & in lacertis uentris coadiuuantibus: quæ arguit dura expulsio, & difficilis nulla existente causa oppilationis in collo, & uia. in spè; nam stranguria proprie, & essentialiter est omnis, & absolute impotentia facilis expulsionis urinæ. causa; quia stranguria prouenit ex peccato, & superfluitate contentiue propter lesionem existentem in collo uesicæ, & eius lacerto; ut quia sit spasmus ex humore currente, uel frigore ad ipsum, uel propter cõmunitatè ad superiora; ut in carabito apostema nucha, uel in eius uia: quia oppilata attenuatoriè ex caliditate, & siccitate; ut in febribus adurentibus; uel à frigiditate, ut in algoratis, aut propter aerem, aut propter aquam, aut propter selesionem super rem frigidam; ut infra: uel ex medicinis, uel compressione uiciorum tumescetium, uel repletorum; ut in apostemate intestinorum, & maxime recti peritonis, peritonei, testiculorum, & ani. item tumente matrice: propter quod prægnantes frequenter mingunt. item in tenesmo, rhagadijs, hæmorrhoidibus, dolore, oppilatione coartatoriè, quod est plurimum ex humore grosso, & uictorquente. unde ipsam uesicam extendens, & prohibens eius compressionem est causa stranguriæ, & difficultatis mictus quoniam; ut infra. difficultas autem peruenit ex peccato, & debilitate expulsiue propter lesionem propriam existentem in uesica; quia malam cõplexionem naturalem ulcerationem, apostema, uel per cõitatem ad principium læsum; quia hepar, uel ad lacertos uentris læsos coadiuuantes ipsam in expulsiue, & magis cum urina est pauca: uel in se; quia mollicati, uel per cõitatem ad cerebrum; ut in stupore, lethargia. etiam differunt in loco, in quo tñ aliqui conueniunt; ut quoniam causa est in uirga, & uia eius, aut poris uritidibus, & oppilatio aliquo trium modorum. etiam differunt ex parte locati ut quia urina fuerit pauca. à cuius cõpressionem deficit uirtus expulsiua, aut multa propter longam retentionem eius, quam non ualet expellere: duritie sensuum propter somnum sopientem uirtutem in nocte, uel occupationem in die distrahentem ipsam, uel propter uerecundiam cõpescentem. quare uilli eius diu remanentes extensi debilitant in contractione, & expulsionem necessariam, ut de uentositate dictum est: aut quia fuit acuta faciens dolorem, cū transeunt per uritides, & per collum uesicæ, & uirgam, maxime cum fuerint ulcerata: cū. n. sentiunt ardorem, refugit uesica à cõpressionem, & stringit lacertus colli, & lacerti uentris cessant propter dolorem à cõstrictionem. quare retinet urina, etiã sit difficilis exitus, & cū patiens studet in seipso, mingit urinam suam naturalem in quantitate, & qualitate, sedatur dolor, & consimiliter cū uincuntur. & ex causis exterioribus, quibus conueniunt sunt percussio, casus, expositio aeri frigido, & uentus septentrionalis, & hoc per se; licet per accidens prouocent urinam quando est debilis, ut in præcedenti rubrica: nam, quando est fortis, urinam in membra constringit, & profundat calorem, qui eam consumit.

Et in summa causa difficultatis urinæ est aut debilitas uesicæ, aut nocumentum in collo cõtingens, aut debilitas uirtutis, aut nocumentum musculi, siue musculorum coadiuuantiu ad eius exitum, ut supra, aut defectus membrorum communiantium, aut nocumentum in ipsa urina existens, quæ sunt causæ sex sic hoc ordine à principe posita, quæ succedunt, & sic ordinatè ponentur: & sic de ipsis largius datum sit. accidit debilitas uesicæ semper à mala complexionem, & precipue frigida, & est sibi plurimum aut propter apostema aliquod tale, aut propter cõitatem, ut dictum est, de hepate renibus

Dysuria
Græcis uiri
nè difficul
tas Latini
nis nomi
nat. ichu
ria Græcis
latinis uri
næ suppres
sio barba
ris autem
idocte græ
cos imitã

tes, suria
quasi i
schuria di
cerent, uo
citur.

renibus, cerebro, & huiusmodi. contingit propter nocumētum in collo per se, uel per cōitatem. exemplū primi; quia ibi est apostema, aut lapis oppilans, aut humor, aut sanies. exemplū secundis; ut quia multa est fœx in intestinis comprimens, & coarctans collum, aut apostema, aut fœtus in matrice, & hmōi, ut dictum est, aut ulcus, & dolor. prouenit & difficultas ex defectu uirtutis primò sensibilis, deinde motiuz, item ex defectu uirtutum naturalium. exemplum primi, qñ inducitur in sensu, propter quod non concipitur obiectum; ut in carabito, lethargia, ut prima tertij de eis. exemplum secundi, qñ in lacerto colli, aut uentris accidit tanta debilitas, q̄ uirtus motiua non potest eum, aut eos extendere, seu dilatare: ad cuius musculi dilatationem sequit̄ expulsio, & ad eius cōstrictionem retentio. exemplum tertij: ut si qñ à mala complexione frigida. à qua est fm plurimū & rarò à calida debilitat̄ expulsua eius, ut supra. exemplū quarti, ut quia musculus sit debilitatus à mala cōplexione frigida, aut spasmat̄, aut apostemosus, & huiusmodi. exemplum quinti, ut quia accidat debilitas in hepate, & quod in eo deficiat sequestratiua, aut i hydrope: quare nō mittit aquositatem conueniētē, aut debilitas attractiuz renum, aut eorum oppilatio, ut ex apostemate lapidis, & huiusmodi. exemplum ultimi, ut qñ urina est ualde acuta inducēs dolorem, qua in eius exitu natura ipsum retinet, ut dolorem fugiat, ut supra de ulceribus uesicæ.

SIGNA. quando causa eius est complexio frigida, albedo urinae cum grossitudine, aut tenuitate adest grossitudo cum expellitur cum urina phlegma, tenuitas uerò cum sola aquositas. secundū signum frequentia mingendi eueniēs ante difficultatis retentionem; quia primò debilitatur, difficultatur in emittendo ita, q̄ debilitas aliqualis facit ad frequenter mingendum; maior autem ad difficultatem: & tu considera. tertium multus usus balneationis aquæ frigidae quæ facit multum ad debilitandum uesicam. quartum sensatio frigoris, ut quia fluit uentus frigidus, ut septentrionalis, & huiusmodi. & ultimò adest priuatio signorum calidorum, & calidis iuuatur. quòd, si ex causa fuerit calida urina erit acuta, & percipietur caliditas, & inflammatio iuuatur frigidis, & humectatiuis. item præcessit, aut adest febris adurens, eliquans, &c.

Signa, si fuerit propter apostema in uesica, aut in membris uicinis, etiam posita sunt supra: & tu ibi. & differt hæc difficultas ab ea, quæ est ex alijs causis, qm̄ difficultas, quæ ex apostemate paulatim uenit, nisi multa esset materia quæ supito mouetur ad faciendum apostema.

Signa, si fuerit propter aliquod membrum mittens; tunc in uesica non apparet aliquod nocumentum; sed benè in membro communicante.

Signa, si fuerit oppilatione, ut propter apostema; iam dictum est. si propter aliam causam, iā comprehendēt ex intromissione stringæ per illud, quòd egrediet̄ ex sanguine, aut alio humore. quòd, si fuerit lapis; inueniet̄ res dura, & erit cum nausea, dolore, & huiusmodi, ut supra de ipso, & q̄ urina præcessit harenosa. quòd, si fuerit propter sanguine oppilantē: habuisti signa supra de eo. & raro fit euasio. quòd si fuerit propter phlegma grossum: cognosceť per grauedinē loci, & maximè qñ materia est plurima, & q̄ exit humor crudus. q̄, si fuerit propter frigus; sciet̄ per accidentia frigoris. quòd, si fuerit ex uentositate: sentiet̄ tensio sine grauitate, & q̄ est cū permutatione. quòd, si fuerit ex oppilatione meatus uirgæ; signa repletio, & inflātio uesicæ, & chorda tensa, grauitas est in pectine, & ancha cum dolore. q̄, si fuerit ex carne nata in modū uerrucæ: semper fiet sanguis, aut sanies, & dolor, & grauitas loci, & impedimentū urinae non remouetur; sed potius augmentatur.

Signa, si fuerit propter debilitatē expulsua; quoniam urina facta cōpressionē, cum manu faciliter reducit̄.

Signa, si pp mollificationē lacerti; quia patiens leuiter mingit, quando super uesicam, & fœmur sit compressio. q̄, si propter spasmus lacerti; signum, q̄ parū urinae egreditur compressionē.

Signa, si fuerit pp debilitatē renum, aut causa lapidis, aut apostematis; ex signis iam supra de eis positis: nam si ex renibus dolor, & grauitas erit illic; & ita de alijs. q̄, si con-

Atingat ex debilitatē attractiuz renum, cum erit uenter leuis absq; nocumento in uesica, & alijs. quòd si fuerit ex ulceribus, aut acuitate renum; iam signa posita sunt: & tu ibi. quòd, si fuerit propter longam retentionem, signum, quia cum sit compressio cum manu; mingitur urina, & q̄ fuit retenta ultra uoluntatem per tempus. quòd, si fuerit propter debilitatē musculorum uentris coadiuantium ad urinā dum; tunc apparebunt signa ex parte complexionis materiæ, aut compositionis. & si fuerit compassionis aliorum membrorum; ut cerebri, & huiusmodi iam signa erunt, uel præcesserunt.

PROGNOSTICA. ablatio urinae si diu durabit; mortem significat. si alicui aufertur urina & superueniat tenesmus; infra septem dies morietur, nisi superueniat feb. liquefaciens, & aperiens.

CURA. canones. primus, q̄ cura difficultatis urinae uarianda est fm uarietatem causæ; & ideo, ne accidat confusio; prosequar de cura eius particulariter semper fm particularem curam eius. sed, antequā ad curam uenias, scito, q̄ hæc passiones nominatæ stranguria, &c. si sunt ex mala complexione simplici, aut ex humoribus; faciliter curantur. qñ uerò ex arenulis, difficulter. ex lapide uerò, uix, aut nūquā. item ex secundo pōt uiuere homo. 25. diebus, quibus nihil de urina emittit̄, ut uidit Brixiensis, qui noiāt Artusum de uinario, qui stetit tanto tpe. tertio nota uerbū Auic. hic. & dictū est, qui habet difficultatē urinae, aduenit ei post tenesmū, nisi accidat febris, & prouocationē plurimā faciat. & fm ordinem causarum. vi. incipiam ordinem curæ.

CURA in ea, quæ est propter debilitatē uesicæ ex mala complexione frigida, à qua est fm plurimū, & rarò à calida præmissis canonibus ex parte diætæ digestionis & euacuationis. si necessarii sint; operare cum his quæ ipsam uescam confortent, & calefaciant, de quorū numero sunt chamæmilla, spica nardi, pulegium sauina, cinnamomum, oleū ei, triphera, stœcados cupressus, laurus, cyperus, hyssopus humida, & omnia illa calida superius nominata calida in passionibus renum. unde compone, & administra per os p inferius cum clystere. ad extra emplastra, unguenta, fomentationes, balnea naturalia, artificialia, & huiusmodi, de quibus supra actum est. & hic nota, ut sæpe replicatum est, q̄ cum his quæ per os administrantur, dari debent diuretica portantia uirtutē aliarum medicinarū ad locum, & hoc maximè quando facta est euacuatio materiæ antecedentis, & non dubitatur de conductione amplioris materiæ ad uesicam, & ex eis inde lædatur magis. quòd, si fuerit absq; uitio humoris; sola sic sufficient alterantia absq; suspitione maxima corpore non existente plethorico. idem operare, si à causa calida peruenit, ut cū myrto, solatro, malua, citonio. item ualet cucumer domesticus, cucurbita, rosæ, & cætera frigida supra in de renibus posita: & tu ibi. item ualēt olea temperata lenificatiua, ut oleum de uiolis, de cucurbita mixta cum oleo de chamæmilla, anethino. quòd si ibi fuerit siccitas, administrentur tinæ, olea mollificantia, & regimen totum humectatiuum. balneum in hoc est singularis medicina.

CURA in facta propter casum, & percussione, aut cū apostemate, aut non, fac phlebotomiam ex basilica, deinde administres tinas mollificatiuas, aut spōgias in ipsis ifusas aut aliter in genere, deinde exhibe diuretica. quòd, si sanguinem plurimum minxerit, da constringentia, da trochiscos de charabe, & huiusmodi, ut infra in sua rubrica.

CURA si ex retentione nimia, tunc administra mollificantia ex balneis, spongiis, & huiusmodi deinde immitte per frigā, & p̄cipuē oleū balsami, qd̄ est maximi iuuamēti in hoc casu. unde fiant tinæ ex fœnugræco, althæa, semine lini, carthamo, & huiusmodi, & ex cōsimilibus ēplastris aut inunge &c. & stringa, & per os da diuretica fortia.

CURA in facta propter oppilationem in meatu primò quia ibi sit apostema calidum, aut durum, tunc præmittatur phlebotomia basilicæ, deinde, si uideť; de saphena, & hoc quandoq; sufficit in prouocatione urinae Auic. quo facto cureť apostema, ut supra dictū est de apostemate uesicæ, & procedatur cū mollificatiuis lenientibus factis ex eis balneis, aut emplastris, dimittat styptica, & abtineat à cibo,

& potu saltem duobus diebus. item minore potu aqua, & rei aquosa, & cum mollificatum fuerit; comprime suaviter, & exprime. & conferunt hoc casu althæa, caules, porrum, coepæ coctæ, & exiccata, & emplastrata, similiter allium cum resta sua, ut supra de paucitate urinæ. in ea autem quæ est ex oppilatione propter humorē, aut sanie, regatur regimine cōuenienti; ut, si fuerit ex humoribus grossis; abstineat à cibis difficilis digōnis, uiscosus, de quibus in de lapide. quod, si fuerit sanies; abstineat ab acutis mordicatiuis, maximè qñ sanies illa est ab ulcere, ut supra de ulcere renum, & uesicæ: deinde dentur digestiua appropriata, incisiua, ut oportet, & oxymel squilliticum. laudantur item euacuatia, ut docet per os, & per inferius cū clystere, & hmōi. deinde administrantur diuretica fortia; quia humor uiscosus sic indiget, & maximè quādo aliqua præcessit digestio, & similiter sanies. item ualet balneū, & emplastra, & unctioes ad extra mollificatiua, aperitiua, resolutiua. & ex cōmendatis sunt aqua raphani, & fortior est decoctio eius. item aqua ciceris nigri, petroselinum, myrrha, amoniacum, acorus, anethum, semē eius, & foeniculus, anisum apium, thyriaca, mithridatum, & sunt uehementis iuuamēti, diacurcuma, & similia, de quibus supra sæpe. item, si contingat patientem esse puerum lactantem; dentur nutritiua similia alterantia lac, ut. f. lac recipiat uirtutē à tali re assumpta. & breuiter medicinæ ualētes in fractione lapidis sunt hoc in casu cōuenientes, maximè quando non est ulcus aut sanguis; & tu ibi. & semper sis attentus, q̄ ista non administrantur, nisi facta prius eūone materiæ antecedētis. & ex laudatis. ℞. sauiua, assari, amomi, ameos, petrosellini, sem. apii, rubæa tinctorū, amygdalarum amararum, spicæ. ana. 3. x. feminum melonis. 3. v. cantaridarū abscissis capitibus, & alis. 3. 5. amoniaci. 3. i. 5. resoluatur amoniacū in triplo uini ad ipsum amoniacum, & fiant pilule, ut auellanæ, & detur usq; ad. 3. iii. cum lacte. item iniiciantur semina, & assa, & quiddam addunt his castoreum, euphorbium, zinziber, piper longum, oleum balsami, ut supra de lapide, & dictum est manus dei. & intellige, ut dictum est, quando non fuerit ulcus; quoniam fortiter aperitiua acuta saltem sunt nocua: sed capillus ueneris est fortiter aperitiuus, & nō acutus: & idē cōueniens causa existente ex parte saniei. & ex habentibus proprietatē in hoc sunt uesica damulæ exiccata, de qua bibantur cum uino. 3. ii. & maximè in pueris. & cōsimiliter si est ex aliis causis primitiuis, aut per cōmunitatem ab alio membro, cura erit remotio illarū, & illius membri primò. quod, si oppilatio fuerit propter rem congelatam in collo; tunc curetur cum his, quæ dicta sunt de congelatione sanguinis in uesica, & administrantur emplastra, unctioes, iniectiones, item administrantur diuretica fortia, ut supra; ut aqua raphani, & hmōi, & sis memor canonis positi. embrocha ad hoc. ℞. sinapi, pulegium, & firmū columbinū, fac bullire, & embrocha, ut supra. item. ℞. baccarum lauri, amomi, aluminis, meliloti, & farinæ ciceris nigri, chamemillæ. ana. 3. v. dauci, sem. apii, sem. raphani. ana. 3. iii. 5. fac emplastrum cum oleo balsami, aut cum oleo liliorum, & cum aqua caulium, uel decoctionis allii. ex unguentis. ℞. serapini, bdellii, oppopanaci, acori, ana. cum quibus fac unguentum cum adipe anatis, oleo de liiis, & cera citrina. intentio bona. ℞. galbanum, oppopanacum, storacem, piper, ossa, & cum oleo balsami, aut de liiis distemperentur.

Quod, si oppilatio, & causa fuerit caro orta, aut uerruca; tunc cura erit cū balneis, mollificatiuis herbis, & seminibus dictis, oleis mollificatiuis, pinguedinibus, & hmōi, ut supra sæpe, & de cura oppilationis hepatis, & abstineat ab acetosis stypticis. & inquit hic Auic. Et fortasse proderit, & fortasse non proderit. & ex isto uerbo colligo, q̄ cura eius aut impossibilis, aut ualde est, & summè difficilis: quare de eius intromissione benè considera.

C V R A. in ea, quæ est à paralyfi, curet cura paralyfis, & in hoc confert simus columbi syluestris, si de eo bibat. 3. i. cū urina pueri. idē operatur stercus muris cum aqua decocti: anethi: item cōferūt iniectiones ex oleis, & aliis rebus appropriatis, de quibus sæpe actū est. item iniectio balsami. item assa cū lacte, & hmōi. & similiter, si fuerit ex spasmo

lacertis; curetur cura spasmi. & si à cerebro; quia à carabito, & hmōi; curetur illud prius. quod si fuerit ex uentositate; curetur cura uentositatis uesicæ. si uerò causa fuerit feb. & calor procedatur, quantum est ex hoc; cum seminibus frigidis; ut est semen lactucæ, aqua granatorum, & huiusmodi.

C V R A. in facta ex dolore primò incipe cum stupefactiuis incidendo, deinde procede, ut de cura ulceris dictum est. ex parte medicaminum, & dietæ, & intentio medicaminum conglutinantium, & rerum adherentium, prohibentiū mordicationem est magni iuuamenti; ut iniectio dragagati, seui hircini, aut arietis, & huiusmodi, ut supra de dysenteria intestinorum.

C V R A. in ea, quæ uicinitate suorū membrorū; ut ex stercore duro, apate, & hmōi, cura illa prius: similiter si ex hepate, aut rene. quod, si fuerit à cerebro, uel nucha; attende illis prius cū theriaca, mithridato, unctioibus cum oleo de lilio, de narcisco, de croco, de balsamo, emplastris cum oleo, ruta, nucē musc. & hmōi. deinde ea ad pecten applica

F & quæ ipsam confortent uesicam, de quibus supra.

C V R A. in ea, quæ est causa debilitatis uesicæ, procede prius abscindendo causam; deinde conforta uesicam; quia aliter nō sequeretur emissio urinæ; quoniam adhuc remota cā remanet debilitas: deinde da prouocantia; semper. n. sunt necessaria, nisi ex eis teneatur, q̄ faciant descendere materiā plurimā in uesicā. & breuiter, si causa fuerit lapis; attēde eius remotioni, & cōsimiliter remotioni cuiuscunquæ alterius cause: de quibus omnibus satis dictū est suis rubricis, per quas discurre. & sequēdo ducē enumerabo multas medicina; quæ à proprietate, & artificio, & qualitate manifesta sunt urinæ prouocatiuæ. & ad literā primo adduco, quod scripsit in fine capituli de cura ambarum simul inquit. Et scias, q̄ lac est magis res conueniens eis; cū non est fe. & omni hora, in qua sunt daudæ pilulæ similes auellanis de feminibus. f. fortibus: & cum est fe. tūc consilium meum est, ut cū lacte sumantur; quia illa semina sunt nimis fortia: hinc lac cōtemperando austeritatem eorū, & uentrē lenificando per partē, eius serosam est maximè conueniens. &

G quoniam frequenter dictum est incipiendo per siringam inde cura lapidis satis apertum ad complementum eorū sic positorum, & dicendorum; scito, q̄ siringandus debet habere situm proportionalē clysterizando. stet itaq; ipse sedes supinus, & eleuatis coxis, genibus, & apertis, & trahat ad se continuē ut potest, orificium ani, & melior siringa certè est de argento; licet aliqui eam de plumbo, aut stanno cōponāt, ut sit magis flexibilis, sed, ut extimo, ita subtilis fieri non poterit, sicut de argento, & ita conueniens, laudat tñ Aui. de plumbo, & de stanno. & subdit. Et aliquando fit de argento. uel stet erectus, & cum manu descendendo comprimatur pecten. sed hic nota tres casū. primus, ut supra, q̄ non intromittantur, dū adest apā. secundus, quod non frequentetur intermissio, & extractio; qñ hæc lædunt; & tu cōsidera. tertius, quod intromittatur usq; ad medietatē, & usque ad finem uirgæ. sed de siringa, ut supra nota, quod duplex est; una, quæ dicitur siringa propriè, & asimilat clysteri: Alia, quæ dicitur nostro in uulgari bozzarolo, & hæc trahit aquositatē ad se ui uacui, & ea utuntur chirurgici in lauandis ulceribus. & de medicinis ad hoc sunt simus columbinus cū mummia iniectus, item suppositorium de salgemma, item, ut supra intromissio pediculi, aut cimicis in uirga, item emplastrum ex alio, aut allio, aut cepe, item iniectio olei de scorpionibus. nota tamen, ut supra de lapide renum, & uesicæ, quod ista non debent sic primò administrari, nisi post administrationem rerum mollificantium, & aperientium ad extra ex balneis, semicupiis, emplastris, super pectinē, peritoneon &c. item ualet & optimè impositio candelæ paruæ, & ego feci, & successit. item terantur folia parietariæ, & frigrantur in patella cum oleo antiquo, uel de chamemilla, & superponatur pectini, & est usuale. item. ℞. folia sambuci, parietariæ, radicum dauci, petrosel. cantaridarum abscissis capitibus, & alis, et decoquantur, et cataplastmetur. item massa fili crudi cocti cum cineribus, et sic calida superponatur. item ualet et maximè ster-

H cus bouis rubei calidum superpositum, item oleum de anetho,

anetho, in quo decoquantur cimices, cantarides, faseoli, & pectini applicentur. item semen urticæ pulverizatum. 3. i. & bibitum cum uino statim prouocat. furfur bulliat in succo apii, & calidum supponitur pectini statim prouocat. lac de nucleis persicorum cum seuo caprino potenter ualet. mercurialis, senation, allium, bulliant in uino & oleo, & cataplasmatizetur. baccæ hederæ sex, uel circa cum aqua, & uino calidis datæ potenter; immò & lapidem frangunt, ut suprâ de lapide renum. radix raphani cum uino bibita albo, & est fortissimæ efficaciam. uinum decoctionis iringorû cum uino al. radice bullita, & est forte cum zuccha. cito mingere facit, & est certum galbanum in potu datum, & exterius emplastratum certissimè prouocat. & breuiter, quæ posita sunt de lapide renum, & uesicæ, sunt hoc casu conferentia. quòd, si plura cupis; ad eas accede rubricas. & scito, quòd tinæ, & semicupia sunt magnæ, & fortis efficaciam. & ideò ad eas faciendas stude, si leuia prius tentata non profuerint; hæc enim passio est præuia ad ileos mortalem; quia, cum uesica ex urina retenta tumescit; colon sibi superpositum comprimit. unde fit retentio fœcû. quare dolor causatur colicus, aut iliacus, & apostema uesicæ, & mors, quare ad eam curadam festina. postremò cum omnia non contulerint usque ad dies. v. uel circa; ut quando, scilicet res posita est in desperatione; apponitur causticum in loco peritonei, deinde fiat incisio leuis, & parua in loco magis carnosio ipsius uesicæ: deinde, ut expedit, procedatur cum cõsolidantibus, &c. cum chirurgico apparebit, & uirtutem semper benè considera; quoniam, si fuerit multum debilis; deficeret propter uehementiam doloris, ut contigit in domino Charolo de la turre militi. & sic hæc satis.

De distillatione urinæ. Rubrica. 14.

DISTILLATIO urinæ est inuoluntarius, & paulatim exitus urinæ cum pauca quantitate cum impotentia continendi.

CVIUS causæ communiter quatuor assignantur. prima quidem sumpta est ex parte acuitatis urinæ ipsius, secunda ex parte multitudinis eius, tertia ex parte uesicæ, colli, & lacertorum. quarta ex parte renum, hepatis, & membrorum principalium sibi cõciantium sensum, & motum; nam acuitas urinæ mordicando uirtutem expulsuam incitat. quare non expectatur digestio, collectio urinæ; sed, cum est in uesica pauca quantitas mordicans; stimulat. & causa acuitatis urinæ à primitiuis sumpta est cibi acuti, potus uini potentis, exercitium coitus, & huiusmodi. à causa antecedente humor cholericus falsus, & huiusmodi, item & caliditas hepatis, & renum. ex parte multitudinis; quia uirtus multitudinis grauata nititur se degrauiare, & quia nõ potest in unica emissionem propter grauitatē multiplicat guttatim emitendo. item & tumefacta uesica non potest debite constringi à musculo: & ideò non nisi parum emittit. ex parte uesicæ; propterea quia contētua eius debilitata: unde illud paruum, quod congregatur, emittitur, & huiusmodi: debilitatis causa est mala complexio frigida secundum plurimum, item propter communitatē ad cerebrum, aut ad matricem nam, quando matrix est plena foetu: comprimit uesicam, & egreditur urina: unde prægnantes frequentet conqueruntur. item ex dislocatione spondilis, item ad intestina repleta fœcibus. item quia expulsua est debilitata etiam; quare non potest nisi parum emittere. & causa debilitatis eius est, aut in seipsa, aut per communitatem ad hepar, renes, aut propter malam complexionem puram, aut cū sanie ex apostemate, ulcere, & hmõi in ipsis contingentibus. secundò; quia in uesica est ulcus, aut scabies ipsa retentiua debilitans propter dolorem etiam, quem sentit ex acuitate urinæ, statim stringitur uesica super illud modicum, quod ad eam uenit, & sic distillatur urina. tertio, quando in uesica est oppilatio nõ cõpleta prohibens exitum urinæ multam in una uice ex parte colli; ut quia musculus eius sit debilitatus non potens constringere meatum: unde urina guttatim egreditur. itē quia mollificatur superfluè, aut quia accidit stupor in eo, aut destructio sensus; sicut accidit anno propter ulcus, aut propter malam complexionem frigidam fortem cū materia, & absque materia. & ideò in alboratis uiderur, quod urina guttatim emittitur, quæ est aut per essentiã, aut sibi

A cõmunicatur à cerebro. item quando debilitantur musculi uentris, & nocumentum communicantur musculo uesicæ, & dictum est in pauca quantitate; quoniã, quando sic exit, & in multa quãtitate; subito dysuria appellatur ab ipsa distillatione, sic in quanto differens cū ea, tñ conueniens in causa, & cura. dicunt tñ quidã, oportet cõtentiua in dysuria esse ablatam; in distillatione uerò diminutam, & ratiocinatur causas in dysuria fortiores esse; sed de nominibus à medico non est disceptandum, ut sæpe suprâ.

SIGNA demonstratiua, quæ sunt ex parte acuitatis urinæ sunt ardor, & dolor in uirga, & circa pectinem, uel fœmur, & paucitas urinæ cum distillatione inuoluntaria, & reliqua de ardore urinæ sua rubrica dicta sunt.

Signa, si fuerit propter multitudinem, illud comprehenditur per distillationem uesicæ cū grauitate notabili percepta in ea, & quòd præcessit regimen urinæ multiplicatum; retenta est longo tēpore, & aggregata. item aliquando apparet tumor in pectore, & certificat te intromissio digiti in anum, ut de lapide dictum est.

B Signa, si fuerit propter oppilationem, ulcus, & lapidē uesicæ, & huiusmodi; iam præterierunt signa eius.

Signa, si fuerit ex debilitate uesicæ; tunc patiens nihil, uel quasi nihil emittit de urina, & quod emittitur inuoluntariè exit, & si cum digitis premitur uesica, uel fœmur; exit urina uiolenter. quòd, si fuerit propter debilitatem musculi eius, aut musculorum uentris, comprehenditur ex mala cõplexione in eis communicata, ut suprâ.

Signa, si fuerit cõitate cerebri, aut dislocatione spondilis, aut propter foetum in matrice, aut propter stercoris multitudinem, & hmõi; facilliter, & suis manifestis cõprehenditur signis, & fm plurimū signa eius erūt signa phlegmatis, & humorositatis, à qua fm plurimū contingit. quòd, si ibi fuerit humiditas; urina inuoluntariè emittitur secundum tempus, aut paulatim distillando absque ardore, & puctura. & apparent in urina superfluitates albæ, longæ, uel rotundæ.

PROGNOSTICA. si hæc passio durabit, quæ fœda est per compassionem uesicæ ad alia multa mēbra, ita illa lædet, ut de aliis passionibus uesicæ dictum est.

CVRA. canones. primus ordinatio diætæ, secundus digestio, tertius euacuatio, & hoc si necessarii sint, quartus est abscisio causæ tam interioris, quàm exterioris, si quæ exterior sit. quintus confortatio membri.

Tres primi comprehenduntur cum dictis sæpe suprâ.

Et pro cõplemento quarti scito, quod administranda sunt medicamina uaria fm uarietatem causas, & à membris, in quibus sunt causæ ipsæ: nã, si sit causa in lacerto fm essentiã, quæ secundum plurimum est frigida, & humida, tunc applica medicamina calida exiccantia ex dictis suprâ, & sub forma aut emplastri, aut unguenti, aut siringando, & huiusmodi. quòd si fuerit ex dislocatione spondiliis; reducatur spõdile, si possibile est: si ex communitate ad cerebrum, aut ad aliud membrum; cura est rectificatio illius membri. si ex multitudine urinæ; cura perficietur cum medicinis diabete infra dicendis. quòd, si fuerit ardor, aut acuitas urinæ, & huiusmodi; cura iam dicta est: & similiter, si ex causis euenerit primitiuis ex cibis, & potibus, & huiusmodi; cura erit remotio illarum, & introductio contrariarum. & sis memor, quòd tinæ sunt maximi iuuamenti, & in remouendo malam complexionem derelictam. & talia cura ex casu, percussione dimittatur chirurgicis: & satis sit tibi et ex dictis suprâ rubrica.

Quintus perficitur cum medicinis habentibus confortare neruos mollificatos, & propriè inferiorum partium, & propriè uesicæ à proprietate retinere urinam, ut suprâ de paralyfi: & hæc fm plurimum sunt calidæ stypticæ; quia causa, ut suprâ, est frigida, & humida. ex simplicibus sunt cyperum, sandaraca, thus, & cortex eius, myrrha, storax, pithrum, enula sicca, halasce, semen urticæ, & est forte, assarum, macis, anacardus, nux muscata, ciminum, origanum, cinamomum, stœcados, gallæ, cupressi, acorus, & huiusmodi. & sint cum melle dati. & ex compositis, ut suprâ, est theriaca, triphera maior, confectio anacardina. quòd, si ex defectu, & impotentia expulsuæ processerit; administrantur prouocantia cū stypticacione pauca simplicia, uel cõposi-

Practica. 5. r 3 ta. &

Straguria
græcis, uri
næ stillici
dium no-
stris pun-
cupatur.

ra. & tu compone ex datis commiscendo prouocantia cum stypticis leuibus. & mūmia proprietatem habet in hoc, lutum armenum, merdasengi, & hmōi, quæ ad intra administrantur: ad extra verò inungatur pecten ex oleo de mastice, de ruta, de spica cum modico castorei, uel euphorbii. quòd, si ex caliditate, & humiditate processerit, quòd est rarò; conuenientes erunt styptica frigida; ut coriandrum ros. fructus styptici, semen portulacæ, genera myrobalanorum, coralli, camphora, bolum ar. cum zuccharo sumptū. exterius inunge cum oleo ros. myrtino, omphacino, de balauistiis. caro hericii urinam retinet. ex compositis ex causa frigida. ℞. castorei, myrrha, halasce, cupularum glandium, pirethri, ana. conficiantur cum aqua dissolutionis myrrha, dosis. 3. i. medicamen ad calidam. ℞. coriandrorum exicatorum, rosarum rubearum. ana. 3. i. spodii. 3. v. seminum lactucæ, portulacæ. ana. 3. vii. boli armeni. 3. iiii. camphoræ. 3. i. gummi arabici. 3. i. confice cum aqua granati acetosi. item confice ex carabe, bolo armeno, myrobalanis, lente, medullis glandium, & hmōi. mentha in frigida causa maxime commendatur: item mastix, galanga, & hmōi etiam stomachum confortantia. trochisci ad idem. ℞. castorei, myrrha, halasce, cupularum glandium, pirethri. ana. confice cum syr. myrtino, aut succo eius si habetur. dosis. 3. i. item ad idem nigella, & semen rutæ. ana. & pro senibus ualet. ℞. castorei, opii, seminis iusquiami albi, seminis rutæ. dosis. 3. i. cū. 3. i. uel. ii. uini. & mummia iniecta facit retinere urinam, ut supra. & hæc sic satis tibi.

De exitu inuoluntario urinæ. Rubrica. 15.

EXITURINA quandoq; contra hominis uoluntatem. huius dispositionis causæ quinque assignantur ab Aui. quarum prima est colli uesicæ paralyticatio; unde collum tunc semper apertum remanet, & urina exit. secunda est debilitas contentiuæ, tertia plurima attractio à renibus; nam quando multa urina ad renes trahitur; tunc multa comunicatur uesicæ. quarta dislocatio spondilium uersus interius; nam sic uesicam coarctant, ut continere minime possit urinam. quinta est repletio membrorum sibi propinquorum; ut sunt intestina, matrix, nam repletio multa intestinorum comprimendo; & similiter repletio matricis, maxime quando foetus est magnus, est causa comprimens uesicam, & prohibens ipsam continere. & ideo prægnantes multi temporis frequenter urinam emittunt, ut in præcedenti rubrica ex dictis. hæc de causis, & supra.

SIGNA. Signis uesicæ poteris harum causarum signa comprehendere, & faciliter: & ideo princeps non aliter de signis scripsit.

CURA. canones ordinatio diætæ, digestio, si materia indiget, euacuatio, remediorum particulariū applicatio, & diuersorum secundum diuersitatem causæ membrorum coarctantium, correctio accidentium, & eorum remotio.

Diætâ ordinetur ad contrarium causæ. materia digeratur, si digestionem indiget. quòd, si à sola qualitate prouenerit; sola sufficit alteratio. & nota hic, quòd quandoque à caliditate potest prouenire hic inuoluntarius mictus, maxime quando est excedens; quòd est rarò ualde. quo casu procede cum frigidis stypticis sæpe narratis; ut sunt coriandrum, rosa, spodium, semen lactucæ, semen portulacæ, bolum armenum, camphora, gummi, granatum acetosum, carabe, glandes, myrobalani, lentes excorticatæ, acetum, & huiusmodi. consimiliter etiam & euacuatiua habes supra quarto trac.

Membrorum communicantium correctio suis queratur rubricis iam dictis, aut dicendis. quòd, si fuerit ex dislocatione; queratur reductio.

Accidens, quòd euenire consueuit, est sitis supflua, cui succurre, ut sæpe dictum est cū frigidis, & hu. & hic comendat Aui. lac cum farina hordei. ualent thamarindi retenti in ore, ite pruna, item marascū, item zucchar candi, ite semetoniorū, item succus frigidus & hu. & cæteri fructus.

Restat complementum quarti. propter quòd nota, quòd eius complementum est ex his, quæ posita sunt in præcedenti rubrica. unde, quando est à renibus; cura est cura diabetis, de qua infra statim. & ex conferentibus in causa frigida sunt cyperi, acori, enulæ sicca, medullæ glandium, ana.

3. ii. myrrha. 3. iii. dosis est coclear unū. & diaciminum est iuuamenti ualde, & maxime in causa frigida, & etiam epithimatum, item thus est iuuatiuum. dosis. 3. ii. in potu. item conferunt clysteria ex rebus calidis, siccis, stypticis confortatiuis uesicæ. de quibus supra. & oleum de been est forte ualde. Aui. in fine de hoc.

De mingentibus in lecto. Rubrica. 16.

CAUSAE huius uituperosæ dispōnis iam pro parte dictæ sunt. unde mollificatio lacerti colli uesicæ est una, de qua actum est pluries. secunda est acuitas urinæ uirtutem stimulans, de qua etiam. tertia est profunditas somni; nam tunc impletur uesica. unde uirtus incitatur ad expellendū, ac si uigilaret: accidit itaque sic uoluntas urinandi. unde expulsiua tūc obediens cogitatiuæ expellit; uirtutes nāq; naturales sic cogitatiuæ in summo obediunt, & est mirandum certè tale opus creatoris. & hæc passio frequenter accidit pueris, quæ in ipsis non est timenda multum; quoniā procedente ætate exiccantur: & sic ex consequenti lacertus uesicæ, qui propter humiditatem relaxabatur, etiā somnus continuè minus profundatur.

SIGNA demonstratiua sunt satis nota uisu, & infirmis relatione. quòd, si causa fuerit caliditas cum humiditate; tunc erit sitis aliqua, & sensibilis caliditas in renibus multum intensa, & aliqua mordicatio in urina, & profunditas somni cum reuolutione in lecto; etiam hoc ultimum magis consueuit pueris accidere. unde, cum reuoluuntur in eo motu; exiccatur expulsiua, quæ cum sentiat se grauata; expellit ad extra urinam, cuius expulsionem non percipit puer præoccupatus somno graui, & profundo. quòd, si fuerit propter frigiditatem; tunc apparebit sensibilis frigiditas renum, & totius, & priuatio sitis, & urina est absq; mordicatione percepta, & profunditas somni maior cum reuolutione in lecto, & erit urina turbida spissa.

Signa, si fuerit pp mollificationem lacerti uesicæ, uel paralyticam; tūc, in uigiliis et emittet inuoluntariè, & insensibiliter.

Signa, si fuerit propter nimium potum, & usum diureticorum; stabitur narrationi infirmi, uel astantium.

CURA duarum primarum iam dicta est in rubricis præcedentibus de mollificatione uesicæ, & distillatione urinæ.

Sed pro tertia causa nota, quòd in adultis grauiter, siue difficulter curatur. & cura eorū est tres canones; primus est ordinatio diætæ, secundus est euacuatio, tertius est particularium administratio.

Primus cōpletur cum alienatione causarum faciētium multiplicare urinam: de quibus de multitudine urinæ infra in rubrica sua, & cum alleuatione cibi, & potus, & per maxime potus aquæ plurimæ, & cibi aquosi, aut apti transire in aquositatem; ne inde urina multiplicetur: & sic cibaria, & potus sicca erunt humidioribus conuenientiora.

Et breuiter absteineat à rapis, naponibus, cucumeribus citrullis, melonibus, pipere, zinzib. carui, uino aquoso, & hmōi tam calidis, quàm frigidis aptis urinam prouocare, aut sua acuitate aptis uirtutis expulsiuam stimulare; ut sunt acuta, porrum, allium raphanus, salsa, & hmōi. à somno profundo nimio sæpe excitentur ab eo, & innitatur ad mingendum, antequam se ponant ad dormiendum, & postquam dormierint; aliquid moueant se, & mingere conentur, & adhibeantur uera cōtraria ex rebus stypticis cibo, & potu; ut est uinū stypticū lymphatū cū aqua decoctiōis sumach, myrtillorum, & hmōi. ite condere carnes cū uino granatorum, agresta, nespillis, & hmōi, ut supra de dysenteria. & quoniam in isto primo regimine claudunt ea, quæ se tenent ex parte accidentiū anime; hinc sic primò dicat, quæ tales, si sint pueri; uerberentur, & sub timore teneant cū minis; ut ex his se abstineant. ite ducant ad locū, in quo mingere consueuerunt. & ibi habeatur puer, aut puella de petiis in eorū præsentia bis, uel ter in die uerberentur; ut ex hoc actu in memoriam sæpe ueniat timor de mingendo, & ab eo sic absteineant. quòd; si fuerit adultus, & uir; redarguatur cum uerbis acerbis, & in loco, in quo consueuerunt mingere, ducatur. quòd, si fuerit lectus; in lecto ipso ponat anchona, seu figura alicuius sancti, uel sacrum aliquod tale reuerētia dignū; ut, cum de eo recordatur; uerecundabitur mingere.

Secundus perficitur cū euacuatiuis diuertētibus materiis,

rias, ne fluant ad uias urinæ; nam iuxta semen nostrū, urina pauca, secessus multus, & econtra. & maximè cōmendatur uomitus, cōmendantur clysteria, usus pilularum, & hmōi.

Pro tertio dicatur, q̄ medicinæ cōuenientes in hoc casu sunt medicinæ exiccatiuæ, stypticæ, neruorū confortatiuæ; quia remouere possunt relaxationē ad uigorandū contentiuam, & debilitādum expulsuam. hæc complentur diuersis ingeniis exhibēdo. s. per os, per inferius, & ad extra applicando emplastra, unguenta, balnea, fomentationes, & hmōi. laudat enula, myrobalani usti, storax, glans, thus, myrrha, uinū nigrū, myrtus, & hmōi, de quibus sæpe supra. itē & herbæ, & c. de mollificatione supra. ii. cap. trac. sexti. itē & de mollificatione uesicæ. & oleum de been est ultimum Aui. & ex expertis. R̄. glandium, thuris, myrrhæ. ana. 3. 5. decoquantur in. 3. iiii. uini usquequo redeat ad. 3. i. & colēt, & potetur cū pondere. 3. i. olei de myrto: & est Aui. & hoc remediū summè laudat Gen. Franc. de Pedemontium, & ceteri multi. ualet etiā cerebrum leporis nutritū cū uino: itē renes leporis exiccati; ut. R̄. eorum, seminis anethi partem. i. pirethri, & semi. apii par. 5. Aui. quod, si dicatur; apium prouocat & c. dicitur, q̄ ponitur, ut ductiuum, ut supra de renibus. & dosis est. 3. ii. cum aqua frigida. puluis uesicæ caprarum cum aqua prodest. itē ualet theriaca, triphera, itē uesica tauri, uel apri cocta cū aceto, itē à proprietate caro ericii, & puluis eius, de quo Aui. c. de ericio. itē clysteria ex his, quæ urinam retinent, & earum iniectionē. itē ualet mentha, itē compone electaria confectioes, & pilulas, trochiscos, & balnea, semicupia, & hmōi, ut uidebitur; nam styptica, & calida, & frigida, & confortantia neruorum, & uesicæ sunt hoc casu, ut supra; confortatiua: de quibus ad plenum in de dysenteria: & tu ibi. post emō, cum alia non cōferunt; mollifica uesicam cum pauca olei, & ipsam applica uirgæ, & anchis; ut, cum minxerit; non mingat in lecto: non enim multiplicauit; quoniam multa ac plurima sunt posita ad hoc conferentia locis alle. & tu ibi. Gulielmus Placen laudat hunc puluerem, maximè quādo est à frigiditate, & humiditate. R̄. glandium siccarum. 3. x. thuris. drac. vii. myrrhæ. drach. 5. coriandri affati, acori, cypri. ana. 3. ii. 5. iterantur, & cribrentur, & sumatur de isto puluere stomacho ieiuno. 3. ii. cū uino rubeo, styptico, lymphato cum aqua decoctionis piperis longi, galangæ, cardamomi, croci, & cum isto eodem puluere cōdiantur cibaria sua, & cum aqua decoctionis istarum rerum uinum eis lymphetur. & hæc breuia sufficiant; quoniā multa, ac plurima dicta sunt huic dispōni cōuenientia in rubrica de inuolutaria emissionē urinæ, & de multitudine eius infra.

De diabete. Rubrica. 17.

DIABETES est propria passio renum, qua urina indigesta, siue uelut aqua magna in quantitate multiplicatis uicibus ad extra mittitur. cuius causa secundum plurimum est caliditas ignea, siue excelsiua ipsorū renū, ob quā ab hepate, & à toto aquositate multam attrahunt tam ipsi, quā ipsi multitudine aquositate grauari, & debilitate uirtutis contentiuæ eorum concurrente sustinere non possunt, ad quod concurrat pororū uiridū nimia apertio; renes nāq; ex nimio calore exiccati trahunt ab hepate, & hepar à stomacho, & intestinis, sicq; patiens exiccatur, & ualidam incurrit sitim, & ut Aui. frequenter, quæ ad liquationē, & ad heticam corpus perducit. & dicitur diabetes idem, quod penetratio; nā quod bibitur, in tempore breui penetrat, & egreditur. unde Passionarius. Diabetes est nimius fluxus urinæ. a quibusdam dicitur diaphicos. idem est, quod sitim faciens, ab aliis lubricitas renum, a nonnullis diarrhæa. & in summa est mala renū dispositio, ob quam multo plus de urina egreditur, quā naturæ corporis conueniens sit, & proportionatur lienterie stomachi; nam, sicut cibus indigestus, & in stomacho morā non cōtrahens multam ad extra sicut indigestus emittitur; & sic & aquositas ad renes ueniens, & eorum caliditate secundum plurimum ad eos tracta in eis non se figens, propter causas assignatas ad extra poros dilatatos, & uesicam propellitur: nā, cum moram in hepate, ac renibus aquositas ipsa non contrahat; minimè digeri potest, ac colorari. ex quo dicitur ad argumentum, quo probaret ipsam debere esse coloratā propter hepatis

A ac renum excelsiuam caliditatem. dicitur magna in quantitate; nam aquositas ab hepate, stomacho, intestinis, & a toto mouetur ad renes. unde uidi hominem diabeticum in die naturali emittere quantitate. 24. lib. & non in multis uicibus. dicitur cuius causa secundum plurimum; quoniam etiam ab alijs potest causis contingere; ut à frigiditate, & ab humiditate. unde nimius aquæ frigidæ potus, sessio longa super lapidē, statio in aqua, aut niue, & huiusmodi possunt esse factiua causa diabetes. & intellige, quod omnis talis mala complexio factiua diabetes calida, aut frigida, quādoq; est materialis, q̄q; nō. propter quod in cura eius quādoq; sola sufficiunt alterantia. unde indifferēter omnis causa apta debilitare renes, & ipsos exiccare excelsiue potest esse causa factiua diabetes; ut sunt superfluous coitus, ut uidi in sene Andrea de Anselmis, superfluous labor, siccitas fortis à caliditate febris ueniens, appositio rerum calidarum, item multus usus rerum diureticarum. & hic aduerte periculum in his, qui consueuerunt pati calculum ex usu diureticorum fortium.

B SIGNA demonstratiua eius iam nota sunt ex positis in eius descriptione. quod si contigerit caliditate superflua renum fortificante attractiuam; tunc percipietur caliditas in renibus, & lumbis, & erit urina multa in principio, & declinans ad aliqualem rubedinem, & minorem, quā quā est ex defectu distractiuæ hepatis, & maximè cum meatus emulgentium amplificati erunt, & erit sanguinis abundantia in uenis, & quanto magis de sanguine erit, tanto magis rubebit urina. procedēte uerò tēpore diminuto sanguine, & proinde cōstrictis meatibus membrorum, & exiccatis egredietur urina in qualitate, seu colore potus; quia erit urina subtilis, alba, aquosa, ac si esset aqua, deinde procedēte, cui nō succurritur, ingrossatur urina, & reditur, sicut lac, q̄. s. humiditates membrorū cum ea cōmiscētur ipsis liquefactis, & sequit inde mors fm plurimū. & cū hac dispositione est sitis intrēsa ualde, & tales magis desiderāt aquā, quā alium potum aquæ, uel alterius liquoris. non remouetur sitis, & sicut bibit, ita statim, uel per paucum tempus post mingit ita, q̄ non alteratur potus in colore.

C Quod, si id cōtingit ex frigiditate lædente contentiuā, tunc in lumbis, & renibus perciperetur frigiditas manifesta, & urina in principio non erit multæ quantitatis respectu consuetæ; sed in posterum multiplicabitur, & erit sicut lotura carnis, minus tamen tinctā, quā in præcedenti: deinde, ut supra, mutabitur, & erit magis aquosa, magis alba, & erit cum siti remissiori, & minoris quantitatis, quā ex causa calida. & est hæc passio cum siti uehementi, & uehementiori, ut dictum est absq; feb. & absq; ardore urinæ. & accidit iuuenibus habentibus renes calidos ex causa calida, & mulieribus, ut plurimum ex causa frigida.

P R O G N O S T I C A. hæc passio quandoq; perducit corpus ad hydropem propter infrigidationem hepatis, & alia mala nocumenta, ut dictum est.

C V R A. canones. antequā ad curā accedas; scito, q̄, nisi cito succurratur huic passioni; corpus incurrit periculum mortis; quia aut hydropē propter errorem digestiuæ, aut heticam propter defectum nutrimenti; maceratur enim corpus, & cōsimiliter uenter constipatur, & moritur æger & idē sollicitus esto, & in eius cura prius attēde, si est cū humorum uitio, an non; quoniam, si fuerit absq; humorum uitio; sola sufficiunt alterantia, de quibus post. canones. ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, medicinarum applicandarum consideratio, ultimò accidentium correctio in hac passione uenire consuetorum.

Diætā semper debet eē frigida, & hu. & idē dixit Aui. quapropter plurimū curatiōis eius est infrigidatio, & humectatio cum fructibus, & oleribus, & robur frigidis de illis, quæ non prouocant, de quo supra. quiescere in aere frigido, & humido, sedere in tina aquæ frigidæ tandiu, donec fortasse cōgeletur, & sedēt sitis eius, & infrigidēt renes. & fortes fiant lacerti eorū. quæ oīa intellige præcipuē tēpore existente calido. & confert in ea odorare camphorā, & nenuphar, & similia de redolentibus frigidis. & de illis, quæ ualent ad hoc, est dormire, & occupatio à siti est regimen antecedēs. quare oportet, ut occupetur saltē in su-

Dibitis, græcis, latinis diabetes appellat, ab aliis hydrops seu hydros seu amida ac si dixerim aqua inter cutē ad matulā, a nonnullis diarrhæa, hisuria profluuū nēpe, vrinzue fluor, atq; demū ab exhausta siti diplosos seu siens malum.

mendo in potu superfluitatem aquæ frigidæ. & melius illo est, ut sumat in potu aquam frigidam ualde, deinde euomat eam, & iteretur in eo. & oportet, ut conuertatur aquositas à renibus cum uomitu, & sudore forti. & de illis, quæ oportet ipsum deuitare, est labor dorsi: & ideò coitum, & assumptio diureticorum, & lenificatio quidem naturæ confert eis, & si non cum aliis saltem cum clysteribus temperatis: plures nãq; eorum sicce sunt naturæ. & de ebibitis iuuatuum est lac, de quo extrahitur butyrum acetosum infrigidatum, & de ipso melius est, quod est ex lacte ouino aquæ cucurbitæ assatæ, & succus citrulli cum psyllio, & aqua granati acetosi, & aqua mori, & aqua prunorum, & similia eorum. & sit potus huius generis, & eorū fructus cum aqua, quantum possibile est. & robur menthæ confert eis ualde, & aqua ros. immò succi ro. 3. i. confert eis sedans sitim eorum, & sit dosis quãtitas coctilis. i. uel. 3. i. lactis. item aqua distillata ex lacte uaccino butyro extracto, aut lacte ouino acetoso butyro extracto. & de illis, quæ experti sumus ad illos est, ut sumatur alfoca; quia cibus factus ex pane de farina hordei quotiens comburatur, hoc est, magis frigidum quare bibatur infrigidatum. uoluit Boali, q; cibi ultra infridationem debent esse unctuosi: & ideò aduerte, inquit, oportet uti cibis unctuosis, refrigerantibus, & resumentibus: & hmõi sunt caro hædorum, agnorum pedes, & medulla, oua sorbilias; quod intellige albumen cum uitello. itẽ comedat caseum recentem, pisces recentes, & aliquantulum magnos, butyrum: ex oleribus portulacam, lactucam; ex fructibus poma, pira, citronia, granata, iuiubas recentes amygdalas. & hic considera textum Aui. inquit circa finem capituli. & oportet, ut à fructibus custodiatur, in quibus è infrigidatio, & stypticatio cum prouocatione, sicut sunt citronia, sicq; apparet contradictio, quam tu per te solue. & in summa cibi sunt grossi, & difficilis digestionis maximè, si uirtus est fortis; ne à calore hepatis comburantur, & corpus, aut præcipuè, si causa est calida, cibi subtiles in choleram conuertantur: unde iuscula hordei in causa calida sunt maximè conuenientia. conuenit lac ouinum decoctum cū aqua usque ad consumptionem aquæ, pinguedines gallinæ pinguis, pedes præcipuè uaccini, pisces recentes cum aceto præparati, & huiusmodi.

Secundus perficitur cum digestiuis appropriatis materiæ; ut in causa calida competit iulep uiolatum, ros. oxyzacchara, & hmõi, de quibus quarto tra. unde in summa debent esse infrigidantia, & humectantia: in frigida uerò econtrã, de quibus allegato loco: & tu ibi.

Tertius completur in causa calida quandoque incipiendo à phlebotomia; cum eius necessitas uisa fuerit, ut extinguatur caliditas hepatis, & renum. quòd, si non fuerit necessaria; euacuetur cum euacuantibus choleram ex datis supra quarto trac. ut sunt diaprunis, & medicina in hoc singularis cum elec. de succo ros. item cassia cum eodem elec. & licet pilulæ conueniant; cõueniẽtiores sunt liquidæ in passionibus renum præcipuè, ut dictũ est supra. xviii. cap. & præcipuè quando est à causa calida. quòd, si materia fuerit frigida; euacua cum ænematibus, & aliis euacuantibus materiam frigidam, ut est benedicta, & hmõi, de quibus allegato trac. & tu ibi.

Pro quarto scito, quòd in summa Aui. uult, quòd in causa calida medicinæ exterius, & interius applicandæ sint frigidæ & hu. & aliquando liceat transire ad stupefacientia, inquit. Et stupefactio partis alchatim est ex illis, quæ conferunt per dormitionem uirtutis ab inobedientia aquæ, & defectu eius ab attractione tantum. item conferunt styptica in confortatione renum. sint itaque frigida, humida, saltem actu, styptica etiam quandoque. unde summè laudatur cõmixtio aceti cum eis, quæ ad extra ponuntur, & in tempore calido sint actu frigida, in frigido saltem tepida. medicinæ autem sic in passione dari consuetæ diuiduntur in eas, quæ per intra, quàm in eas, quæ ad extra applicantur. ad intra parantur potus, electaria, clysteria, & huiusmodi. ad extra uerò unguenta, balnea, cerota, emplastra, epithemata, & huiusmodi, de quibus exempla ponam, aqua hordei cum sy. de papauere, aqua granatorum muzorum, aqua citoniorum, lac uaccinum acetosum, ut supra: & sic de aliis

E frigidis contemperantibus caliditatem renum hepatis, & aliorum membrorum fouentium renum caliditatem, si quæ sunt. & hæc per te ex milies datis fabrica. item maximè conferunt clysteria ex rebus frigidis, & stypticis. item & est forte clyster ex lacte, de quo extractum est butyrum cum succis frigidis stypticis. item dantur troc. frigidi camphorizati; ut troc. de spodio cum camphora, & aqua cucurbitæ, & aqua granatorum. item troc. de balauistiis, quorum descriptio est. R. acaciæ. 3. ii. ro. 3. iii. balaustiarum. 3. iii. gummi. 3. i. draga. 3. 5. bibatur cum mucillagine psyllii & aquæ cucurbitæ, & si uidetur; adde camphoram, & in summa materialia sint frigida, & styptica, de quibus supra de dysenteria; ut sunt sanguis drac. bolus ar. balaustia, hypoquistidos, acacia, cupulæ glandium, myrtus, & huiusmodi: & tu compone. ad extra ponuntur quandoque in semicupio aquæ frigidæ usque ad umbilicum, & pro tunc inungatur hepar ex rebus frigidis, de quibus de mala complexionem eius supra. inungantur etiam renes consimiliter, & sic permittantur stare donec eorum caliditas, & siccitas extinguatur. unde Auic. Et sedere in tina aquæ frigidæ tandiu, donec fortasse congeletur, & sedetur sitis eius, & infrigidentur renes, ut supra. unguenta, ac cerotaria fac ex rebus frigidis, stypticis, humidis; ut sunt succi ro. solatri, & huiusmodi cum aliis, de quibus hic ante, commiscendo quandoq; & calida styptica, ut urget necessitas etiam propter membri complexionem. ualet & epithema factum ex thuris. 3. ii. acaciæ. 3. iii. succi barbæ hircinæ, laudani, ramich omnium. ana. 3. ii. gallarum. 3. i. terantur, & intingantur cum aqua myrti: & est Auic. compone ex consimilibus emplastra; nam in summa, ut dictum est, talia componetia sint frigida, & styptica, pro quibus recurre ad ea, quæ de dysenteria scripta sunt in facta à causa frigida, in qua omnia accidentia sunt remissiora. cura est per similem ordinem ex rebus à contrario sumptis; ut calefacere, & non infrigidare cum calefacientibus moderatè. item ex his, quæ non cito penetrent; quoniam causa est fortior, propter quòd non laudantur cibaria, neque potus liquidi, sed grossæ substantiæ. unde hoc casu uina grossa, & calida odorifera sunt subtilibus aliis paribus meliora. fiat digestio cum calefacientibus, & non prouocantibus saltem potenter, euacuatio fiat cū clysteribus, pilulis, & aliis appropriatis, de quibus quarto tract. item cõfert uomitus factus ex raphano, & similibus supra cibum.

F Pro quarto conferunt enaporationes, suffumigia, & in fine balnea calefacientia. item confert frictio extremitatum, item applicatio uentosarum circa corpus, item exercitium temperatum. item, si ad fortius transire conuenit; rubificatio erit utilis. item administratio antidotũ calidorum grossæ substantiæ; ut diacalamentũ, theriaca antiqua, mithridatum, et huiusmodi.

Et pro complemento ultimi casũ. scito, quòd duo sunt accidentia, quibus occurrere debet medicus: primum est sitis, secundum est corporis extenuatio. & pro primo da aquam frigidam causa existente calida in notabili quantitate: & stude, ut ipsam post eius assumptionem, & spatium moderatũ euomat, & sic reitera. & est nobile medicamentum: aut da aquam cucurbitæ cum aliquo rob styptico, ut retineatur; ne cito in urinam transeat; similiter aquam frigidam cum uino granatorum, & huiusmodi. & in causa frigida da uinum purum grossum. & exterius stude ad infrigidandum, aut ad calefaciendum.

G Pro secundo uerò stude restorationi cum cibis laudabilibus facilis digestionis, & potu uini rubei lymphati cõpetenter: & in summa cum tali regimine resumptiuo. & in fine describo cerotum nobile in causa calida ualens. R. laudani, spodii. ana. 3. ii. feminum frigidorum maiorum. an. 3. i. camphoræ. 3. 5. lactis mulieris lactantis puellam. 3. ii. succi semperuiuæ, succi solatri. ana. 3. i. aceti. 3. 5. olei cucurbitini, ros. quod sufficit. inungantur renes, & ex his eisdẽ fac emplastrum. epithima, ut cupis. item ualet unguentũ populeon descriptione Nic. item R. unguenti populeonis. 3. i. 5. olei ros. myrtini, nenupharini. ana. 3. 5. acaciæ. 3. ii. thuris. 3. i. hypoquistidos, laudani. ana. 3. 5. gallarum. 3. i. mucilaginis psyllii. 3. i. 5. aceti. 3. ii. cū cera fac unguetum. item.

H R. succi

℞. succi lactucæ, semperuiuæ, folatri. ana. ʒ. ʒ. aquæ ros. ʒ. i. acet. ʒ. ʒ. farina papauæ. albi. ʒ. i. ceræ quod suff. ualet in hoc casu applicatio laminæ plumbeæ perforatæ renibus prius infusæ in aceto, de quibus supra de caliditate renū. ultimò scito, q̄ continuatio humorum, & maxime potentia, taliū nimium mollificatio renes debilitant; cū sint membrum carneum; ideòq; cum eis styptica coniunge, ut dictum est.

De multitudine urinæ. Rub. 18.

IAM apertæ sunt causæ, & pro parte magna etiam cura multitudinis urinæ in præcedenti rubrica. sed prosequendo ducem dico, q̄ eius multiplicatio q̄nq; est cū siti, quâdoq; non. itaq; aliquibus accidit multiplicatio urinæ, cum qua non coniungitur aliqua dispositio diabetes, aut accidens quod in alijs euenit; ut sitis. & causæ huius cōmuniter sunt aut acuitas urinæ. & cum hac multitudine est sitis clamosa, aut acuitas urinæ, aut ulcera, aut frigus, siue mala complexio frigida constringens lacertos uesicæ, & exprimens urinam, aut quia ipsum frigus per accidens uentrem calefacit & urinam exacuit, quæ sic acuta facta uirtutem stimulat ad expulsionem, aut nimia assumptio ciborum, & potuum; ut pueris accidit: nam uirtus grauata multitudine eius multâ a se expellit. item & accidit in magnis gulosis; q̄n cū rebus, quas comedunt, aut bibunt, commiscet res acutas, & maxime aperitiuas; ut est rapa, & cum his non adest sitis. unde & istis sic magnis gulosis interdum accidit; ut in lecto mingat, sicut pueri, & stant, ut porci. & causæ q̄m, cum illis accidat somni profunditas ex crapula; uirtus sensibilis facta sopita non imperat motu, ut retineat. unde contentiua à multitudine aquositate, in quam incurrunt ex gulositate grauata, & debilis facta non retinet; immo lacertus etiam ex ipsa aquositate mollificatus non iuuat ad retentionem: & ideò egreditur urina in multa quantitate.

SIGNA causarum iam ex habitis suis rubricis aperta sunt: & tu ibi.

CURA posita est in præcedentibus rubricis secundum diuersitatem causarum: & ideò ad illa loca recurre; ut uerbi gratia, si fuerit ex acuitate urinæ; curam habuisti completam: si ex ulcere; consimiliter: si ex crapula; introducatur abstinencia. uerum dux persecutus est de ea, de qua supra minus actum est, sicque consimiliter agam. attendendum est itaque, si mala complexio est absque materia, aut nō. quod si fuerit absque materia; sola sufficiunt alterantia calida ad ministrata intus, & extrâ, de quibus statim. quod, si fuerit cum materia; ordinetur diæta ad contrarium causæ, & laudantur oua sorbilia in ieiuno, & genera lactis cocti, pira, dactyli, in ieiuno usque ad. ʒ. ii. lentes urinam minuunt lenientes uentrem, passulæ pingues, penidiæ, caro ericii, renes leporis, & hmōi. digeratur, & euacuetur, administretur quæ deinde intus, & extrâ ex particularibus medicaminibus, de omnibus hic. & hic nota can. uniuersalé, & est Auic. in hoc ca. dico ergo, quod omnes medicinæ, quæ sunt ad colitum calefacientes, iuuatiuæ sunt ei, qui habet multitudinē urinæ ex frigore, de quibus in seq. cap. sua rubrica. oleū de de'been est ultimum, thus, galanga, myrrha, cyperi, scoria ferri, coriandrum, & huiusmodi. ex compositis sunt clystera, emplastra, unctiones, cerotaria ebibita, epithemata, & huiusmodi. pilulæ ad hoc. ℞. castorei, myrrhæ, halasæ, cupularum glandium, pirethri, an. par. æquales, informentur pil. cum syr. myrtino. dosis est, ʒ. i. clyster ad illud, & renes confortat. ℞. succi halasæ decocti ad spissitudinem eius, uittellum oui. i. adipis renis caprini. ʒ. i. misceantur omnia, & sumat de lacte recenti mulso, & de butyro, & de adipe gibbi camelli, & de oleo granorum cerasi syluestris par. æquales, & conquassentur adinuicem, & fiat clyster: & est Auic. sed certè in partibus nostris compleri non possunt: & ideò alia hic subiungo. ℞. glandiū thuris, myrrhæ. an. par. æquales, decoquantur omnia in uino quantitatis, ʒ. iiii. colentur & ponantur cum. ʒ. i. olei, & si possibile est, bibantur, aut, si non; augmentetur dos. & fiat ex eis clyster, trochisci. Recip. myrti, simi columbini, fiant troc. cum aqua frigida; & propinentur. ad idem & est Serap. Recip. glandes, & infundantur in aceto die, ac nocte. defrigantur in patella, & terantur, & sumantur ex eis. drach. x. deinde. Recip. mirobal. emblicorum, & belliricorum torrefactorum, ana. drach. vi. gra-

A norum myrti. ʒ. x. terantur, & cribrentur, & dentur ex eis. ʒ. iiii. in aqua, in qua extinguitur ferrum ignitum. & hæc sufficiant; cum plurima scripta sint huic proposito utilissima in præcedentibus rubricis.

De mictu sanguinis puri, & non puri. Rub. 19.

SANGVINIS autem puri exitus cum urina est aut à renibus ipsis, aut à membris supra, aut infra renes. membra autem supra renes, à quibus peruenire potest sunt specialiter, & maxime hepar, & splen, uena chylis, & lūbi. infra uerò sunt uesica, & uia eius.

CASA euentus eius ab his membris est aut apertio uenæ; ut cum porositates eius dilatantur: aut sanguis subtiliatus egreditur; aut ipsius uenæ incisio, aut scissio. unde & grossus, & subtilis egredi potest. & hæc apertiones uenarū fiunt quandoq; à causa primitiua, seu exteriori; ut scilicet, casu, percussione, seu incisione, aut propter forte exercitiū post laborem: item ex potu rei acutæ, aut ueneno. aut ab intra; ut sanguinis retentione, menstruorum, fluxus sanguinis narium hæmorrhoidalis, aut in mutilato, in quo sanguis consuetus diffundi ad membrum mutilatum à natura expellitur per uias urinæ, cum eo grauatur; ut contingit, quando etiam in toto est sanguinis repletio ex nimia ciborum, aut potus assumptione, qui naturam grauans ab extra per uias urinæ ab ipsa expellitur natura. aut fortitudo attractiuæ renum cum præsentia multi sanguinis subtilis ualde, & acuti qui est sic in motu, & ad ipsos renes faciliter mouetur attractiua existente eorum forti, & ad uesicam expellitur. aut dissolutio carnis in sanguinem rediens; ut cum corpus liquefit. aut coitus superfluus; quia aut ex motu tali continuo aperitur, aut scinditur uena, aut quia ad ipsum sequitur superflua debilitas contentiuæ. item ad hoc facit acuitas non solum sanguinis; sed aliorum humorum. item uentositas plurima, quæ quandoque est causa solutionis continui quod aliquando contingat uel symptomatis, aut crisis, non inconuenit: & tu considera. item spasmus, & frigus possunt esse causa mictus sanguinis puri; quia sunt causa solutionis continui. non puri similis loturæ carnis causa est aut debilitas discretiuæ hepatis, aut renum non separantis sanguinem ab aquositate. permixti uerò cum humoribus grossis causa est debilitas digestiuæ ipsorum renum. eius uerò, qui est similis capillis, causa est debilitas digestiuæ uenarum. & hic scito, q̄ quandoque est longa ualde quasi duobus palmis Auicem. & causa prolongationis est generatio eius etiam in uolutionibus uenarum renum, aut aliorum: & hæc humiditates sic longæ quandoque albedinem trahunt, & succinctam causarum eius collectionem ponam in dubijs: & tu ibi.

SIGNA demonstratiua. si fuerit propter repletionem in toto; apparebit ipsa repletio.

SIGNA. si fuerit propter apertionem uenæ; tunc eius exitus est absq; dolore, & sanguis clarus, uiuidus, & fit paulatinus exitus eius; nam, qui est ex ruptione, & scissione, est plurimus; & cōsimiliter qui est ex uesica, e paucus propter paucitatem uenarum eius, & est thrombosus. & qui est ex renibus, est multus respectu illius non thrombosi. & eius qui est ex ulceribus, signū, quia uenit cū dolore. & si e corrosio, uenit paucus ad nigredinem declinans, & quandoq; est cum eo foetor, & multoties sunt cum eo cortices, & sanies, & pus, & fit secundum plurimum per ægritudines. unde, quando est ex liquefactione; significat illud liquefactio, & quod mingitur de sanguine; est tenue, sicut adustum, ac si ipsum sit abrasio membri. quod, si fuerit propter tenuitatem eius, significatur per illud, quod egreditur de phlebotomia; quoniam tenue est, & ei non associatur illud signum & de his etiam supra de fluxu sanguinis non excoriatui. & locus saniei, & doloris ex parte ulcerum renum, aut uesicæ apostematis, & huiusmodi habetur per ea quæ hepatis suis rubricis supra dictum est; nam quāto magis est sanies commixta, tanto à superioribus magis: quanto minus, tātō propinquioribus, ut supra.

Signa. si fuerit propter uirgā, & partes uicinas ei; tūc antecedit urinā, & est paruū, uel quasi nihil mixtus cū urina.

Signa. si sanguis fuerit similis loturæ carnis; erit à debilitate renum, uel hepatis. & sanies à renibus ueniens magis

declinat ad albedinē, quā illa hepatis: & illa hepatis magis ad rubedinem, & non magis subtilis.

Signa si ex apostemate fuerit; nota sunt ex habitis de apostematibus horum membrorum. & sanies, quæ est uia crisis est cum alleuatiōe, & fortitudine, & subito fit.

PROGNOSTICA. qui est causa repletionis, aut exercitii demissione, aut membri mutilatione habet periodos. fluxus sanguinis ex uesica tardius sanatur, quā ab aliis membris. sanguis in urina apparens lōgo tēpore malus, & pessimus; quia ulcera fraudulenta significat. omnis fluxus sanguinis mundi, si sit multus, malus.

CURA. canones. & antequam uenias ad canones curationis particulares; manda menti quod dictū est suprā de dispoñibus uesicæ, & renum; quod medicinæ in dispoñe uesicæ debet esse aliis paribus fortiores, q̄ in dispoñibus renū.

Secundus, q̄ fluxus non debet subito restringi; sed intercepti, ut de aliis fluxibus dictum est.

Tertius, q̄ canones dirigantur particulares ad particulares causas mictus sanguinis secundum ordinem causarum.

CURA. In eo, qui subtilitate, aut acuitate sanguinis accidit, canon est infrigidatio, & sanguinis ingrossatio etiam cum stypticis procedendo. unde in multis uerbis Aui. uidetur in cura eius hos duos can. tangere, primus est infrigidatio, secundus est constrictio.

Tu itaq; procede cū regimine infrigidatiuo ex parte aeris, cibi, & potus, & aliarum sex rerū non naturalium. vñ cibibus cū granatis sumatur agresta, & aliis, de quibus ad plenum de dysenteria intestinorum, & de exitu sanguinis ab ore sunt hoc casu cōuenientia; & tu ibi, & ex parte potus.

Digestio fiat cum sy. remittētibus acuitatem; ut sunt uiolatus, de papauere, nenupharinus, oxyzacchara, & huiusmodi, de quibus quarto trac.

Euacuetur cū cassia, thamarindis; & thamarindi, n. multū remouēt sanguinis acuitatē, ad feruorē conferūt, & euacuationes factæ in de dysenteria; & tu ibi. de phlebotomia tū hic dicat, q̄ ipsa cōpetit diuersua; sed in pauca quātitate, à qua incipies phlebotomando basilicam, deinde esia. & hic canon habet maximē ueritatem, qm̄ causa est recens. Et hic nota. Aui. inquit. Cū hic indiges phlebotomia; magis tunc confert saphenæ, quā basilicæ, & credo eius dictum uerum, præcipuē quando est à renibus; quia saphena magis renes respicit; & similiter à lumbis, uel spina dorsi.

Tertius can. est infrigidatio cum stypticitate; & hoc per exterioris, & interioris administrando ex unguētis, emplis, cerotis, balneis, embrochis, sy. confectionibus, electariis, pilulis, troc. & hmōi, de quibus in de dysenteria, & de fluxu sanguinis à pectore, & cū eis ponēdo apitiua ducentia ipsa ad locum, ut dictū fuit suprā, & ne uacuis loco hoc discedas; habe simplicita, ex quibus cōpone, ut imminet necessitas, & sunt alia memorata; ut sunt semina frigida maiora, et minor, semen papa. dragagantum, gummi ara. cupulæ gladium, spodium, carabe, sandali, bolus ar. sanguis drach. terra sigil. myrtus, sumach, coriandrū, plātago, succus eius, semē eius corrigiola, bursa pastoris, castus barbastrus, balauſtia, hypochiſtidis. & ex calidis, quæ cum frigidis commisceri possunt, sunt olibanum, sandaraca, mastix, myrrha, & hmōi, de quibus suprā de dysenteria, & infrā de fluxu menstruorū. ex quibus compone cū aceto nigro, aut emplastra aut trochiscos, aut potus, ut placebit. & si uidebitur expedire timendo oppilationem uiarum; appone apium, & hmōi aperitiua calida. & hic aduerte Aui. inquit. Et nō approximes styptica, nisi postquam urina significat mundificationem; styptica. n. congelant, quod inuiscatum est, & constringunt; quare, quandoque reuertitur aquositas ad posteriora, & in eo est timor: & similiter acetosa, & quidam cum his opium, ubi dubitatur de futura excoriatione. & ex compositis usualibus sunt troc. de carabe cum aqua plantaginis; sed recurre pro pleniori informatione ad ea, quæ suprā allegatis locis.

Quartus can. est diuersio, & ligatio extremorum, eorū fricatio, appositio uentosarum circa renes, ilia, pectinem, & anchas; & præcipuē in eo, qui est ex uesica. item phlebotomia cephalica subtilis, si ex uesica est: & consimiliter suo modo dicatur, si fuerit ex hepate, aut splene.

Quintus canō est correctio accidentis in fluxu tali, & se-

E quēti euenire cōsueti; nā sanguis sic ad uesicā ueniens quā; in ea remanet, & infrigidat, & cōgelat. vñ aliquñ sub diuersis formis expellitur, aliquādo ita ingrossatur, ut egredi nō possit, & in collo uesicæ quandoque fixus remanens denegat urinæ exitum, & sic dolorem causat extensiuum: unde & quandoq; est sic causa apostematis. cura autem iam habita est suprā rubrica de coagulatione sanguinis in uesica.

CURA. In eo, qui est à causa primitiua; casu, percussione, incisione, si uidetur repletio; fac primò phlebotomiam diuersuā plus, & minus, ut uidetur expedire: deinde exhibe infrigidatiua, & styptica, ut suprā. si fuerit potu rei acutæ eadem conferunt, si ex ueneno; da ea, quæ contra uenenum illud conferunt à proprietate dictum: utere illis infrigidantibus, & stypticantibus.

CURA. In eo uerò, qui est retētiōe sanguinis, fac phlebotomiam, & copiosiorē, & fortasse reiteratio erit necessaria de illis frigidis stypticis. utere.

CURA. si fuerit à repletione; idem operare.

CURA. si ex nimio cibo; introduc cum phlebotomia abstinentiam.

CURA. Si fuerit fortitudine attractiuæ renum; infrigida eos cum iam dictis.

CURA. Si fuerit ex dissolutione carnis; introduc restauationem cum frigidis stypticis temperatē.

CURA. Si fuerit ex superfluo coitu; fac, ut suprā, sed ad extra applica emplastra debilia fortia, & similia, ut uidebitur expedire.

CURA. Si fuerit uitio acuitatis humoris alterius; illū digeras, & euacues, & alteres, ut suprā.

Cura, si factum sit uia crisis, aut mundificationem; nō restringatur, nisi debilitas ad hoc te perurgeat.

CURA. Si fuerit ex spasmō, aut frigore; seruetur sibi proportionabilis, ut de aliis dictum est.

CURA. In non puro facto ex debilitate hepatis, aut renū procedendū est cū cōfortantibus uirtutē ipsorū, de quibus ad plenū suprā suis rubricis, sed tñ nota, q̄ in mictu sanguinis indiges administratiōe subtiliatiū incisurorū ex diureticis fortibus, q̄ danē in cura lapidis renū, & eorū cib⁹ sit humectatiuus, humectatione abūdanti. Aui. c. & hæc satis.

G De mictu saniei. Rub. 20.

MICTVS saniei fit quandoq; in membris suprā renes; ut sunt pulmo, pectus; ut uidi in pleuresi, hepate, splene, & huiusmodi, ut in præcedēti rubrica de eis, aut inferioribus, ut sunt uesica, collum eius, & uia mediæ cum ulceratur, aut in ipsismet renibus, aut uia crisis, & signa exhibita in proprijs rubricis inquirantur.

CURA. Si autem accidit exitus uia crisis, & mundificationis, tunc iuuetur natura in eam expellendo, quemadmodum dictum est suprā suis proprijs rubricis.

CURA. Si ex alia prouenerit causa, q̄a ex ruptura apostematum, aut ulcere uesicæ, & uiarum eius, ante, & retro te oppone cum necessarijs iam sæpe dictis de cura ulcerū, & apostematum talium membrorum suis proprijs rubricis. & hic nota, q̄ in mictu saniei urina mingitur spissa, alba, cū foetore, mordicans, uel aliquādo colorata, thrombosa, etiam cum foetore, deinde in fundo residet corpus spissum compactum cum albumine, & est magis adhærēs fundo uirinalis, quā phlegma grossum, inter quod, & saniem multi nō differunt. item coletur per petiam, & remanebit sanies, aut uestigium eius, sicut accidit ex sanie uulnerum exteriorum. & sic hæc breuia de isto sufficiant.

D V B I A,

D V B I T A T V R, quia non uidetur modus, quo sanguis exiens de uena chyli per eius fracturam, aut de uenis supra renes ad concauitatem pectoris, uel alia per uias urinæ euacuetur, cū in tali euacuatione oporteat ingredi iterum uenam, aut ad hepar deriuari; cum nulla alia sit uia. dixit Rogerius, quod sanguis, uerbi gratia, qui per fracturam uenæ chyli in concauitatem pectoris emittitur uirtute hepatis existente forti, per uenas capillares ad suam uirtute existentem ab ipso pulmone per uenas capillares

ad se trahi, deinde ad extra emitti, ut in peripneumonia hoc idem accidit de sanguine effuso ad illam concauitatē, quando per pulmonem cum tussi extra emittitur. q̄, si uirtus hepatis fuerit debilis; tunc sanguis ibi remanens in saniam conuertitur iuxta illud Sen. xx. aphor. vi. sect. si in uē trem sanguis præter naturam effunditur; necesse est suppurari. item aduerte, q̄ uena circunoluitur pinguedine maxime, quæ est in rene. & ideò, cum frangitur; pinguedo resistit sanguini. unde, & sanguis quoq; per ipsam uenā sic fractam, nel ruptam currit: ad quod cōcurrit uirtus expulsua, quæ nititur expellere per loca conuenientiora. & similiter dici potest, quando uena rumpitur, uel ulceratur, ubi adfit carnositas impediens; difficultas uerò fortior est de exituris ad concauitatem notabilem, ut dictum est: & tu considera. & licet hoc dubium propter sequens superfluum uideatur: tamen propter aliqua talia satis clarè in responsione ipsum non cancellatum dimitte, ut speculationi detur locus.

DUBITATUR, utrum ex ruptura uenæ: sanguinis accidat mictus. q̄ non, arg. non ex ruptura chylis, neq; emulgentis uenæ; quoniam, cum talia rumpunt: sanguis fundit in concauitatem, quæ est inferius, circunolutam syphac, continentem intestina, distantem multum à renibus. & est ita, ut non possit ad ea membra reuerti. item si frangitur uena talis magna. quare non accidit continuus fluxus sanguinis, seu ipsius mictus continuus; cum uena sit membrum spermaticum, quod ex se faciliter non consolidat. oppositum est dictum supra, & in plurimis aphor. ponendis in fine dubij. pro succincta replicatione causarum mictus sanguinis, & doctrina firmiori talis ponit distinctio, q̄ sanguinis mictus contingere potest aut à causa interiori, ut uenarū debilitate, aut sanguinis quantitate, uel dimissione exercitij, & gulositate, aut alicuius partis mutilatione adacti, uel acuitate, uel subtilitate à talibus, aut à causa exteriori; ut casu, uel percussione, frigore, & huiusmodi plurimo. qui quidem aut mingitur purus, aut à toto corpore, uel aliqua parte, uel hepate, uel splene, cum eorum relaxetur uigores uel per modū criticæ expulsionis; quemadmodū sanguis effluit hæmorrhoidalis, aut propter spasmū, uel carnis eliquationē, & suctionis sanguinis priuationē, aut renū attractionis uigorem, uel apertionem uiarum, siue uasorum, seu perforationem, scissionem, aut incisionē. similis autem loturæ carnis mingit aut propter subtilitatem, aut debilitatē sanguificæ, & contentiæ uirtutis hepatis, quod hydropicis euenit, & dysenteria patientibus hepaticam; aut propter imbecillitatem digestionis renum, & discretionis sanguinis ab aquositate. potest etiam sanguis mingi propter apertionem uenarum matricis. secunda respondendum ad quæsitū ad literā ponā solutionē concil. nostri inquit. sciendum, q̄ sanguis, qui mingit ex uasorū ruptura, rarius forsitan contingit ex uenis, quæ sunt circa renes, & supra. non enim potest mox sanguinis procedere mictus, nisi forte p accidens. sicut purè scribit uaticus ex uenis, quæ sunt inter renes, & uesicā, cū sint pori uritides exangues, neq; de uesica cū sanguinis mictura modi per uiam corrosionis ulcerationem caulantis; uenæ nanq; uesicæ cum sint duræ occultæ in ipsa calcata sanguinis exigui non crepantur; ut quæ renū his oppositæ factæ. aphor. iij. erit itaq; ruptura uenæ chylis; ut amplius expriment moderni iuxta illud. Mictio fit puræ chylis ex uenæ crepatura, uel emulgentium fm, q̄ protendunt à chyli in renes: aut prout fm Arist. ipse in corpora expandunt ipsorum quorum rupturam uident peritiores amplius tangere: si quidē ruptura sit in uenis emulgentibus prout expandunt in renes fm partem assignatam, cū panniculis cooperiant, & adipibus, non est dubiū: ferre cogit per poros uritides renibus continuatos in uesicam secedere, q̄ multoties euenit; cum lapilli ex renibus descendunt asperi non parui. si autem rumpat chylis supra emulgentes, aut infra, non multum poterit sanguis mingi; sed, si tota emulgens abscindat; adhuc possibilis est sanguinis mictura ex alia emulgente. si uerò fm partem scindat, & propriè in parte superiori emulgentis; sanguis incurrere sufficit: mingit si quidem in parte inferiori, adhuc aliquid decurret in renem, ut mingat, nisi fortasse grandis esset partis inferioris uenæ deperditio, ita, ut sanguis ualeat obita-

Aculo in renē dirigi. & ita saltem ex illa parte sanguis minime poterit mingi, & propriè cum hyatus propinquior fuerit uenæ chyli. huiusmodi autem micturas significatio taliter causari; quia, quando uena frangit, cum sit sensibilis, & naturalis, maxime fm Ari. uirtus regitiua: illuc ad tumendum cum spiritibus currit, & humoribus repletis multis, ita, q̄, cum locus non sit capax illorum in locum; non solū cadunt per incisionem in uacuum: uerum etiam in loco dirigit à natura expulsua constricta. & meritò; quia natura fatagit amplius sanguinem mittere ad uias urinæ; ut mingatur exterius, quàm in concauitate suffocans, aut in putredinem mutatur, concidat; cum semper, quod melius est, operetur. comen. i. cœli, & mun. significat etiam id decursus humorum per inguina in crurium apostemata; tumefiunt enim non parum ex ipsis: similiter, & in mundanis reperit paradigma quasi, cui tot occurrit in sui subsidium tutore; ut opus sit illis hospitio cedere aliud expectādo: nam etiam cupio, q̄ pars aliqua, de qua sit curandum, sanguinis ad instrumenta reuertat urinæ, nisi fortasse euaporatio fiat aliqua; cum sanguis, quando in concauitatem effundit; præter naturam necesse sit in saniam conuerti. aphor. vi. in sanici quidem fm Conciliatorem speciem aliquā, uel grossitiem cum nigredine; frigiditate nanq; loci cōgelat. & hanc quidem positionem assero, qui à sola cum eo, quod ueritati ininitit, præ cæteris ab incontinenti saluat. ad primum dicendum, ut ex prædictis patet, q̄, licet sanguis decadat in concauitatem naturalem; tamen non parua pars cadit in instrumentis urinæ. ad aliud dicendum, q̄ uena potest consolidari magis, quàm exterius; cum ibi uis uigeat amplius regitiuæ: uidemus enim, q̄ maius est arteriam uenalem in pulmone consolidari, quàm in qua est sanguinis multitudo calidi ualde, raritasq; mēbri, & motus. concedo etiam debilitatē attractiua, quoniam non est positum sanguinem ad instrumenta redire urinæ: & tu in his considera, & similibus.

A P H O R I S M I.

Ex. iiii. sectione. xvi. aphor.

C Morbi in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt febres longæ, alui profluvia, putredines, morbi comitiales, & attoniti, quos apoplexias græci uocant, & anginæ; in siccitatibus autem tabitudines, lippitudines, articularum dolores, stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum.

xxii. Aphor.

Autumno uerò, & plurimi æstiu morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ intercutem, & tabes & stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum, & leuitates intestinorum, &c.

xxxvi. Aphor.

Cum uerò iā magis adoleuerint; tonsillæ, & uertebrae, quæ in occipitio ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos græci asthmata uocant, calculi, lumbrici rotūdi, &c.

xxxii. Aphor.

Senibus spirandi difficultates, distillationes cum tusse, urinæ stillicidia, urinæ difficultates, &c.

Ex. iiii. Sect. lxxix. Aphor.

D Quibus urinæ crassæ, grumosa, pauca, non sine febre, multitudo ueniens ex his tenuis iuuat; præcipuè uerò tales ueniunt, quibus ab initio, uel breui, sedimen inest.

lxx. Aphor.

Quibus *urinæ perturbatæ; quales sunt iumentorum, iis dolor capitis uel adest, uel aderit.

lxxi. Aphor.

Quibus septima iudicatur, iis nubeculam habet quarta die urina rubeam, & alia ex ratione.

lxxii. Aphor.

Quibus urinæ albæ, & perspicuæ, malæ, præsertim si in delirantibus appareant.

lxxiii. Aphor.

Quibus *ilia suspensa murmurantia, lumborum dolore superueniente, iis alui humectantur; nisi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proueniat: hæc uerò in febribus.

lxxiiii. Aphor.

Quibus sperat abscessum futurum ad articulos, liberat abscessa

* En piriti, idest in febribus, quam particulā & si nonnulla exemplaria minime habent meliora tamē omnia illā non omittent.

* Hypochondria legendum ut alias quamplu-

ries adno
ezimus.

abscessa urina multa, crassa, & alba facta; qualis in laborio-
sis febribus quarto die quibusdā incipit fieri: si uerò etiam
ex naribus fluxerit sanguis; breui admodum solutio fit.

lxxv. Aphor.

Si sanguinem, aut pus mingat; aut renum, aut uesicæ ex
ulcerationem significat.

lxxvi. Aphor.

Quibus in urina, crassa existente, carunculæ paruz, aut
ueluti capilli una exeunt, ijs à renibus excernitur.

lxxvij. Aphor.

Quibus in urina crassa surfurea, quædam simul exeunt,
ijs uesica scabie laborat.

lxxviii. Aphor.

Quicumq; sponte sanguinem mingunt, ijs à renibus ue-
nulam ruptam significatur.

lxxix. Apho.

Quib⁹ i urinis arenosa subsistit, ijs uesica laborat calculo.

lxxx. Aph. & vij. Sect. xxxix. Aph.

Si sanguinem mingant, aut grumos, uel stillicidium uri-
næ habeat, & dolor in imum incidat uentrem, & pectinem
& * foemen; circa uesicam labor est.

lxxxi. Aphor.

Si sanguinem, aut pus minxerit, aut squammulas, & gra-
uis odor. adfit; uesicæ exulcerationem significat.

lxxxij. Aphor.

Quibus in urinalia fistula tubercula nascuntur, ij suppu-
ratione facta, & eruptione solutio.

lxxxiii. Aphor.

Mictio noctu plurima facta, paruâ significat deiectione.

Ex. v. Sect. lviii. Aph.

Recto intestino, aut utero inflammationem patiēte uri-
næ stillicidium accidit, & renibus purulentis urinæ adue-
nit stillicidium: hepatis autem inflammationem patienti sin-
gultus aduenit.

Ex. vi. Sect. vi. Aphor.

Renū, & uesicæ uitia in senioribus difficulter sanantur.

xviii. Aphor.

Vesica discissa, aut cerebro, aut corde, aut septo transuer-
so, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut uentriculo, aut
jecore, letale est.

xliij. Aphor.

Quibus ex stillicidio urinæ ileos superuenerit, in. vij. die
bus pereunt, nisi febre superueniente, satis urina fluxerit.

Ex. vii. Sect. xxxi. Aphor.

Quibuscunq; febricitatibus in urinis fiunt sedimina; ue-
luti farina crassior, longam ægritudinem fore significat.

xxxii. Aphor.

Quibus autem biliola, * super tenuia, acutum morbum
significant.

xxxiii. Aphor.

Quibuscunq; urinæ distantes sunt, iis turbatio fortis in
corpore fit.

xxxiiii. Aphor.

Quibus in urinis bullæ subsistunt, morbum renalem, &
longum significant.

xxxv. Aphor.

Quibus subsidens pingue, ac simul totum, iis renum uitium
acutum significatur.

xl. Aphor.

Vrinæ stillicidium, & mingēdi difficultatem, uini potio,
& uenæ sectio soluit, incidere autem interiores.

ARGUMENTVM IN CAP. XX.

DISPOSITIONES membrorum generantium ex
parte hominis recēseamus: quorum prima est mala
testiculorum complexio naturalis, uel accidentalis.
naturalis est imbecillitas à natiuitate parta: accidentalis
uerò est calida aut frigida: sicca, aut humida: sed plerun-
que frigida, uel humida. idq; euenit ex pluribus causis. se-
cūda est testiū dolor, qui habet originē plurimū. accidit eo-
rū magnitudo, & paruitas, quam acceperunt ij aut à cras-
sitie, aut macritie. præter hæc habemus ap̄a, quod nasci-

Etur à calido, uel frigido, uel uentoso, uel aquoso: id accidit in
ipso testiculo, aut osseo, uel utroque. quintò sunt ossei uari-
ces, & durities, quæ superuenit sæpe in sinistro latere. est et
mollificatio ossei, quæ ducitur ab humiditate frigida nullo-
rum texturam aperiente. euenit multoties corrugatio testi-
culorum contracta à casu uirtutis, uel frigore uehementi.
præterea uulnerantur testes ex humore calido, tenduntur
uasa spermatica à frigida intēpie materiali. sperma ipsum
augetur à uictus ratione, tenuitate eius, pruritu, debilitate
retentiuæ, uehementia expulsiuæ, & renum causa: illud ue-
rò ab eadem minuitur causa. hos quidem affectus concomi-
tatur gonorrhœa, & pollutio: nam illa est fluxus spermatis
inuoluntarius in uigilia factus: hæc autem expulsio in som-
no contingens. causeque earum sunt aut interior; ut acui-
tas spermatis: aut exterior; ut amplexus. sed ad uirgæ in-
temperiem accedamus, quæ talis est, qualem de testiculis re-
censuimus. magnitudo autem et paruitas difficilè curatur:
qua de re pauca scribentur. sed dolor fit ex mala comple-
xione, ex uentositate, casu, urinæ retentione, & huiusmodi.
item apostema ex intemperie, quæ est intrinseca, uel ex-
trinseca.

De dispositionibus membrorum generationis in uiris.

De descriptione, anatomia, & complexione testiculorum,
uasorum seminalium, & uirgæ. Rub. 1.

Diuina prouidentia humano mixta generi, cum secū-
dum indiuiduationē perpetuari non poterit; arbi-
trata est ipsum saltē fm speciem sempiternū facere
quodq; pulchrè peregit in homine duos creando testicu-
los, qui in eodem essent membrum principale feminis ip-
sius productiuū, quo unus ex alio indeficiēter crearetur. &
hic nostra procreatio fit ex proiectione eius feminis in ma-
tricē per calamum ipsum naturalē, qui est uirga. ex quibus
apparet, qualiter ad hæc generationē cōcurrunt mas, & fo-
mella fm diuersa membra. unde in isto. xx. cap. tractabitur
de membris ipsis generationis in uiris. & in. xxi. sequēti de
mēbris generationis in mulieribus. & primò incipiēdo ab
anatomia testiculorum, uasorum spermaticorū, & uirgæ. vñ
testiculi in uiris sunt membra glandosa, alba, extra corpus
eminētia, ad q̄ tanquā ad suspensoria uasa terminant sper-
matica in pāniculo orto à syphac, dydymus, siue oleū dicto
cōtenta genituræ per se principaliter productiua. dñ glā do-
sa alba; nā eorū caro est, sicut caro mamillarū, & sicut mare-
riā sanguineā ad ipsas mamillas uenientē eadem mamillæ
in lac conuertunt, & albificant; ita & testiculi utilē super-
fluitatem ultimò ad eas delatā albificant, & in geniturā cō-
uertunt; quæ quidē est homo in potentia. unde primo de
generatione animalium. Sperma est superfluitas utilis ul-
mi alimēti distributi per membrum totum habens in pote-
tiā. dñ extra corpus ad differentiā carniū glandosarum, quæ
sunt in mulieribus extra matricem, ad quæ resoluuntur ua-
sa spermatica, ut infra sequen. cap. quæ carnes sunt minutæ
& non testiculi dicti secundum plurimos; licet secundū me-
dicos sint testiculi uerè. dicitur ad quæ &c. nam uasa ipsa in
tra myrach non germinantur; sed egrediuntur myrach, &
testiculis copulantur de duobus suspensoriis. &, quia mem-
bra nobilia; ut sint tuta; ab extrinsecis alterantibus debent
esse uelata panniculis; &, quia nō cōtinentur in syphac; ue-
lantur panniculo orto ab ipso syphac, qui nominatur dydy-
mus, cuius orificiū est in fine illorum clausum existens fm
naturā. in processu uerò eius fm quātitatem uasorum sper-
maticorum dilatātū existit, & in fine eius dilatatur fm quā-
tatem testiculorum, & in parte illa uocatur bursa testicu-
lorum, siue osseum. & sic apparet, quomodo affert hic pan-
niculus iuuamentum ad continendū, & custodiendū testi-
culos, & uasa spermatica ipsa ad ipsos testiculos uenientia.
dico uenientia; quia non sic ad illa, quæ sunt inter testicu-
los, & uirgam. propter quòd nota, q̄ uasa spermatica sunt
duplicia;

Ton peri-
neon .i. i-
terfemini-
neū quasi
spatiū in-
ter anum,
& pudēdū
dixeris,
nō autem
interiorem
cruris par-
tē, q̄ à eo-
xis incipi-
ens ad ge-
nua termi-
nat, sicuti
hoc in lo-
co nobis
ostendit
Leonice-
nus Fœ-
men.

*Anothē,
i. ab initio
nā hic tē-
pus, nō au-
tē locū ta-
le aduer-
biū signifi-
care in cō-
mētariis.
Galenus
exposuit.

Sperma
diffinitio.

duplicia; præparatoria. f. & latoria. præparatoria aut sunt illa, quæ mediant inter renes, & testiculos, quorum ortus est dextri iuxta renem dextrum à uena chyli, & arteria aorti: finistri uero iuxta sinistrum ex uena emulgente. & dextrum uas ad dextrum terminat testiculum, & sinistrum ad sinistrum, ut peruenientia ab extremo ad extremum testiculorum ferunt. deinde inflectuntur ad primum extremum, & inuoluta uasa dicuntur. & in his reflexionibus credidit Aristo. sperma generari. latoria uero dicunt uasa illa, quæ à testiculis inchoantia ad collum uesicæ, & ad uirgâ cum foraminibus, quibus dicta terminantur. per hæc uasa dicta seminaria semen ad calamus defertur naturalè, & scito, quod uasa spermatica substantiâ testiculorum non ingrediuntur; sed circumuoluentia testiculos sunt, uelut sacco facientia, & superiora sunt uenosa magis, & latoria amplius neruosa, quæ quidè latoria usque ad meatum uirgæ perueniunt in loco, qui est in foramine ossis foemoris; & tunc per meatus, qui ibi sunt duo, sicut & uasa sunt duo emittunt sperma in præparatorijs genitum, & canalem uirgæ, & uirga deinde ipsum ad extra. propter quod scito, quod uirga est membrum neruosum, uenosum, & arteriosum cõcauum musculosum, cum collo uesicæ carnosò continuatum à corpore absolutum ad palmi unius, uel circa magnitudinè factum, in cuius principio duo apparèt foramina, eius extremitatis præputium dicta, terminatum in emissione spermatis, & urinæ finaliter constitutum. ad ipsam uero componendam multi ascendunt nerui, & specialiter à nucha: propter quod ipsa est ita sensibilis. item ueniunt ad eam multæ uenæ, & arteriæ satis magna ortæ à uena descendente, & arteria in loco, ubi bifurcat ad duas anchas, & hæc uenæ sunt, sicut radices uirgæ. & propter istas uenas uirga est tota cavernosa, & suæ cavernositates replent uetositate generata in prædictis arteriis, & quæ uetositate replent; erigit. uirga est quidam musculosa, & carnosâ, ut patet, & suis mouet musculis; ut Gal. in libello, de anatomia dixit. continuatur cum collo ex multis ligamentis, & chordis ortis ab osse foemoris. fuit absoluta; quia homines non debebant se cõiungere secundum dorsalia contra posteriori sticos; ut animalia faciunt bruta, sed amplexando. & c. est quippe, ut in pluribus, palmi unius ad mensuram cõem matricis creata, & in eius principio apparent illa foramina dicta deseruietia, ut supra. ex quibus apparet, quod in ea tria sunt foramina: illud aut, quod urinæ deseruit, ex collo uesicæ uenit, & cætera duo, per quæ in canalem cõem natura sperma ipsum finaliter euomit. Auic. uero in noiando tria unum ponit, ut per ipsum alguadi emittat. quod credo ipsum intelligere de secundo foramine seruiete sinistro uasi: & tu cõsidera. postremò hic appono uerba Aui. in fine de anatomia testiculorum, & uasorum. inquit. & scias, quod uirgæ aduenit uirtus erectionis à uentositate, corde, & aduenit ei sensus à cerebro, & nucha. & aduenit ei sanguis, & desiderium ab hepate. & desiderium naturale quod sit ei cõ renum, & apud me principium est à corde. & pro his uide infra rubricâ de uirga: & hic pro confirmatione dicti ultimi Aui. dicam, quod uidi iuuenem quidem xxiiii. annorum ætate, & sanguineum complexionem cum phlegmatis participatione, qui deuenit ad impotentiam solitam erectionis uirgæ. & mecum cõquestus dicebat se sentire quod notabile cordis frigiditatem, quod nocuum aliquid, & adhibito remedio ad cor cõualuit. tu itaque principis uerba cõsidera. propterea scito modum, quo hæc fit generatio. imaginatiua ex se, uel obiecto exteriori ad coitum ipsum mota cum sit ex principalibus uirtutibus; præcipit concupiscibili, quæ in corde uiget; ut spiritum, & calorem ad genitalia membra mittat, qui calor fortis sic missus humiditates contentas in uis, & arteriis, per quas uenit, dissoluit illas, quæ ad uasa ueniunt spermatica, & ea replent, ex quibus sperma ipsum, aut alguadi fit. statque interim calamus extensus presentia illius caloris, & spiritus, ad quod adiuuat etiam fricatio capitum uirgæ: & tunc uasa emittunt materiam in eis contentam ad testiculos, & de testiculis ad uasa seminaria, & de illis ad uirgam concurrente naturali appetitu expellendi ipsorum superiorum uasorum, & naturali attractione inferioris, & de uirga in matricem proicitur in coitu debito, cui obuiat matrix cum orificio suo aperto, & trahit sperma desiderans illud sua propria uirtute, & testiculis suis præ dilectione et procedit sperma, quod in eis generatur, & ad cõcauum ma

tricis remittitur. cum ergo ambo concurrunt, & sibi inuicem obuiat; permiscet, & cõtemperant; inde puenit generatio. Et dictum est generatur: & non spermatis in fine descriptionis; ut cognoscat differentia formalis inter ipsa nomina generatur, sperma, & semine; quamuis de hoc medicus curare non debeat & maxime practicus, ut supra saepe. quibus multi utuntur in synonymis. generatur importat materiam decisam ab animali perfecto per coitum sibi similem generante, in qua est solum generationis principium effectiuum qualiter expulsum ab homine, equo, & homini. per coitum generatur uocamus. sperma aut, & semine dicitur, in quo simul reperitur effectiuum, & materiale principium generationis; sicut ouum, coepa, & faba: in his non solum est principium effectiuum generationis; sed etiam materiale: experimur. non quod nulla adueniente extrinseca causa germinant, ita ut plurimum corpulentiam ipsorum resoluant in germen. & sic uniuersaliter semine nominatur omne prolificum decisum ab eo, quod uim habet utriusque; sexus; ut plura plurimam, & animalia multa per seipsa sine coitu sibi simile generantia; ut quarto de historiis animalium ultimo cap.

B De mala complexionem testium. Rub. 2.

PACE ducis mei alium ordinem ponam ab eo, quæ posuit ipse. xx. sua fen: ut mihi melius satisfaciam. incipiam itaque eo ordine de ipsis, quæ ab eo didici de membris prosequens primò de cura malæ complexionis eorum, quam sollicitè quisque medicus inuestigare, ac curare habet tum propter mebrum ipsius notabilitatem, & colligantiam, ob quam cum læsum est, & nobilia alia lædit: tum propter finem; ne frustretur à tanto fine, ut est hominis productio: tum quia, cum sit spongiosum; facile superfuitates recipit, ob quas incurret apha, ad quod maxime iuuat eius procliuuitas ad inferiora. est itaque eius mala complexio aut naturalis, aut accidentalis. naturalis; ut est lapsus eius naturalis ita ultimati defectus, ut actum proprium generatiuæ uirtutis impediatur in animali, aut, si non in totum impedit; saltem notabiliter noceat. accidentalis autem est, sicut cum eis mala complexio calida, aut frigida, sicca, aut humida, & secundum plurimum est aut frigida, aut humida, quæ quodque est talis per essentiam, quandoque per cõmunitatem à cerebro, corde, hepate, & huiusmodi.

C CAUSAE. & huius malæ complexionis causa primitiua est quandoque aer frigidus, aqua frigida; quia statio in ea aut calida calefaciens: & sic de alijs causis. antecedens humor multiplicatur ex malo regimine; ut ex comestione multorum fructuum frigidorum, potus aquæ frigidæ, uel alterius rei, usu rerum multum excessiuè calefacientium, humectantium: & cõsimiliter de alijs. item debilitate uirtutis, ex nimio coitu, exercitio, & homini. coniuncta uero ipsa mala complexio, aut mala compositio.

SIGNA demonstratiua lapsus calidi naturalis ipsorum testiculorum sunt latitudo uenarum ossi, & uirgæ, & ipsarum eminentia, & raritas cutis, nimia spissitudo pilorum pectinis, & coxarum, & eorum multitudo, durities, & asperitudo eorum, & non propter tortuositatem pororum, desiderium coitus uehemens, uelocitas in consecutione, emissio spermatis, & color eius ad citrinum procliuus, uel ad fuscum. quod si fuerit cum caliditate siccitas; tunc erit sperma siccum non fluidum, & erit desiderium assiduum ad coitum. ita ut apud quæque mulierem ad ipsum statim moueatur, & est erectio in eo fortis, & est talis masculorum plurimum generatiuus. quod si fuerit cum caliditate, humiditas est pluris spermatis, quam calida, & est paucorum pilorum, minus impregnans & uehementioris fortitudinis super coitum plurimum, & non fit erectio; ut in calida sicca est plurimam pollutionis.

Signa contraria lapsus frigidum indicant. quod, si cum frigiditate fuerit humiditas; tunc pili pectinis erunt lenes non asperi, ut in præcedenti. paruitas desiderii coitus, siue tarditas eius, tenuitas spermatis, paucitas impregnationis, & tarditas ortus pilorum, & paucitas eorum, debilitas erectionis. quod, si cum ea fuerit siccitas; erit spermagrossum, spissum, & paucum, & est diuersa a calida, & humida in omnibus.

Signa accidentalem eorum complexionem, quia præternaturalem significant. ex parte caliditatis, quia ad tactum calidiores sunt consueto, & percipiunt in eis inflammatio, & color uerget aut ad rubedinem intensam, si est sanguis in causa cum

apparentia plenitudinis uenarū bursæ; & quia sanguineus regimen sanguineum, & huiusmodi cum principio doloris, & quandoq; cum dolore, & est cum grauitate, & aliqua li eorum tumefactione absq; apostemate: & ita de alijs signis sanguinis. quòd, si fuerit cholera, maior erit inflammatio cum caliditate intensiori percepta cum punctione, siue mordicatione. qñq; & color uerget ad citrinum inflāmatum; & quia cholericus, & maximè in pudendis ipsis regimè cholericū & non percipietur grauitas multa, & cum his qñq; est feb. cōicato calore cordi, sitis, & hmōi. quòd, si fuerit mala cōplexio; horū cōtraria apparebūt; ut quia frigiditas ad tactum, & uenæ erunt, ut abscofæ, & sicut diminutæ, & grauitas maior, cōplexio, ætas, habitudo, & regimen hoc indicabunt. & hic aduerte, q, sicut mala cōplexio naturalis excessiua generationē impedit, ita, & accidentalis. unde hic aduerte, qm̄ non raro ad manus medicorū ueniunt iudicandi plures consilio iuristarū, nunquid sint apti ad coitum, an non; quia plures tales inueniunt ob malā cōplexionē testiuū, & uirgæ, qui nullo modo possunt coire, & dicunt se esse fascinosos. & ideò eorum complexionē benè examina. nam frigiditas cū humiditate cōsueuit esse causa huius: considera, & de hoc infra de diminutione coitus.

Fascinati
(qđ aīst)
qui dicantur

PROGNOSTICA. magna complexio ad mala accidentia perducit, de quibus infra.

CURA. in cura malæ complexionis eorum oportet procedere, ut de mala complexione hepatis, renum, & uesicæ cura dictum est, ordinando dietam, euacuando, alterando, confortando; & huiusmodi, unde calida, & frigida pro rebus posita sunt in hoc casu conuenientia, & tu ad illa recurre. & ut tibi magis complaceam; his subscribam aliqua ex eis, quæ maximè conferunt: & sunt ex frigidis aqua ro. alchechengi, solatrum, oleum ro. mucillago seminis citoniorum, citonia, faba fracta, farina hordei, farina fabarum, acetum, chimolea, aqua cucurbitæ, farina lentium excorticatarum, & huiusmodi. ex calidis flos chamæmillæ, melilotum, farina cicerum ru. mel, caricæ, bdellium, berbena, folia caulis, uitella ouorum, ciminum, passulæ. stercus uaccinum, foex uini antiqui, radix lilij al. hyssopus, & huiusmodi quæ sunt calida conuenientia, usq; quo necessaria erit resolutio. quòd, si ad maturationē deuenire oportebit; utere maturantibus ex pinguedine porci, radice althææ, liliorū alborum, semen lini, & huiusmodi. tu itaq; cōpone ex simplicibus: tm̄ utere ut uidebit expedire, & illos canones serua, quos ibi posui ex parte euationis, & tu ibi. sed hic nota, q, licet naturalis curabilis sit; maxima tm̄ cum difficultate curat. qm̄ quod naturale est, non aliter assuescit, & quod natura ingenitū, & infixū est, arte non uincit, sed leuiter. seneca. ab eius itaq; cura, si potes, abstine. quo uerò accidētalis est, & recens facillè curat, quæ antiquata & habituata difficulter ualde unde Gal. mala complexio, si pfecto membro domine, durè sanatur. q, si aliqua earum erit cum pruritu: cura ponetur infra de cura pruritus. cura etiam huiusmodi malæ complexionis pro parte non parua accipi potest ex dicendis infra de apostematibus ipsorum, & de dolore eorum, de quo statim ut supra clarebit.

De dolore testiculorum. Rub. 3.

VT curam doloris testium breuiter transeam: cum ipsa ex dicendis in cura apostematis dependeat. propter q, ibi recurre. & ob hanc causam uniuersaliter scribentes de cura eius paruam fecerunt mentionem. dolorem itaq; testes fortiuntur aut à malitia cōplexionis diuersæ frigidæ, aut calidæ simplicis, aut malæ ab extrinseco, uel intrinseco acquisitæ, ut de mala complexione actum est: aut ex uetositatē apostemate, solutione continui, casu, uel percussione uel apostemate, & huiusmodi satis manifesta.

SI GNA. si fuerit à uentositate; est illic tensio cum permutatione absq; grauedine, & percipitur uentositas, & adiuuat ad illud notitia regiminis præcedentis, quo usus est patiens.

Signa. si fuerit ex mala complexione; non est illic tensio uehemēs, & apparatus. signa eius dicta in præcedēti rubrica.

PROGNOSTICA. dolor & si perseverabit; perducet ad apostema.

CURA. canones, tua itaq; interest considerare causam

& iuxta illam canones ponere ex datis ut supra sæpe, & curam; ut exempli gratia, pro nunc si est mala complexio simplex solis alteratiuis procede: de quibus de mala complexione eorum: sed, si cum materia, euacua, & digeras, & diuerte, si opus est. & enemata sunt hoc casu euacuatua alijs paribus maximè conuenientia. quòd, si ex uentositatē; resoluere cum calidis resolutiuis, de quibus supra de colica, & infra de cura apostematis eorum. quòd, si ex caliditate; procede cum succis frigidis. q, si processerit inflammatio, & ardor; tunc cum eis pone aliquid opij cum thure. Auicē. & in factis ex frigore procede cum calidis, & ualet specialiter oleum de berbena, & euphorbium; in pauca tm̄ quantitate cum alijs mixtū, & oleum eius. si casu, aut percussione fiat phlebotomia diuersua in superioribus apponendo frigida repercussiuua loco, & tu hic, & esto cautus, qđ repercussiuua non sint mixta cum stypticitate uehementi. unde Auic. & assumatur membrum cum infrigidantibus repercussiuuis absq; stypticitate uehementi, quare dolorē faciāt; immo sit cum eis uirtus lenitiua: sicut uiolæ, nenuphar, cucurbita, & similia: deinde post illud administrent mucillago althææ, & chamæmillæ, & similia, & grana pini, & myrrha cum aqua frigida, & se. lini confectum cum aqua frigida, & butyro, & gluten alimbat, idest, xylocarate equaliter quòd, si fuerit ex apate, uel solutione continui, cura dicet infra, & certè ex dictis sæpe, & ex dicendis in rubricis sequentibus allegatis, cura doloris eorū est satis aperta. & ideò considera, & specialiter curā apostematum eorum.

De magnitudine aut paruitate testium. Rub. 4.

CONSEQUENS est, ut de mala eorum compositione agatur, postquam in primis de mala eorum complexione actum est. magnificantur quandoq; testiculi ultra decentiā per uiam impinguationis, & augmenti, dato, qđ corpori non afferant nocumentum sensibile; quia non ex causa præter naturam hoc fit. similiter & paruificantur, sicut. xii. cap. de mamillis actum fuit. & licet hæc inquisitio ad decorationē attinere uideatur ita, ut hic de ea dicere non foret opus tamen, ut ducem hac in parte sequar, aliqua de ea subscribam etiā; quia cæteri consueuerūt hoc loco de eis dicere.

CURA magnitudinis ordinatio dietæ, quæ ordinetur subtrahendo materiam cibi, & potus, ut decet. euacuatio. si est necessaria solutione uentris, uel phlebotomia præcedente digestionē & c. particulares ad opus ipsum magis debilitatio uirtutis nutritiua ipsorum; ne augmentatiua materiam administret. coadunatio, siue coarctatio; ne extensionem suscipiant, & augmentum.

Primi, & secundi complementum tuæ relinquo prudentiæ, & exercitio.

Tertius uerò complet, & similiter quartus cum frigidis stypticis, quibus & manuale regimen, in quibus quæritur, ut stent, & non cadant: de quibus. xii. cap. & ualet ad illud cerotum factum ex iusquiamo al. epithymo, & cera. item emplastrum ex herba cicutæ cum suo se. factum, & superpositum. item fricatura plūbi fricati adinuicem cum aqua coriandri humidi, item, & fricatura coti, aut lapidis moleni. & de appropriatis ad illud, & qđ temperat ipsos, est, ut assiduetur iniectio olei sambucini in uirgam. Auic.

CURA paruitatis, paruitas testiculorum naturalis est uirorum ducentia, sicut paruitas mamillarū in mulieribus unde, nisi fuerit tāta, qđ propriam impediāt actionem, tūc cura eius non est necessaria. qđ, si tanta fuerit, qđ propriā impediāt actionem; tunc eius cura est necessaria, quemadmodū & si præter naturam sit. & eius cura ante finem augmenti possibilis est, & tentari debet. post uerò impossibilis; nam tunc magnificari non possunt, nisi per modum impinguationis, quæ non est magnificatio uera.

Paruitatis uerò præternaturalis cura oīno quærenda est. cuius causa potest esse aliquando antecessio feb. hectica, & huiusmodi, aut applicatio rerum frigidarum, stypticarum, corrugantium, & constringentium ipsos suspensoria eorum, quare contrahuntur, & eleuantur ad myrach uētris, & iquina, aut occurus aquæ fri. uel aeris frigidi. unde sic eleuata, & ibi retenta collum quandoq; constringunt uesicæ, uel uesicam ipsam, ut accidat ex hoc dolor, quando mingitur, aut difficultas urinæ, aut eius distillatio.

Cura, canones quatuor seruandi in cura eius. primus ablatio causæ p̄ter naturā, quæ fit ex dictis, & dicendis, & si fuerit mala complexio, solutio continui, apostema, uel aliquod tale. secundus confortatio nutritiua; ut augmentatiua deseruiat ex cibis, & potibus humidis medicinis itus & extra applicatis per omnem modum, ut supra de stomacho calidis confortantibus. tertius dilatatio ipsorum contractorum, & constrictorum cum fomentationibus, & balneis calidis, quæ uirtutem mollificatiuam, & dilatatiuam habeant; ut sunt flores meliloti, chamæmillæ, fœnugræ, althææ, calamenti, & huiusmodi. quartus contractio nutrimenti ad ipsos cum fricationibus desubtus trahentes inferius cum adipe anatis, oleo masticino, de myrto, de rosis; ut materia ad eos sic tracta non resoluitur; sed remaneat etiam recurre pro his ad rubricam de erectione uirgæ. ex antiquis quidam dixerunt, quod necessaria est intromissio balnei in uirga, donec descendat testiculus, & tu considera.

De apostematibus testiculorum. Rub. 5.

POSTQUAM actum est de magnitudine eorum naturalis, consequens est, ut de præternaturali agatur, & est, ut ipsi magnificentur ex apostemate eis contingente: quod quidem aliquando calidum est, quandoque uerò frigidum, quandoque uentosum, quandoque aquosum, quandoque durum primum itaque expediam, quæ pro cura calidi dicenda sunt; deinde ad curam frigidi, & aliorum me transferam. euentus apostematis in testiculis diuersificatur ex parte loci; quoniam aliquando accidit in ipso testiculo, quandoque in osseo, siue bursa eius, quandoque in utroque; & causa eius secundum plurimum est fluxus materiæ ad locum ipsum propter causam primitiuam; ut est casus, percussio, siue compressio. & dicitur secundum plurimum; quia etiam à causa antecedente contingere potest, ut ab humore causante dolorem in eis, aut à mala complexione idem faciente.

SIGNA demonstratiua: si apostema calidum acutum; illic est dolor fortis, cum tumore, ardore, & pulsatione, rubedine loci. & si cum cholera declinante ad citrinum cum punctura: & est, quando est forte magnum cum eo febris propter communitatem ipsorum per arterias ad cor: quia erunt uenæ tumidæ maximè, quando à sanguine est, & erit complexio sanguinea, regimen præteritum sanguineum, & in sanguineo etiam tument uenæ, quæ sunt sub caucula pedis. quod, si ex cholera, erunt illa accidentia intensiora maximè ex parte doloris, febris, pulsationis, ardoris, puncturæ, & color (ut dictum est) ad citrinum declinabit. & adiuuat ad eius notitiam complexio, ætas, regimen, tempus anni, & huiusmodi.

Signa si fuerit frigidum phlegmaticum; color eorum non multum distabit à colore cutis consueto, & si declinabit; declinabit ad albedinem, & mollitiem, & erit dolor remissus. complexio, ætas, habitudo, regimen, & huiusmodi considerentur, & si erit cum eo febris remissa ualde, & hoc dico, antequam ad saniam ueniat. item & quandoque immo ut plurimum tale est absque febre, quod, si fuerit durum melancholicum; erit ibi durities cum colore liuido, absque febre, remisso dolore ualde. & complexio, ætas, habitudo, regimen, & huiusmodi, ut supra considerentur.

Signa si fuerit uentosum; erit extensio absque grauitate sine pondere, & permutabitur dolor, & in paruo tempore detumescet, & ilico post augmentabitur. & erunt signa uentositatis etiam ex parte regiminis, &c.

Signa si fuerit aquosum; ibi erit mollities manifesta, & comprehendetur aqua clausa inter substantiam testium, & syphac eorum; ut in hydrope. & erit color albus cum splendore, & aqua ipsa tactu digito comprehendetur, & quod in osseo uisu comprehendetur. sed quod est in testiculis, difficilè cognoscitur: & quod est in osseo, subtilius est, & extensum subtiliatum non ingrossatum. & quod est utroque difficilius cæteris cognoscitur: & oportet diligenter considerare.

PROGNOSTICA. cum uides apostema testiculorum delitescere, & absque causa minorari, dubita, ne ad partes pectoris, & superiores permutetur, ut ad cor, &c. quia tunc interficit, & est apostema testiculorum periculosum, & audiui aliquos ex eos mortuos esse; idè considera.

A **CURA**. canones. ordinatio dietæ, digestio, euacuatio, particularium medicinarum secundum diuersa tempora applicatio, apertio, si ad saniam deuenit; accidentium correctio.

Completur primus cum moderatione cibi, & potus subtractione carniū, & uini maximè existente febre. & tu uirtutem, ætatem, consuetudinem, & huiusmodi considera quietem, somnum, & huiusmodi, ut decebit.

Digeratur materia cum digestiuis propriis, de quibus supra quarto tractatu.

Euacuationes autem fiant cum solutione uentris per inferiora facta ex clysteribus medicinalibus appropriatis materiæ. unde Auicenna. nam, cum administrantur; suppositoria conferunt magnificè, & attrahunt materiam ad anum: conferunt etiam potata, sed potentius per inferius conferunt & uidetur magis necessaria, & maximè existente calido, phlebotomia, unde Auicenna. in cura apostematis calidi sic incipit. Oportet, ut fiat phlebotomia, & soluat ita, quæ phlebotomiam præponit. sed considera, quæ ambo quasi in paruo tempore fieri possunt. & de phlebotomia scito, quæ apostemate, & dolore existente in latere dextro debet fieri primò phlebotomia diuersua in manu dextra. quod, si necessaria uidebitur eius iteratio post eam, quæ de manu; fac ipsam, quæ de saphena eiusdem lateris. si fuerit apostema in utroque; simul accipiatur, quod necesse est accipere de sanguine ex utrisque manibus simul.

Quartus completur, ut supra de apostematibus renū in principio. applicando repercussiuam, styptica, & resolutiua frigida; ut est pannus infusus in aceto, & aquo ro. mucilage citoniorum, succo solatri, & alchechengi, & huiusmodi, ut de apostematibus renū actū. unde ualent ex simplicibus in casu isto oleum ro. acetū, mucillago seminū ipsorum, psyllii, cizonia, succus eorū, & mucillago seminū ipsorum, faba fracta, farina hordei, & huiusmodi de quibus in de mala complexione eorū: & tu ibi. ex frigidis, quæ si dolor multū infestauerit, cū hoc adde aliquid iusquiami, & camphoræ, & huiusmodi componendo, ut decebit, emplastrado, epithemando, unguendo. in augmento uerò oportet, ut cū repercussiuis administrantur resolutiua; ut cum farina fabarū ponantur flores chamæmillæ, farina cicerum rub. melilotum, folia caulis, berbena, uitellum oui, & huiusmodi. addendo ex frigidis, ut sunt acetum, aqua cucurbitæ, folia alchechengi, farina lentium, & huiusmodi de quibus supra allegata rubrica addendo plus, & minus, ut uidebitur expedire. & cum processerit augmentum plus uersus statum tunc addi potest ciminum, crocus, & huiusmodi emplastrado cum uino. quod, cum deuentum fuerit ad statutum resolutiuis amplius utatur; ut accipiendo de calidis iam dictis, & supra allegato rubrica paucum de stypticitate commiscendo, & continuet minus, quanto plus appropinquabit fini status. unde laudatur stercus uaccinum: & est medicina pro rusticis; & si Auicenna. laudet. unde laudatur stercus uaccinum cum aceto, & cinere caulis emplastrato. & quidam addunt uitellum oui, & radicem cucumeris asinini: & est forte. quidam operantur cum radice liliorum, hyssopo, & melle mixtis. ubi autem ueniat ad declinationem, solum utere puris resolutiuis ex calidis iam positis; ut cum fomentatione ex aniso, chamæmillæ, uino, ciminum, & huiusmodi. quæ si autem ad maturationem deueniat; quia resolui non potuerit; utere maturatiuis, qualia sunt folia maluarum, radix lilii albi, althææ, mucillago fœnugræci, semen lini, axungia porcina, coepæ albæ decoctæ cū butyro. & maturans optimum in principio, cum quæritur. maturatio est farina fabarum, chamæmillæ, althææ, mucillago seminis lini, uinum coctum.

Quod, si ad saniationem deuenit, aperiat cum medicinis, aut cum phlebotomo. sed hic aduerte, quæ apertura non fiat tanta, quæ ad anum deueniat; quia sic facilè accideret fistula. & idè securius fit, cum fit apertio ad aliam partem, quàm uersus anum: immò stude ad applicandum circa anū defensorium ex farina rizi cum aquo ro. & myrrha, maximè quando eruptio fit cum medicinis. aut prohibeatur ibi eruptio, & membrum dimittat introitū. & in hoc casu ualeat emplastrum ex myrrha, balauistiis ro. chamæ, & galla de

coctis cum uino: hoc enim emplastrum resoluit, exiccat, & prohibet eruptionem fieri in loco. locus autem aperiendus est osseum, siue bursa in loco conuenientiori cum cautela, ut dictum est, & in fine. & est ultimum Auic. ut iniiciatur in uirga muscus cum oleo sambu. aut debet sambucinū; est enim multoties sufficiens. & quia opus est chirurgicum magis; hinc me nō extendo.

Pro sexto dicendum, qd, cum accidens consuetum uenire sit dolor, & cura eius iam sit dicta; non est opus pro eius complemento protelare sermonem. sed postremò hic consideranda, quòd, ubi cessaret dolor ex repulsione materiae ad superiora, casu illo timendo de nocumento principalium debemus applicare membris principalibus confortantia frigida, aromatica, de quibus saepe suis locis; deinde trahere materiam ad testiculos, & ad inferiora cum diuersionibus, fricationibus, emplastris, & huiusmodi, quae omnia sunt opus experti, & prudentis medici.

CURA in apostemate frigido ipsorum dietam ordinam, digestionem, euacuationem, ut decebit. deinde procede in principio cum stypticis calidis appositis, resolutiuis, de quibus actum est. farina fabarum cum chamamilla, blactae bizaciae, squinantum, passulæ, myrrha, thus, & similia simplicia, aut commixta. deinde, cum procedit ad augmentum; augebis calida. & cum procedit ad statum; multo magis augebis calida resoluentia, & minorabis styptica; & in declinatione fortiora calida, qualia sunt rubea tinctorum cum oleo nardino, aut oleum nardinum per uirgam iniectū. & hic scito, qd talia apostemata nō raro sequuntur hydropem, aut cachexiam.

CURA Si fuerit uentosum; resoluetur cum farina fabarum, cimino, oleo nardino, & melle, & iniiciatur aliquid olei de enula, uel sambucino cum musco, uel de cherua, & est ultimum. & ante applicationem huius emplastri, uel similis prius fomentabis cum aqua decoctionis seminū apii, rutæ, spicæ, anisi, foeniculi, carui, & aliarum uetositatem extenuantium. quòd, si fuerit in osseo apertio; cum phleboto mo resoluit eam.

CURA si fuerit aquosum, similiter tenta resolue, & exiccare cum fomentis ex aqua maris salsa, aluminosa, sulphurea, & emplastrum cum uino, sulfure, & sale est efficax. item & medicina dicta supra in exiccando hæmorrhoidas ite & factū cū farina foenugræ, sulfure, & uino, & oleo sambucino. ite caulii. M. i. caricarum nu. v. decoquantur in aqua salsa, uel aluminosa, donec dissoluantur, & fiat emplastrum. aliud fortius farina fabarum, cicerum ru. ciminū, adeps renum, chamamilla, melilotum, & cera fac unguentum. & oleum de cherua est efficax, aut cum oleo sambucino, & in uirgam iniiciatur, & est efficax. Auic.

CURA si ad sclerosim uenerit, siue ad duritiē, aut quia fuerit tale à principio; mollificetur, aut resoluetur distincte uel comixte, ut de alijs apatibus duris dictum est. & ex expletibus hac intentionem sunt emplastra, cerotaria, & huiusmodi. R. ficuum, adipis anatis. ana. ʒ. i. foliorū oliuarum, & cupressi. ana. aggregentur cum uino, & butyro, & hyssopo humida, & fiat emplastrum. Auic. addit amoniacum. aliud. Rec. colcotar, hyssopi humide, cere, olei ros. medulle cruris ceruini, foliorum rubi. ana. fiat ex eis linimentum aliud & expertum. R. furfur, & indefinenter teratur, & cribelletur subtiliter, & resoluetur amoniacum cū oxymelle. & conficiatur cū eo, & inuisetur loco, dum temperatū tenet calorē, & reiteretur super ipsum assidue; est enim cōferens omni duritie. Auic. ad idē inungatur locus cum dialthea, deinde fomentetur cū aqua salsa, ubi bullierint ficus, & chamemilla, radix althææ, & foenugræcū. multa consimilia habuisti de apostematibus duris supra suis rubricis; & tu ibi. uolo hæc sic raptim scripta tibi de apostematibus testiculorum sufficere; quoniā materia chirurgicalis, ut supra.

De uaricibus ossei, & eius duritie. Rub. 6.

QUANDO apparent super osseū, & quæ sequuntur ipsum uarices inuolutæ plurimæ, in quibus quæq; coartatur uentofitas, & frequens sit titillatio super eas, & multoties generatur super eas apostema durum, quod est de genere apostematum frigidorum, & plurimū accidit in latere sinistro propter debilitatem ipsius; & quoniam habet uenam addi-

tam, ad quam effunduntur materiae. cura eius est cura apostematum durorum &c.

De mollificatione ossei. Rub. 7.

MOLLIFICATIO osseum, & prolongatur foeda prolongatione, & quæq; incurrunt dolorē, tumorem, & apostema ex humiditate frigida mollificante texturam uillorum; cum ergo ponderent testes; sua grauitate trahunt deorsum bursam, siue osseum. cura est duplex; leuis, & fortis, & ultima. leuis, ut dimittatur tactus eorum, fricatio eorū, & coitus omnino, deinde emplastrentur cum frigidis stypticis & cū eis assiduetur embrochatio, & etiam per os sumptis fortis, ut fiat icisio partis ossei; ut uerbi gratia, sumat illa pars, quæ est uisa utilis, & necessaria pro continentia testiu; deinde, quod est extra futura, tanquam superfluum incidatur, deinde fiat cōsolidatio incisi, & est melior operatio cæteris manualibus relinquo. & sic hæc sufficiant.

De ramice, & ruptura. Rub. 8.

De ipsa dicetur infra suo loco. xxij. cap.

De corrugatione testiculorum. Rub. 9.

FIT corrugatio causa frigoris uehementis, aut casu uirtutis, & est signum malum in habentibus ægrotudines acutas. si causa frigoris; cura ex dictis nota est: si casu uirtutis; attendat uirtuti, ut saepe superius dictū est de casu uirtutis.

De uulneribus testiculorum. Rub. 10.

ACCIDENT uulnera in testiculis faciliter; quia sunt membra spongiosa situata inferius apud membra, ad quæ multæ currunt superfluitates; & talia sunt anus, & uirga. & horum causa secundum plurimum est humor calidus. fiunt etiam ex sudore causis alijs extrinsecis; ut cætera uulnera. & quia ex calidis humoribus frequenter fiunt; hinc habentibus testes calidos, qui sunt etiam calidæ complexionis, magis accident, ad quod concurrunt eorum caliditas trahens humores ad se.

CURA canones. & antequam ad curam eorū deuenias; scito, qd festinè debet medicus succurrere; quoniā sunt mala deambulatoria; quoniā membra ista sunt fm formam, ad quorum partem festinat putrefactio; quoniā sunt protecta ab aere, & decliua ad caliditatem, & humiditatem, & approximant meatibus superfluitatum Auic. secundò, quòd horum cura similis est curæ intestinorū, & oris; & idē tibi tertio, quòd deteriora sunt illa, quæ fiunt in lacerto ani, & in radice uirgæ, & illud idē, quoniā indigent exiccatione forti, & sensus eorum, cum hoc est uehemens. canones ordinatis dietæ, quæ debet esse ad contrarium causæ. & quæ eam complent, collige tertio tractatu, de quo saepe. digestio, euacuatio, & hæc complentur cum digestiuis phlegmatis salis, aut humoris calidi, cholericis, & similiter de alijs cū euacuatuiis appropriatis, de quibus. iiii. tract. & tu ibi quòd, si opus fuerit phlebotomare, quòd ex signis repletionis, & huiusmodi comprehendes; fac illud, & phlebotomabasilicam. sis tamen semper attentus, quòd euacuationes præcedant semper particularia remedia. item, qd clysteria, suppositoria sunt hoc casu conuenientissima, ut supra de apostematibus eorum. & ueniendo ad particularia scito, quòd cura horum, & ulcerū uirgæ est similis. propter quod Auic. unum ambobus capitulum fecit, & licet sit similis in specie; differt tamen in gradu; quoniam sicciora debentur ulceribus testiculorum. & idē uide infra de ulceribus uirgæ quid scriptum sit. unde eligas ex dicendis ibi, quæ tibi erūt gratuita; qm te copiosum faciam, cum passio hæc sit, & maximè iuuenibus frequenter eueniens. postremò scito, qd ali quando fuerit ex humore ita acuto, qd necessaria est castratio timendo, ne nocumentum accidat cordi grāde propter magnam eorum colligantiam cum eo.

De tensione accidere in uasis spermatis, & de eorum mollificatione, spasmus, & tetano. Rub. 11.

ACCIDIT uasis spermatis tentio, spasmus; cuius signum est inflatio uentris cum sudore frigido. cuius causa est mala complexio frigida materialis. cura habetur infra de titillatione uirgæ, & in ore matricis; & tu ibi; nam eadem est. unde & propter hoc Auic. unum fecit capitulū. ego autem, quæ ad uirgam attinent, ut seriatim scriberem; suo ordine collegi.

De spermate, & eius dispositionibus, & quia multitudine.

Colcotar arabibus nostris uirioli, seu atrametū citrinū uocitat.

Osseon Græcis, Latinis scortū, uel recentioribus scrotum, bar-

baris aut infulse... modū... que corra... pre offe... quasi... oscheū... & dice... rēgr... imitantes... nūcupat.

dine, paucitate eius, & de his, quæ ipsum multi-
plicant, & diminuunt. Rub. 12.

Quid sperma sit dictum in principio capituli; est enim utilis superfluitas ultimi alimentis; quia glutinis. unde Auic. de causis eius. Est de substantia humiditatis proximè coagulationi, ex qua nutriuntur membra dura; utpote uenæ, & arteriæ, & similia illis. & tale recipit diuersitatem ex parte eius, quod est generatiuum, & non generatiuum; nã generatiuum est illud, quod exit benè digestum ex homine habente contrarias condiciones homini, à quo exit non generatiuum: nam talis est aut ebrius, aut decrepitus, aut infans, aut multi coitus, aut quia eius uirga est multum longa ut in socio nostro, qui non potest generare; quia prolongatur spatium motus spermatis, quando uenit ad matricem calore eius innato iam fracto. non ergo generat secundum plurimum. Auic. unde nimia breuitas est etiam in causa non generandi. quare alteratur, antequam ueniat ad matricem, aut quia in membris suis est multum debilitatus. quare, si tandem generat; talis raro generat sanum. itè quia nimio, aut paruo tempore fuit retentum; quare fuit imperfectum, uel naturam ueneni assumpsit; uel quia à cibo processit à proprietate generationi spermatis cõtrario. & multiplicatur sperma, aut propter multitudinem generantium sperma ex parte cibi, & potus, & aliorum, de quibus statim aut quia minoratur coitus multum: ut sunt uolentes castè uiuere, & tamen benè comedunt, & bibunt; aut quia ipsum sperma est nimium tenue, & resudat, & exit, sicut omne tenue; aut quia est pruritiuum, seu mordicatiuum. quare uirtutè stimulat expulsiuã, & sic sapius emittit, & multiplicat secundum quantitatem discretã. accidit & eius multiplicatio ob defectu uasorũ; quia eorũ uirtus retentiua debilis sic facta ex mala complexione eius accidente; quia exit frequenter, aut quia expulsiua fit facta uehemens ualdè, aut quia spasmat, vñ fiunt motus extranei. vñ & expulsiua mouet ad expellendum sperma, sicut & aliud nociuum, quemadmodum accidit stomacho uehemèti, cum aliquid ei nocet. unde uomitu & iuuatiuum, & nocitiuum expellit, aut eis accidit mollificatio. quare sperma non retinet propter dilationem accidentè in meatibus. Auic. Ex his scias, quod spasmus membrorum spermatis est solutiuius, & spasmus lacertiani est retentiuius; creatus est enim ad retinendum, & illa ad exprimendum. Auic.

Accidit & quandoque causa renum eius multiplicatio; ut, cum ex nimio calore eorum adest; liquefit. item & multiplicatur, cum multiplicatur cogitatio ad coitũ, & uerba irritantia ad eum. unde uolentes castè uiuere debet ab his, & ab obiectis mouentibus abstinere. quare religiosi honesti cauti in his esse debent. & paucitas eius cõtrarijs fit causis. unde laborantes, seque fortiter exercitantes sunt consueti paucum sperma multiplicare. & quia, ut tactũ est, hæc multiplicatio quandoq; ex causis fit præternaturam; hinc de cura eius etiam agendum putauit.

Cura multiplicationis spermatis. sed, antequam ponatur cura eius; ponenda sunt, ut pmissum est, quæ sperma multiplicat. & ex cibis, uel cibarijs sunt ea, quæ sunt calidæ & humidæ complexionis sanguinem multum, & bonum multiplicat, & contraria diminuunt. unde hoc scito, & pro curiositate, & pro utilitate, quod omne deriuatiuum sapit naturã sui primitiui. & idè qui masculos producere uolunt debent multũ attentè considerare cibaria, & potus suos; ut ad latus caliditatis declinent, & nõ frigiditatis, de quibus infra; & tu considera, & maximè usitata. oua sordilia cum cinnamomo, piper, uel galanga, rapa, napones, caulis, bauciacia cum carnibus bouinis, & laudatis; ut sunt gallinæ pingues, caro hoedi, masculi, & pinguis, caro castrati, columbi repinguati, passeris. unde Auic. Et quidã dixerunt. iile, qui assiduè comestionem passerũ, & bibit super eam lac loco aquæ sine cessatione est erectus, & multi spermatis. & caro piscium frigida refracta cum pipere, zinziber, cinna. & similibus, itè cerebella paruaru auium, & præcipuè passerum; item medullæ animalium, cancri fluuiales, & hmõi.

Vt te copiosum faciam, & ordinatius hic; subscribã per ordinẽ alphabeti, ut consueui, quæ sunt sperma multiplicat ex parte ciborum, & potuum, & medicinarum simpli-

A cium, & compositarum, & quæ ipsum exiccant; ut uolentibus à coitu desistere succurrere possint. augmentantia sperma amygdalæ dulces, auellanæ, anisum, bolus, bombacis semen, cancer, carthamus, coepæ, caules quidã Almanf. & extimo, quod sint caules apud nos dicti capuci, aut capucini cicer, coriandrum, cotunix, enula, eruca, faseoli, faba, & maxime, quãdo cum eis bibitur uinum dulce nouum, & à Placentino multum laudantur fistici, fœniculus, galanga, lac, lingua auis secundum omnes, medullæ animalium, molo-
chia, napio, nux, oleum sifaminum, amygdalarum dulciũ, oua gallinarum, perdicum, papauer al. semẽ eius cum melle, pastinaca, pinea, piper longum, pisces recentes, pisces multorum pedum; sicut sepia, porrum, raphanus, rapa, rizũ, satyrion, sparagus, stincus, testiculus, tubera, turtur, tribulus fluuialis cum melle conditus. & ex communibus, & usitatis diasatyrion ualet, & confectio philosophorum. Auic. prima quinti. & cõfectio aphodillati posita ab Auic. tertia quarti de lepra. item laudatur caro pinguis cum coepis, dummodo non frigatur, quoniam frictio prohibet multitudinem nutrimenti eius; carnes tamen porcorum iuuenum in ueru coctæ sunt conuenientes, maxime quando conduntur cum cinnamomo, galanga, cardamomo, croco, & huiusmodi. & nota pro dictis, & dicendis, quod aliquando homines non possunt stare in una qualitate ciborum: unde de calido ad frigidum se transferunt, & in tali casu fiat refectio frigidorum cum pipere, macropipere, cinnamomo, & huiusmodi. item usus cibi de rapis, de napiis, de baucijs cũ carnibus pinguibus. item eis, qui sunt consueti cibis ex butyro, & lacte, & modico cinnamomi. item ferculum de tritico cocto usque ad eius inspissationem; sicut puls, & risi cum lacte, & caro cum lacte ouino, item usus menthæ. unde Auic. ipsa enim confortat membra spermatica ualde, & eius usus fortitudinem facit super sperma sub rubrica cibi puri. xx. tertij; sed considera, quæ dicentur infra de gonorrhœa de ipsa, & speciali ter. itè frictio coepæ cum butyro optimum. ad idem penidiarum, succi coepæ, lactis. ana. decoquantur; donec ad spissitudinem ueniant: de qua mixtura sumatur omni die circa. ʒ. i. item. R. cicer nigrũ, & teratur modicum, & infundatur in aqua decoctionis erucæ, deinde, cum tumefactum erit; extrahatur, & exicces in umbra, & cum penidijs cõficiatur. de quo accipiat omni mane quantitas auellanæ, & desuper bibatur modicum. item maxime ualet cicer ipsum. cũ quo decoquuntur carnes arietis cum modico cinnamomi, & pauco croco. item. R. aquæ coepæ, & mellis. ana. & bulliant ad cõsumptionem aquæ, de quo accipiant duo coclearia, cum itur dormitum cũ aqua calida. breuiter stude generationi, & multiplicationi boni sanguinis, modò cum calidis, modò cum frigidis, ut exigit complexio recipientis, & rei ipsius dispositio. quidã faciunt electaria delectabilia ex pineis, phisticis, amygdalis dulcibus, seminibus communibus emundatis, semine portulacæ, erucæ, bauciæ, addendo cerebra passerum, cinnanomum, piper, galanga, penidias, aut mel; & tu compone, ut uidebitur ex iam dictis. et ingeniatur plures ad potus suauis factos ex passulis, penidijs, decoctione erucæ, napi, & ficus sicca, & quidã addunt bauciã, & quidã ex iam dictis alia decoquendo, dulcorado, & decoquunt cũ aqua ferratã, quã est confortatiua. & uinum nouũ dulce multum ualet, & est potus naturæ magis dilectus. ad idem. Rec. seminis bauciæ, seminis naporum, coeparum, raphani, sparagi, erucæ, pinearum mundatarum, carda. piperis, phisticorum, lentes, linguæ arietis, iringi, been al. & ru. satyrion, costi, zinzibe. piperis long. nasturtij. ana. ʒ. ʒ. terantur, & cum melle fiat. dof. ʒ. i. cum. ʒ. i. lactis calidi & ʒ. ʒ. penidiarum mane, & sero. auget sperma, & uirgam erigit. & ad idem. Rec. amygdalarum, auellanarum, nucis indicæ, piperis, physticorum. ana. ʒ. i. zinziber. piperis long. se. pæoniæ. ana. ʒ. iij. confice cum penidijs mane, & sero. sumatur de eo. ʒ. i. cum uino dulci nouo; ipsum enim, ut supra, optimum est & cum cibarijs, quæ minuunt, & exiccant sperma sunt anethum, agnus castus cum menthastro potatus, allium, anethum, aqua ualdè frigida, atriplex canabis semen, cum multiplicatur eius usus, camphora, citrullus; coriandrum Serapio Auic. & cæteri. propter quod cõsidera, quod dicitur de ruta

infra de gonorrhoea; quonia hic uidetur esse cōtradictio, cum potum sit supra augmentare. enula, eruca, & pro his etiam lactuca, lentes, & aqua eorum, melones, mora, nenuphar, radix à proprietate coagulat sperma, piper, portulaca, plátago, ruta, de qua in de gonorrhoea, hyssopus, lac acetosum, farina glandium, item nilium torrefactum, & non torrefactum, sem. urticae, sem. agni casti. & ex compositis ualet emplastratio cú oleo de nenuphare, de castoreo, de ruta cum iusquiamo nigro, aut al. ad testiculos, & ad anum facta. item cerussa abluta cum plumbo adusto, & cum carnis bus melonum. & ex frigidis bonis semen lactucæ, se. iusquiami al. se. citrulli, endiuia, se. psyllii non fractum coriandrum siccum, & nenuphar siccum. terantur omnia præter psyllium, & fiat puluis, quo utere, ut uis, in forma pilulari, confectione, electu. & huiusmodi. & diaciminum est exiccatiuum spermatis ualde Auic. & resoluendo uentositatem uehementer tollit uirgæ erectionem, cuius causa est uētositas, ut infra. ad idem. R. semen rutæ, anisi. ana. 3. i. castorei iusquiami al. an. 3. ii. ro. ru. balaustrarum ana. 3. iii. terantur & cribellentur, & sit dos. 3. i. usq; ad. ii. fiat in forma pilulari, & desuper bibatur aqua cú uino permixta. aliud ad idē R. semen lactucæ. 3. iii. 5. semen rutæ. 3. i. balaustrarū. 3. ii. semi. agni casti. 3. i. dos. 3. i. ad. ii. aliud ad idem. R. radices camia sicca, ozimi mōtani, myrrha. ana. 3. ii. euphorbii. 3. 5. semen rutæ. 3. i. baucie, agni casti, maiorana. an. 3. i. pondus. 3. i. da, ut uidebitur. postremò addo dictum Auicē. hic & de his, quæ experti sunt. experimentato res est incessus nudis pedibus, deiecit enim desiderium coitus; & hoc remedium beatus Franciscus in præceptis suis reliquit sequacibus. quod faciunt multi heremita, & boni religiosi à uenere molestati. de compositis hic sic pertransseo; cum per te ex datis multa coficere potes. & nota, q̄ in omni ætate ualent frigida, & in omni complexionē; sed sic non est de calidis; quoniam calida æquant complexionem frigidam. propter quod in phlegmatico, & sene non opera buntur, ut in cholericō, & iuuenē, unde nota dictum de ruta infra in rubrica de gonorrhoea, & quoniam summa cum sollicitudine omnia exquirenda, quæ ad notitiam generationis faciunt, in qua natura uidetur esse multum sollicita; hinc de ipso spermate in fine huius rubricæ ponā, quæ multum facient ad aperiendam medici operantis intentionē circa ipsam generationem habitam.

CAUSAE spermatis. itaq; quatuor considerentur causæ materialis, formalis, efficiēs, & finalis. de materiali iam dictum est: ipsa enim est humiditas illa per uenas, & testes delata, ut supra ex corpore toto; quia ex omni membro per uiam resudationis. & nonnulli dicunt eam esse materiam sanguineam delatam, &c. ut supra in prin. capit. & hæc quidem humiditas secundum magnam partem à membris uenit principalibus, & plus à cerebro. unde Auicē. de causis spermatis, & Hippo. quidam dixit in suis intentionibus, & plurimum materia spermatis est in cerebro: & quod descēdit ex duabus uenis, quæ sunt post ambas aures. & propter hoc abscindit phlebotomia ambarum generationem, & facit incurrere sterilitatem. & parum infra. Et est uerum, q̄ dixit Hippo. de esse duarum uenarum. idē oportet, ut sit ei ex omni membro principali facta, & ut sit ex membris resudatio etiam ad istas radices. & idē oportet membra custodire principalia in generatione. & idē in practica considera. formalis duplex accidentalis, & substantialis accidentalis est albedo, quam recipit uirtute complexionis elementorum ipsorum testium. substantialis est germinum esse, id est, generatiuum, & hoc ei accidit per spiritum gignitiuum interceptum in spumoso eius habente potentiam trium uirtutum unitarum in ipso quas defert ad testes extrinseci principio spiritus, quia à cerebro animale, à corde uitalem, ab hepate naturalem. & hic quidem spiritus gignitiuus in testibus alterationem recipit, & complexionē aptam ad exercēdum actum generatiuæ uirtutis. & ex isto comprehendis, quantum studere debet medicus in conseruatione ipsorum testium; cum ex eorum lēione generatio ipsa impediri potest. efficiens est aggregatum ex uirtute generatiua, & testium complexionē: & idē ipsis læsis læditur efficiens, & principale: quare, &c. finalis est ad conser-

E uandam speciem per indiuidui generationem, ut supra in principio capituli patuit, &c.

De cura multiplicationis spermatis. Rub. 13.

VNDE, quia multiplicatio eius secundum causas assignatas in præcedenti rubrica est homini, ac mulieri quandoq; multum nociua; hinc duxi succurrendum diuersimodè secundum suarum causarum diuersitatem, si prius aliqua annotaui signa de eo.

SIGNA demonstratiua. ad eā uerò, quæ est causa spermatis multi non sequitur debilitas, & diminutio ex coitus multitudine, nisi corpus fuerit.

Signa. quæ ex propter tenuitatem, est tenuitas ipsius spermatis.

Signa eius, quæ est propter acuitatem spermatis, cognoscitur per mordicationem spermatis in eius exitu per ardorem urinæ, quandoque & color eius ad citrinitatem declinat, & regimen præcedens, complexio, & huiusmodi declarant.

F Signa. si causa fuerit debilitas continuæ, ut infra in præcedenti rubrica de gonorrhoea, & pollutione, signum, quoniam egreditur absque erectione uirgæ: & similiter, si fuerit illic mollificatio.

Signa. si fuerit ex spasmo; erit illic tensio, & erectio, & iam signa spasmi, & mollificationis habita sunt: & tu ibi postremò de his in sequenti rubrica.

CURA. & scito, quod hanc curā leuiter pertrāsibo; quoniam hic in sequenti rubrica curam ponam de gonorrhoea, & pollutione, quæ est eadem, ubi remedia particularia, & plura colliges.

CURA in facta propter humiditatem cibi, & potus minoretur cibi, & fiat euacuatio cum phlebotomia, si corpus fuerit plethoricum, aut si sanguinis fuerit abundantia, uel in eo peccatum, aut euacuatio cum medicinis præcedēte digestiua, si oportebit; deinde introducatur usus rerum exiccantium ipsum in præcedenti rubrica, & rerum infrigidantium, ut infra.

CURA. in ea uerò, quæ est minoratione coitus sanctè, & honestè, & cum modis, de quibus infra rubrica de coituumocumētis, & iuuamentis eius est, q̄ cibum minorent, & cætera, ut iam dictum est.

CURA. in illa, quæ est ex tenuitate, utantur stypticis calidis permixtis cum exiccatiuis, de quibus supra ad plenum, & infra. & iam sciisti ea ex cibis ingrossatiuis; sicut sunt pultes, & triticum coctum, ut puls. pruritus autem, & mordicatio tollitur cum infrigidantibus, & parumper stupeficientibus domesticis; ut est papauer al. solatrum, & huiusmodi. uirtus autem cōtentiua fortificatur stypticis iam dictis frigidis, aut calidis, ut exigit dispositio tribuēdo in potu, & exterius leniendo. & mentha quidem est pharmacū notabile ingrossando sperma, & confortando uasa eius ad retinendum ipsum.

CURA autem spasmi, tetani, & mollificationis iam dicta est cura eorum, &c.

De gonorrhoea, & pollutione. Rub. 14.

QUONIAM in utrisq; accidit spermatis multitudo, hinc post rubricam præcedentem statui hæc ponere; ex eo etiam quoniam interius rubricis præcedentis clarius atq; particularius hic aperietur. differunt autem nomina ab inuicem; quoniam gonorrhoea est fluxus spermatis in uoluntarius in uigilia factus. pollutio uerò est fluxus talis in tempore somni cōtingētis. & dicitur gonorrhoea à gono græce germen, & rhoea fluxus. quidam uerò pollutionem sic describunt pollutio est expulsio spermatis in somno, & hora noctis, & secundum plurimum in ætate adolescentiæ qua plurimum abundant per interualla temporis facta. de his satis; quia à medico non est de nominibus disputandū, ut sæpe supra. unde Auic. & quandoq; non mouet nisi apud somnum, quia etiam absq; somno fieri cōtingit. sed hic scito, quod Aui. hanc passionem, scilicet, gonorrhoeam nominat multitudinem exuberationis spermatis, & humoris, qui egreditur ante urinam, & sub illa rubrica ponit capitulum, in quo declarat causas ipsius gonorrhoeæ, quæ positæ sunt supra in rubrica de spermate, quæ etiam pro nunc ponentur, & breuiter.

Gonorrhoea græcis, semis profuuita latinis, plerumque deprauate gonorrhoea passim scribitur.

CAUSÆ eius sunt exterior, aut interior. si exterior sic est aut concupiscentia, amplexus, uisus, auditus, uehemens cogitatio ad coitum, sessio super lapidem, casus, percussio, unctioes, usus balneorum, & hmōi uirtutem cōtentiua debilitantiū, aut expulsuam fortificantium, aut irritantiū; nam, ut supra in principio capsi, concupiscentia irritat expulsuam, si interior; aut est ex parte ipsius spermatis; quia sua multitudine; aut acuitate, uel alia mala qualitate uirtutem grauat contentiuam, propter quod expellit, aut expulsuam irritat; aut quia sua substantia tenui resudat: aut est ex parte uirtutis contentiuæ in se defectionem patientis propter malam complexionē frigidam, & humidam, aut patiens propter uehementiā expressiuæ lacertorum ipsorum uasorum spermaticorum: cuius causa est spasmus, contrahens uehementer lacertos, ppter quod sperma contentū exit; ut accidit in epilepsia. aut est ex parte uasorum ipsorum; quoniam mollificata sunt à mala cōplexione. aut ex parte nimie caliditatis renum, aut ob aliquā aliam causam, malā complexionem calidam aut frigidam. sed dices, quomodo in epilepsia emittitur sperma, & retinetur fœces, & urina, cum in ea sit spasmus communicatus toti, & lacertis ani, & uesicæ; unde etiam per eorum contractionem debet fieri expulsio super fluitatum primæ digestionis, sicut & quartæ, siue terciæ? dicendū, quod lacerti ani producti sunt ad retinendum, uasorum aut spermaticorum ad expellendum, quemadmodum lacerti meri in exteriori eius tunica situati: & tu considera.

Et hæc passio diligenter curanda; quia aliter, cum prolongatur corpus; ad mortem perducit: nam certè cum aliquod membrum intrinsecū debilitetur, & illa debilitas procedit in longū; raro tollitur, & si tollitur, magna cum difficultate fit illud. & ideo & quidam ornatiū ponūt causas eius. quædam sunt primitiuæ; ut inordinatū regimen ex parte sex reum non naturalium, quas per te considera: antecedens est mala complexio ipsorum uasorum; quia uirtus debilitatur, eorum acuitas spermatis. coniuncta debilitas retentiua, intensio expulsuæ, intensio attractiuæ. & hæc omnia in suo pulchro consilio extendebat, quæ gratia breuitatis omitto sperans dictis satis aperta fuisse.

SIGNA demonstratiua gonorrhœæ sunt illa, quæ dicta sunt in præcedenti rubrica; quoniam, ut dictum est; Aui. pro uno & eodem capitulo habet. sed, ut tibi magis complacere; alia addam signa, & particulariora magis: nam, si cōtigerit propter causas extrinsecas, ut propter uisum, auditum, ut supra stabitur iudicio patientis.

Signa, si fuerit propter passionem aliorum membrorum cognoscitur discurrendo per dispositiones eorum. ut si propter paralysem eorum sit sine erectione uirgæ, ut in præcedenti rubrica; & erit eius exitus insensibilis.

Signa, si fuerit ppter spasmū neruorum, uel lacertorum; tunc est cū dolore peccinis, & inguinū. quod, si propter caliditatem omnium horum; tunc lædunt calidis, & iuuatur frigidis.

Signa, si propter multitudinem; non maceratur corpus in eius emissione.

Signa, si propter calorem; sentitur calor, & mordicatio, & i exitu spermatis causatur tremor, & rigore sine frigore & in aliquibus accidit dolor capitis et quasi quædam species mania, & accidit inquietudo, & grauitas totius, & ista accidentia etiā accidunt his, qui habent semen calidum cum coeunt dato, quod non habeant gonorrhœam.

Signa, si fuerit ex aquositate seminis; tunc panni, super quos cadit, parum inficiuntur; & cito penetrat.

Signa, si fuerint renes; tunc semen est grossum uiscosum & semen aliquā antecedit urinā, & aliquā sequitur; ut in Mātua uidimus, & aliquando simul ueniunt. & dixit Alexander, quod patiens debet interrogari, si sentit calorem in uirga, & si regimine impinguatiuo usus fuit, & huiusmodi.

Signa, si fuerit debilitate contentiuæ; tunc corpus macrefiet, & color efficiet pallidus cineritiū; ut in domino Gurelo de Sicilia. & tales post coitum summè deficiunt, & eorum urina est tenuis, & quandoq; rubicunda.

PROGNOSTICA. cum perseverat; ad hecticā corpus perducit, & ad mortem. & ideo habentes non uerecundentur cito detegere eam, & ei prouideri facere.

CURA. canones ordinatio diætæ, euacuatio materie-

Arum communium, & partim propriarū, digestio, euacuatio quintus est sē diuersitatem causarum diuersio, abscissio, siue remotio, sextus est accidentium correctio.

Primus completur ordinando diætā ad contrariū causæ; ut, cum causa fuerit acuta, salsa &c. ordinentur frigida, ut est lactuca, endiuia, portulaca, & huiusmodi, & e contra, si fuerit frigida. & mentha est in hoc excellens, ut supra in fine rubricæ de cura multiplicationis spermatis. & pro his clarius recurre supra tertio tract.

Secundus perficiatur cum ænematibus mollitiuis, subtiliatiuis, absterfuiuis, lenitiuis, lauatiuis, & eductiuis; ut est factū ex bliti, atriplice, portulaca, lactuca, mercuriali; castabro, anetho, hordeo, cassia, benedicta, oleo communi, sale, & huiusmodi. item & pro euacuatione propriarū da respiciens materiam propriam aliquā minorando. item, si acciderit plethoria, aut sanguinis peccatum; stude phlebotomatione ex basilica plus, & minus sē ætatem, plenitudinem, & huiusmodi; quæ omnia diligenter considera.

Digeratur materia cum digestiuis appropriatis, de quibus quarto tra. & in frigida da digestiua longiori tempore & in calida pauciores sufficiunt uicēs.

Post dabis euacuatia eradicatiua ex pilulis de benedicta ex benedicta, cassia, agarico, rhabbaro, & huiusmodi, sē quod exigit materia. item memorare de phlebotomia, si expedit, & pro his duobus canonibus nota hunc canonē, quod in casu isto laudatur uomitus, & uituperantur euacuationes factæ per inferius; quoniam materiam ad loca læsa cōuertunt, & maximè fortes. item & non laudatur usus diureticorum propter uicinitatem uiarum. & ideo prudenter & cautè te habereas non frequentando, & non continuando ea; quare benè considera. unde ab eis ut potes abstine. unde nota Sera. & cum mundificatione per uomitum cum adest necessitas, & prohibeatur ab euacuatione per inferius, & prouocatio urinæ prohibeatur.

Quintus habet diuersa complemēta sē diuersitatem causarum. vñ secūdum ordinem causarum in facta à causa exteriori, & primitiua remoueat ipsa causa continēdo ab auditu talium, uisu, & hmōi. & ideo, ut supra, prudentes religiosi nō libenter uagant per ciuitatem, neq; cum mulieribus loquuntur. item introducatur turpis aspectus mulieris turpis, difformis, & hmōi; ut pulchrè docet Ouidius de remedio amoris. item, si expedit flagella, ieiunia, & accidentia introducantur terribilia cum discretionē moderata.

CURA. si fuerit ex nimia repletionē cibi, & potus; minoretur cibus, & potus, administrētur, quæ dixi in cura de multiplicatione spermatis; & tu ibi.

CURA. si fuerit causa extrinseca causa debilitatis contentiuæ, ut sessio super lapidem frigidum, usus balneorum, & huiusmodi; procedatur, ut dicetur statim in ea, quæ est propter debilitatem contentiuæ uasorum.

CURA. In facta autem propter sperma ipsum sua acuitate stimulans uirtutē procedatur cum frigidis, & hū. extinguentibus acuitatem, perueniendo usq; ad ea, quæ parum per stupefaciunt. & hic aduerte, qd ex frigidis, quæ sperma augent; ut sunt lac, albumen ouorum, & hmōi, de quibus supra ad plenum rubrica de spermate. & ideo benè considera, ne ad intra dentur. unde præmissis uniuersalibus operare cum particularibus intus, & extrā. intus; ut dando cibos ex lentibus, brodio ipsarum, lactuca, portulaca, & huiusmodi hordeo cocto, milio, & huiusmodi. item ualent femina cōia frigida maiora item triansandali, & hmōi, aqua frigida, si non est, quod prohibeat. item unctioes ad extra cū oleis frigidis ro. uio. nenupharino, & hmōi, de quibus de mala complexionē renum. unde ex his ungetur renes usq; ad alchatim, testiculi, & peccen; etiam si oportet addēdo aliquid iusquiami, opij, mandragoræ, aut olei eius, item infrigidans. Gal. etiam cū triansandali roboratum, item unguētū populeon. de papauere scito, qd auget sperma, & ideo ad extra securè credo administrari posse. ad intra uerò nō. itē addatur cāphora, quando oportet, quoniam talis est utilis. itē ualent oia posita supra in rubrica de ardore urinæ, ulcere colli uesicæ; quare tibi. item quia ponentur plura de pollutione ex apate, acuitate spermatis proueniēte statim; hinc à multa taliū descriptione supersedeo. & tu ea relege; quoniam

niam utilia tibi erunt, & tuo conformia proposito.

C V R A. In facta ex tenuitate spermatis dentur styptica, cum quibus est permixtio caliditatis cum sic. sicut sunt pultes, & triticum decoctum, & puls, rizum, & mentha est nobile medicamē in hoc secundum omnem modum administrationis eius. etiam plures cibi dicti sunt supra rubrica de spermate. fiant unctioes etiam aut alia consimilia sperma ipsum ingrossantia, & exiccantia: & tu per te compone confectiones, sy. troc. pilulas ex agno casto, calamento, & aliis calidis exiccatis dictis supra, quæ habent resolvere, exicare, & stypticitate participant commiscendo frigidis unde ruta maximè commēdatur in calidis, & non frigidis; quia in eis sperma auget. unde metrificator. Ruta uiris uenerem minuit, mulieribus auget. & pro hoc quere supra rubrica de spermate circa finē. puluis cōmendatus. **R.** ireos, menthe, hæmatitis, castorei, seminis portulacæ, agni casti, fiymbri, & zucc. quod uis. dosis, ut uidebitur est de mente **Raf.** & si remoueat castoreum propter malum odorem; pone calamentum.

C V R A. In facta propter debilitatem contentiux uasorum procedatur cum stypticis ad intra, & extra administratis ex calidis, aut frigidis, ut docet dispositio ex syru. & potionibus, unctioibus, pulueribus, embrochis, confectionibus, electariis, & huiusmodi. potio ad hoc. **R.** syrup. de mentha. **ʒ.** ii. seminum agni casti, **ʒ.** i. seminū portulacæ. **ʒ.** unam coriandrorū preparatorum. **ʒ.** ʒ. rasuræ eboris. **ʒ.** i. menthe sicca. **ʒ.** ʒ. aquæ plantaginis. **ʒ.** iij. ponatur ad colatorium, & fiat fortis expressio. item maximè ualet usus menthe uiridis cum aceto. item & eius usus sicca; ualet enim etiam per tertiam uirtutem, de qua supra, ualet & trochisci de ros. cum semine agni casti, sandalis, & semine portulacæ, mentha sicca, & huiusmodi, ex quibus potes per te componere & talia. ad idem ualet epithima ex sandalis, thure, mastice, mentha, uiuo. cum succo plantaginis, & uino aromatico factum. item ualet, quæ dicta sunt supra de mala cōplexione testium; nā sicut illa quandoq; est calida, quandoq; frigida; ita & debilitas: hic quandoq; est à causa calida quandoque frigida. item ualet, & quæ dicta sunt de dysuria, & quæ de renibus: unde te tranferas ad calida, aut frigida confortantia styptica secundum q̄ exigit dispositio ipsa. item quædā sunt de diabete: & tu ibi. quidam maximè confidunt in hac passione in castoreo ita, ut dicunt, q̄ castoreum solum potatum sit efficax ad curādum hanc passionem. item & semē lactucæ, & portulacæ, ut supra, mirabiliter conferunt maximè causa existēte calida. quidam ireos, alii agnum castū, alii mentham, & in summa omnia illa conferunt ad ipsam conferendam. similiter ualet coriandrū ro. nenuphar, piper, calamentum, solatrum, semen canapis, anethū, hæmatites in quo multi suam ponunt sp̄. decoctio lenticulæ, seminis lactucæ, seminis portulacæ mirabiliter libidinem extinguūt.

Et breuiter expeditis causis, quo ad earum complementa ponā in fine de gonorrhœa ei conferentia ex simplicibus & cōpositis. quare lupse deo; etiā quia, q̄ dicent in hac eadē rubrica de pollutione, sunt in casu p̄cipua: quare eā relege.

C V R A. in facta ex spasmo, aut mollificatione procedetur cura spasmi, aut mollificationis, quæ supra posita est sua rubrica. & hic aduerte, q̄ hæc passio turpis est timenda, cui si cito nō succurratur; corpus aut ad hæcticam, aut sterilitatē aut ad paralysem uniuersalē p̄ducit. & idē stes auisatus, q̄ exitum spermatis prohibere non debes; quousq; corpus ex eo non incipit sentire debilitatem; & tunc incipias cohibere, ne inde sequatur, quæ dicta sunt. exitus aut eius quandoq; est utilis, quando nō superfluit, & maximè q̄ fuit diu retentus; q̄ ad naturam ueneni conuersus est, & tanq̄ utilis habeatur eius exitus. electarium, ex quo honorem accipi, & ualet si perueniat ex debilitate contentiux uasorum. **R.** menthe sicca. **ʒ.** i. ʒ. rutæ, nenupharis. ana. **ʒ.** ʒ. agni casti **ʒ.** i. ʒ. rasuræ eboris. **ʒ.** i. ʒ. sandalorum ru. **ʒ.** i. ʒ. ro. par. i. zuchari ro. par. ii. confice electariū. ex simplicibus gonorrhœæ conferentibus sunt agnus castus, aqua frigida, calamentum camphora, lac capræ cum melle potatum, castoreum potatum cum succo agni casti, uel ambo. dentur in forma pilulari, & congruenter satis. item ex eis unctio renibus facta ci chorea, hæmatites à p̄prietate rectificat, eruca comesta, la

Eruca, semen eius, nenuphar, portulaca, plumbum, & lamina eius, de quo statim de pollutione, ruta, ireos. unde Auic. aufert gonorrhœam, & plurimam pollutionem. & ex cōpositis diaprassium Nico. item. **R.** seminum lactucæ, papaueris, portulacæ, anethi, canapis, plantaginis, agni casti, rutæ. ana. **ʒ.** ii. ro. menthe, nenupharis, myrti, sandali, balaustrum, ireos, glandium, acaciæ. ana. **ʒ.** iij. dragaganti, gummi ara. boli. arme. hæmatitis. an. **ʒ.** i. castorei. **ʒ.** i. camphoræ. **ʒ.** ʒ. penidiarum. **ʒ.** i. item sy. cum succo plantaginis, lactucæ, uel menthe. item potes ex his conficere electaria, sed remoue castoreum. item confectio de triasandalis, diadragantum frigidum. renes autem usq; ad alchatim, & testiculos inunge ex unguentis frigidis stypticis, de quibus de mala complexione renum addendo camphoram, iusquiamum opium, & talia, ut supra, & moderatè, cum instabit necessitas. item infusio panni in oleo ro. myrtino, masticino, succo lactucæ, & modico camphoræ; & tu per te compone, & uade ad loca remissa supra, ibi ex unguentis, & aliis copiam inuenies satis.

F **EXPEDITO** de gonorrhœa accedo ad pollutionem, quæ uidetur habere easdem causas, & remedia. unde Auic. de ea dixit. Et eius cura est illa cura demonstrando curam exuberationis spermatis, quam gonorrhœam uocāt, unde & multi unum faciunt capitulum de ambabus gonorrhœa solum nominantes: & quæ posita sunt pro cura gonorrhœa simplicia, & composita hic adducenda sunt: & quæ hic ponentur, etiam ad tollendam gonorrhœam afferantur, & ut tibi complceam; scito, quod Auicē. capitulum de ea sic incipit. Causæ eius sunt causæ exuberationis, & motus spermatis, quam exuberationem, ut supra gonorrhœam cognominamus. sunt itaq; eius causæ extrinsecæ; ut dormire super ceruicem, siue super renes lōgo tempore, super stratū multum calefacientem dormire longo tēpore, & corpora apta eam incurrere tēpore somni sunt corpora raræ texturæ, & calidæ complexionis, nimia cibi aut potus assumptio, & specialiter uini dulcis, & noui, quod est faciens multum ad augmentum spermatis, nimia concupiscentia diurna circa amorem. & scito, quod pollutio ex hac causa ueniēs peccatum est mortale, ut quidam aiunt; & similiter, quæ ex crapula est intrinseca; ut abundantia spermatis replentis uasa unde natura onerata, & in somno confortata se exonerat, aut eius acuitas stimulans uirtutem naturalem, aut utraq; simul, & superfluitates primæ, & secundæ digōnis sic secundum plurimum ex uirtute confortata in somno non expellitur; quia ibi requiritur ultra motum naturalem motus animalis. secundò adiuuant ad eam faciendam fumi eleuati ab ipsa materia, cerebrum petentes, & phantasmata finaliter mouentes. item adiuuat dilatatio uiarum facta in somno à caliditate, quod est præcipuè, q̄ corpus iacet super dorsum. hæc pollutionē non patiunt pueri primò propter defectum materiæ; quia totā in nutrimentū, & augmentū natura conuertit. itē quia uix sunt angustæ humiditatibus repleta, & calor imperfectus. accedente uerò adolescentia sunt causæ contrariæ. unde materia in somno calefacta & c. extra mittit; & tu considera. & hic aduerte, q̄ ipsa apparatus in princ. morbi materialis longitudinem morbi significat, & multā materiā. si uerò in fine apparuerit digestionē materiæ, & naturæ potentiā designat. quod, si cōtinuabit; erit ex defectu contentiux uasorum, ut de gonorrhœa dictum est.

G **C V R A.** Canones seruentur similes, ut de gonorrhœa positi sunt saltem generales, ut in specialibus. cōsidera causam, & eam remoue, ut de gonorrhœa. ex conuenientibus curis est dormire super folia solatri, salicis, folia agni casti super quæ sedebant athenienses s̄m Auerroim in diebus festis; ut ex hoc casti redderent. & hic aduerte, quod meo tēpore quidam magnus practicus in hoc casu fecit iuuenē robustum dormire super folia salicis, & infirmus fuit. & idē stes attentus; ne ad ista extranea curras remedia; et si utilia sunt: si non succedunt, ad magnam infamiam medicorū accedunt: quod non est de uisitat, & domesticis. ualet semen lactucæ, ireos, cum assumuntur, ut supra. ad idem. **R.** seminum lactucæ. **ʒ.** iij. ʒ. rutæ. **ʒ.** ʒ. se. agni casti. **ʒ.** i. teratur, & cum aceto conficiantur, & propinētur cum modico zuchari, & postea exercitetur corpus. item. **R.** farinam glandium,

H

dium, & cum albumine oui, & aceto distempera, & pone super pectinem. item. ℞. balauftiarum, se. portulacæ. ana. 3. iiii. sem. anethi, rutæ, seminis arnoglossæ. ana. 3. ii. fac puluerem, de quo ieiuno da bibere cum aqua rutæ, & sy. myrtino frigidis. & nota, quod semper sis prudentia circūuolutus; ne uolens unum membrum curare alia infirmes; stude ergo. aliud ℞. ℞. feminū agni casti. 3. x. se. portulacæ, tantūdem foliorum calamenti exiccatorum, foliorum rutæ. ana. 3. 5. cimini, cyperi, balauftiarum. ana. 3. ii. sumatur. 3. i. 5. usque ad duas pro uice cum liquore, uel aliter conficiendo, ut libebit. fiant unctiōnes circa genitalia, & renes, ut de gonorrhæa, & renibus dictum est cum populeon, oleo ro. cera, & camphora, & aliquantulo aceti. & quidam, ut Placentinus, & alii addunt in unguentis argentum uiuum, de quo est dubium, an sit calidum, aut frigidum. item addas iusquiamum, & alia opiantia, ut supra. & hic aduerte, quod nimius usus harū rerū sic infrigidantium membris ipsis sic applicatarum faciliter induceret mollificationem uirgæ, & specialiter in sene, & frigido natura. quare stes semper auifatus. commēdat acetosa, agresta frigida, & uinum lymphatum, & debile. sed tu omnia cum prudentia discurre. postremò hoc pono remedium à multis, à Galeno, & ab aliis commendatum de lamina plumbi minutim perforata, circa quam attendas primò, q̄ debent esse duæ laminæ subtiles ne suo pondere grauent. secundò debent esse distantes per pollicem à seipsis; ne iaceant super spondiles, & eis sua frigiditate inducant nocumentū. tertio debent ter, uel quater infundi in aceto nigro uini debilis, in quo bullierint lithargyrium, agnus castus, & semen portulacæ, & lactuca. ita quod acetum debet esse ebulliens, quando ipsi infundentur. & sic reiterari usque ad quatuor uices, & erunt tunc singulares medicinæ in pollutione ipsa, & gonorrhæa. ligentur deinde ad corrigiolam, & sic superponantur. sed hic attende uerba Auic. inquit de cura pollutionis. & strictura laminæ plumbi super dorsum ē impressio magna. uerum quandoque nocet renibus. quare oportet, ut hic attendatur in eo, iterum & sis attentus in reiterando, & non continue teneantur. unde quidam Nobilis Venetus, quem in manibus habui, ex eis sentiebat renes notabiliter caleferi ex earū nimia retentione, & de his laminis habuisti supra de renū caliditate; & tu ibi. Quidam, & est modus communis, ponunt eas sic perforatas, & non aliter alteratas, & ut comprehendis, possunt plus, & minus alterari.

De uirga, & eius mala complexione. Rub. 15.

Post expeditionē de spermate, & de dispositionibus eius, cum ipsum ordinatum sit, ut per uirgam in matricem immittatur ad conceptionem faciendam; consequens duxi tractare de uirga, & dispositionibus eius, complexionis, compositionis, & solutionis continuitatis. primum itaque uirgā describemus, & aliter, quā supra in principio cap. ad maiorem rei declarationem: quoniam est membrum, quo sæpe patitur. & oportet medicum habere bonam curam, & ut clarior appareat eius anatomia; Virga est membrum seminale, plurimè concauitatis in se tres meatus continens, compositum ex ligamentis, neruis, uenis, arteriis, lacertis, & parte carnea, cuius ortus à carne pectinis, uel eius osse existit in emittēdo sperma in matricem finaliter creatum. dicitur plurimè concauitatis; quoniam ea generata uentositate repletur, quæ est causa erectionis eius, & idē uentosa uirgam erigunt, ut infra. concurrunt etiam nerui ad eius erectionem, qui sunt alii à neruis, ex quorum mollificatione mollificatur uirga, & illi nerui ueniunt ex spondilibus caudæ; & idē non sunt multi sensus, neque in substantiam uirgæ multum penetrant. nerui autem, qui ad extremitatem uirgæ ueniunt, sunt acutissimi sensus; ut hi, qui ad os stomachi, ita q̄ primi uidentur esse quasi puri motiui: secundi uerò sensitiui puri, & à cerebro, & nucha ueniunt dantes sensum, & motum, ut in principio cap. Ligamenta autem ei ueniunt ab osse fœmoris. & idē, quando Rasis dixit uirgam ortum habere ab osse fœmoris; intellexit quo ad partem ligamentalem: nam uirga quo ad partē carneam ortum habet à carne pectinis. habet et uenas, per quas mittitur sanguis æqualis, ex quo fit sperma, & desiderium naturale ab hepate, ut supra in principio cap. deside-

rium autem naturale, quod uocatur concupiscentia, à corde est, & desiderium coitus. desiderium autem naturale quandoq; ab ipsis est renibus. & dicitur naturale; quia à membris procedit naturalibus; ut cū uirtus naturalis repletione uasorum grauata est, quæ se exonerare cupit; sicut accidit multis honestis uiris, qui lōgo tēpore steterunt casti, & præter eorum uoluntatem ad coitum irritantur. de musculis uirgæ audi Auic. prima primi proprio cap. & breuiter inquit. musculi, qui uirgā mouent, sunt duo paria; unus parium, in duobus lateribus uirgæ sunt extensi, qui cum tenduntur; ad foramen dilatantur, & ipsum amplificat, penetratio rectificat, & sperma in ipsum cū facilitate discurrit. aliud uerò par est, quod à fœmoris osse orit, & cū radice uirgæ fm tranuersionem continuatur, & cum rectificatur; tenditur, & instrumentū fm rectitudinē eleuatur, & cū cōstringit; reducit ipsum ad posteriora, quæ si uni eorū accidit; tensio ipsius partem declinabit & c. sensus declarat; qm̄ in constrictione ani sentitur motus in pectine, & conuersio uirgæ ad posteriora. & ego uidi hominē, à cuius uirgæ egressi sunt musculi ex nimia putredine mēbri, & cum magno fœtore, & mortuus est. de meatibus autem uirgæ tribus dictum est in principio: & tu ibi. mala autem eius complexio, frigida, aut calida curetur cū eis, quæ dicta sunt supra de mala complexione testiu. item cū his, quæ dicuntur de apatibus calidis, aut frigidis uirgæ, aut de dolore eius, ut infra ponēdis. sed, ne uacuis hic recedas; enarrabo, quæ sunt ex Aggregatore hic collecta calida, & frigida, quibus usus eris diuersimodè, ut diuersa requiret dispositio, alocum aceto linitum, alumen, adamas, amurca olei tosta, cū pressus, coriandrum, castoreum, fomentatio eius, dens caballinus, ebulus, fœnugrecum, sex uini uita lota, granata, succus eorum, lana succida, cinis cum aqua frigida liliū, lini semen, marrubium, chamæmilla, melilotū, myrtus, metha, oua cum amilo, pencedanum, rubus, & potenter ualet cinis unguularum usneæ tritum appositum. & hæc tibi sufficiant; quia copiosus eris infra de similibus.

De magnitudine, & paruitate uirgæ. Rub. 16.

Non est turpe loqui de eius magnitudine, aut paruitate; qm̄ sunt ex causis, ex quibus peruenit ad generationē, & quibus qnq; impedit generatio, sicut accidit ex coangustatione, siue paruitate receptiuę. unde audi Aui. hæc. Multotiens est paruitas uirgæ causa, ut nō delectet ea mulier, qm̄ diuersa est ab ea, qua est assueta, quādo nō emittit sperma. & qn̄ nō mittit; nō fit filius: & idē inuentæ sunt mulieres, q̄ cū uno uiro filios concipiunt, & cum transeunt ad secundā uota; non prolificant. & hæc paruitas est qnq; causa, ut mulieres alium à coniuge suo habente paruam uirgam querant: & idē eis insistendum. quomodo autem magnitudo nimia cōceptionem impedit, dictū est de spermate.

Magnificant aut uirile membrū fricationes cum panno aspero; post quas fiat inunctio eius semper fricādo cū adipibus, & oleis calidis. item & ad hoc ualet frequens infusio lactis ouini super uirgam super ducendo, & fricando; quia pluries in die. item usus rerum impingantium corpus: itē ualent sanguisughæ exiccata, cū quibus fricatur membrū, & eodē modo cū lumbricis terrestribus, itē emplastratio cum pice, ut statim picef. Placentinus hūc modum posuit. Abluat primo omni die bis uirga cū aqua calida decoctionis piperis, uel aqua decoctionis thicimalli fricando fortiter tam diu, q̄ locus rubeat, & usquequo locus incipiat tumere, seu inflari. deinde ungatur uirga tota usq; ad fœmur cum oleo de costo, uel de spica, aut ex oleo consimili: deinde superponatur emplastrū circūens ipsam totam ex pice, & amoniaco factum antè, & fiat hoc oī die bis continuatis ad mensem, uel quadraginta dies. iste modus certè non est absque dubio euentus apostematis: idē prudēter, & cautè; qm̄ facile apostematur uirga. ualet & frequens usus coitus. item ligare plumbū ad ipsam quod eā continuè deorsum trahat elongando, & infirmum interim bonis reple cibis, & impinguantibus, & erit securior modus. ego hic nō me extendo; quoniam sto cum Seneca nro, quod naturale est, arte non mutatur. credo paruam uirgam à natura malè posse magnificari magnitudine, qua satisfiat. & idē de materia me non intromisi, nec credo hunc casum ad manus

Virile mēbrum magnificātia

medicorum uenire nisi rarò ualde, & ab his qui &c. parere itaque, si breuiloquus fui in hac materia de magnitudine.

De dolore uirgæ. Rub. 17.

ACCIDIT ex malitia complexionis diuersæ frigida, aut calidæ ex uentositate apostematis, casu super uentrem percussione, item ex urinæ retentione.

SIGNA habeantur ex his, quæ de mala complexione testicularum, & apostematum eorum: & tu ibi.

CURA iam patuit, quid agendum in hac cura ex his, quæ dicta sunt in cura malæ complexionis testicularum apatū eorū: & tu ibi. & iā patuit, quid agendum in hac cura ex his, quæ dicta sunt in cura malæ complexionis testicularum in cura apatū, eorū, & resolutione uentositatis eorū. vñ, ubi cā sit frigida; uehemens laudatur, ut supra, oleum de kerua, in quo dissolutū est euphorbiū. & in calida succi frigidi, usque ad positionem opii, etiā ponendo aliquid thuris, & huiusmodi.

CURA in facto à casu, aut percussione laudatur primò phlebotomia, & repercussiuua styptica in principio nō multæ stypticitatibus; ut est rosa. & cum his ponantur lenitiua, & uiolæ, & huiusmodi, ut supra de dolore testicularum.

CURA. Si fuerit ex retentione urinæ; fiant clysteria lenitiua; quia quæq; sanāt. & abstineat ab aperitiuis, & maxime fortibus; ut sunt et semina; ut non descendant superfluitates ad locum: sed fiat diuersio; quia euacuatio materierū p posteriora, & cū leuibus. deinde administrentur exterius ex emplastris, embrochis, & resolutiuis, & hmōi. emplastrum mitigans oēm dolorem uirgæ ubicunque fuerit, corpore tamē prius purgato. R. micā panis, & infundat in lacte: deinde accipiantur uitella ouorum cocta in oleo ro. in fundatur, & misceantur oīa adiuuicem, & addatur, si expedit propter uehementiā doloris, & inflāmationē, aliquid opii, & croci, & superponatur. itē, si expedit adhuc pp calorem, fac tale emplastrum cum foliis iusquiami decoctis sub prunis, & inuolutis in foliis caulium. & non obliuiscaris uniuersalia ex eūone. phlebotomia, & hmōi: considera.

De apostematibus uirgæ extrinsecis. Rub. 18.

SUNT ex apostematibus eius calida, & frigida, quorū curatiōes, & signa sunt oīno similia curationibus, & signis apatum testicularum, de quibus supra. nec in alio differūt nisi, qd apata uirgæ sunt magis tolerātia styptica in principio rei, & præcipuē apata calida. itē aduerte, qd uirga est membrū magis putrescibile, & magis calidū ipsis testiculis: & ideo frigidiora tolerat. itē debemus in apatibus multū cōsiderare respirationē propter facilē casum uirgæ in putrefactionē. & tu mensurare tēpora morbi, & alia in alio, & alio tēpore administrabis, ut supra dictū est de apatibus testicularum. sed hic aduerte canonem, qd, quia apata extrinseca faciunt aliquando oppilationem attenuatoriā; tu debes in uirga tenere tentam de cera, uel de panno lineo; ut possint humiditates superflua liberè currere. & , quamuis hic canō sit magis necessarius in intrinsecis apostematibus; nihilo minus etiam in extrinsecis multum confert. hæc tamen sic moderare scias, quòd ex hoc dolorem non causent; quia faceret eo casu ad augmentum apostematis. item sic ligetur, & sustineatur, ut non stet pendens; ne dolor inde causetur.

CURA in principio apostematis calidi ordina diætā ad contrarium causæ, si necessitas cogit; subito euacua diuertendo, aut pharmacia, aut phlebotomia basilicæ eiusdē lateris: deinde, si opus est; digerat: deinde euacues, si oportebit. vnde non prætermittas hæc uniuersalia. & ueniendo ad particularia in principio ordina frigida styptica ex ros. cortice granatorum, lente, & hmōi ex eis faciendo epithemata cū aceto, aut decoquendo ea cum aqua; deinde commiscendo oleum ros. aut administrādo chimoleam cū aqua solatri, & similiter bolū ar. cum aceto, aut cum aqua alkekengi, & foliis aut solatri, aut cum succo eius. in augmento autē addatur: sicut maluauisco, & bismalua, aut semen lini. in statu scœnugræ cum, semen lini, uolatilium molendini cum oleo rosa. facto de oliuis maturis, aut cum oleo de chamæmilla. & scito, quòd, quamuis sit uirga in loco emūstorio: nihilominus, quia testiculi sunt membrū principale; facient ad esse indiuidui: & ideo &c. ad quod concurrat, quod est membrū, ut supra, multum sensibile, & aptū faciliter putrescere. in frigido autē diætā ordina &c. ut de calido

E dictum est, deinde procede s̄m tēpora diuersimodè diuersa applicando, & styptica resolutiua &c. ut sis benè copiosus in cura utriusq; ; hic subscribā plura ex simplicibus, & cōpositis per alphabetum ordinata. aphodilli radix cocta cū fœce uini emplastrata in frigido, aloe in uino dissolutū aut cum melle, bdellium, butyrum, cicer, cuminum, cerotum cū farina fabarū, oleo cōmuni passu. & cera resolutiuū &c. coriadrū humidum cum melle, faba cum uino emplastratum, fel tauri, iusquiamus cum farina tritici, lycium radix, melilotum cum rob emplastratum. item cum farina scœnugræci, uitello oui, semine lini, puluere molendini, myrtus cum foliis ros. passulis cum farina fabarum, plumbum ustū, ruta cum foliis lauri, sordities ex cauda lanæ pecudis, thucia &c. eligas frigida in calido, & calida in frigido.

CURA. Si apostema fuerit durum; utere mollificatiuis ex bdellio, amoniaco, malua, maluauisco, & hmōi. a putrefactiuis est multum abstinendum propter facilem casum uirgæ in putredinem. & expertum in apostemate frigido laudatū ab Aui. R. ossiū dactylorum partes. ii. aloes partem. i. terantur cum aceto, & emplastrentur. item medicamen ex surfure, & amoniaco factum. tu itaque compone ex datis ponendo ex his calida cum frigidis, & ecōtrā, ut dispositio ipsa, & tempus exigit. hæc autem materia magis manu est tractanda: & ideo leuiter pertransui in hac.

De apostematibus intrinsecis. Rub. 19.

HAEC autem curari habent, ut extrinseca, ordinando. i. diætā, diuertendo cum phlebotomia, & aliis, ut uetosis, & hmōi, si dispositio exiget, & ætas &c. cōsentient euacuādo, & hmōi. deinde ueniendū est ad particularia applicando in principio repercussiuua in augmento mixta &c. ut supra de extrinsecis, calida, aut frigida, ut ipsa exiget dispositio. uerū attendendum est iuxta posse, ne accidat ulcus ita, quòd resolutioni studeatur, & non cum superflue calidis, propterea quæ de uirga dicta sunt, & dicentur in sequ. rubrica; ad ea enim nimis facile fluunt humiditates, est parata recipere; sed cum moderatè resoluentibus, quòd, si tandem ad ulcus ueniet; tunc procedendum est maturatiuis leuibus ad intra, & extrā administratis; ut de pleurisi: deinde aperto apostemate, & facto ulcere procedatur, ut in sequenti rubrica. postremò scito, quòd, licet in senibus plures multiplicentur superfluitates, & grossiores, propter quod uirga eorum magis apostemari deberet; tamen, quia iuuenes sunt rariores, & molliores; hinc frequentius eorum uirga apostematur: nam nerui senum facti sunt duri, & solidi, ideo non sic superfluitates recipiunt.

De ulceribus uirgæ. Rub. 20.

VLCE RVM uirgæ causa est primitiua, antecedens, & cōiuncta. primitiua ē aut aer calidus siccus, propter quod magis accidunt hæc in media æstate, aut quia uirga nimis retenta fuit cooperta cum strabulis de panno, aut aliter, aut usus cibariorum acutorum, potuum calidorum, exercitiū forte, & immoderātū; ut in uiatoribus, aut coitus nimis, & maxime cum muliere calida, & sicca, aut mēstruata, aut ex spermate malo, aut aliqua tali re infecta, uel leprosa, & hmōi: aut cū muliere, quæ sibi supposuit res odori feras calidas, aut fuit ex casu, uel percussioe, siue incisione. Antecedēs est humor malus, cholericus, salsus, siue acutus, & melancholicus factus talis per adustionem, sanguineus, cholericus, uel adustus in toto, uel in parte existens, & indifferenter mala complexio calida. cōiuncta uerò est ipsa mala cōplexio, aut ipsa humiditas acuta actu membrum scindens. et nota, quòd, licet ponantur hic remedia pro ulceribus intrinsecis uirgæ; intentio principalis est loqui de illis extrinsecis: nā uolo in magnā partē tibi sufficiant, quæ dicta sunt de ulcere uesicæ. unde Aui. de ulceribus uirgæ interioribus inquit. Curatio illius est curatio ulcerum uesicæ. &, antequā perueniam ad canonem positionem; scito, quòd ulcera in his locis cōtingētia sunt mala ambulatiua; qm̄ membra ista sunt s̄m formam, ad quorū partes multiplicatur putrefactio; qm̄ sunt protecta aere, et procliuiā ad caliditatem, & humiditatem, & approximatur meatibus superfluitatum, & assimilantur quodammodo ulceribus uiscerum, & oris. & deteriora sunt, quæ fiunt in lacerto, qui est in radice uirgæ, & in ano, et illud ideo, qm̄ indiget exiccatione forti

ne forti, & sensus eorum cum hoc est uehemens, & fortassis necessarium est abscindere uirgam, cum super ipsam putrescunt ulcera, & perambulant. hæc Aui. & ex his comprehendente difficultatem curæ eorum, & maximè quando ueterascunt. unde audiui plures propter hoc oportuisse deuenire ad ipsius membri incisionem: & ideò sis sollicitus in principio, ne ueterascant.

SIGNA demonstratiua sunt satis nota ex dictis de mala cõplexione testium, & apostematibus eorum: & tu ibi.

CURA canones. in recenti ordinatio diætæ, quæ debet esse ad contrarium causæ. digestio, euacuatio, diuersio & huiusmodi, ut supra de alijs apostematibus, & ulceribus dictum est. hæc apposui, ut sis memor uniuersalium. alius absterfio, & mundificatio, ablutio, & malæ qualitatis remotio, exiccantium, & incarnantium administratio.

Absterfio autem, & mundificatio fiant aut cum bombace munda, aut peria linea subtili, & munda, aut cū uino albo tepido, aut aquæ decoctionis leuis blitis, & parum melis ro. & huiusmodi, ut ipsa exigit dispositio ex magis, aut minus calidis, ut frigidis.

Abluatur cum uino decoctionis ros. absynthij, meliloti aut huiusmodi, sicut quod dispositio exigit. & sit lotio ipsa quasi tepida; deinde benè exiccetur, & optimè, & suauiter propter membri sensibilitatem.

Ad remouendum ipsam malam complexionem potes uti pulueribus ex rebus dicendis, aut emplastris, ut libebit. & ex simplicibus est aloes, & puluis eius maximè commendatur, exiccatur enim sine mordicatione. item folia glâdis puluerizata, item puluis cucurbitæ, quæ steterit longo tempore ad fumum; ut sunt illæ nostrorum rusticorum, plumbum ultum, folia rosmarini puluerizata, climia abluta cum uino, thucia præparata, margaritæ. & uenæ combustæ sunt mirabiles, cinis ouorum. quod, si indiges siccoribus propter humiditatem; adde thus, æs ustum, & lotum, cortex arborum pini habentis grana parua adusta.

ITEM propter generationem carnis addatur thus, sarcocolla, mastix, & huiusmodi generantia carnem, de quibus quinto trac. & ex compositis expertis, ubi sit necessitas exiccandi multum, & incarnandi. R. thucix, sarcocollæ, thuris gallarum, balaustrarum, acaciæ, hæmatitis, corticū medianarum salicis adusti, luminis iameni. ana. par. æquales. foris æris. par. i. & s. capitum granatorum. par. i. & cū oleo ro. & cera fac unguentum. lauetur flos pluribus uicibus cum aqua ro. sed prius comburatur, ut de thucia. aliud & est Gale. R. scorix ferri, plumbi usti, chartæ combustæ, sanguinis drac. aluminis adusti. ana. terantur. cum oleo, & cera fac unguentum. ad idē. R. litargiri, cerussæ lotæ, myrrhæ, sarcocollæ, thucix præparatæ, draga. thuris, ligni putrefacti. misceantur, & fiat puluis, de quo prius abluto loco cum uino tepido, & benè exiccato superaspergatur bis in die, aut ter tempore magni caloris. & si placet, fiat ex eis unguentū. & non mireris de cerussâ; quia; quando est abluta, & cum alijs eius malitiam refragentibus, potest poni in talibus ulceribus; remouet enim eius mordicatio. unde nota, quod quæ applicant in ulceribus uirgæ, debent esse exiccatiua absq; mordicatione, ne inferat dolor, cui maximè est insistendum in his ulceribus. & quod dictum est, habet ueritatem in ulceribus, in quibus non est corrosio, & deambulatio, quæ sunt ulcera mala, fraudulenta, in quibus oportet aliquando uti caustico, aut igne. unde in talibus administratur arsenicum, calx uiua, & huiusmodi caustica. unde Aui. & iterum fortius illo sumatur, de unoquoq; arsenicorum. vii. & calcis non extinctæ lapides, 20. & acaciæ. 12. cõficiantur cum aceto, & succo plantaginis. & iterum fortius. R. utrunq; arsenicum, & calamentum, staphisagriam, & cinerem anethi, & piper, de quibus fiant trochisci. si autem cessabunt à corrosione, & ambulatione, emplastrum supponat ex testiculo uulpis, & allio syluestri. & nota, quod propter nimiam membri sensibilitatem plures magis laudant causticum, quam actuaalem ignem. & in his, & similibus non est tantum dubium de dilatatione caustici. quod, si ad nigredinem uenient; melius est iuxta sententiam Senis infra in fine cap. quod rotum nigrum abscindatur, deinde fiat processus cum incarnantibus dictis ex aloë, thure, sarcocol

A la, & huiusmodi.

CURA. In antiqua autem procedat, ut dictum est in recenti, sed in ista attendat abluitionibus, & exiccationibus fortioribus addendo thus minutum, cortices eius, aloem, & hmōi. & laudat multum aqua facta ex cinere ligni ficus. ad idem. R. aquæ lib. i. uiridis æris. 3. ij. zucchini. 3. iii. puluerizent omnia, & misce. deinde obstruas benè os sialæ, uel uitri, in quo pones aquam, & pone totum sub cineribus calidis, & stude sic stare per horas. viii. deinde remoue carbones, & dimittat sic in cineribus stare per. ii. horas, deinde. R. petiam lineam subtilem mundâ, & duplica, & infunde in dicta aqua, & superpone: est enim multum exiccatiua, & super me, & super alios expertus sum; sed in primis facit ardorem aliqualem; deinde cessat. sum consuetus in his uti aloë, sarcocolla, & charta combusta, & maximè in recentibus, & leuibus, & successit dei gratia. puluis de cinnamomo sang. drac. bolo ar. mundificat, & cõsolidat, & incarnat litargirium cum cerussâ loca uacua carne replet, puluis hæmatitis, item puluis pilorum leporis. multi emperici, & rustici, & populares utunt puluere ligni putridi, & maximè quercus: & de his satis; quoniam physicus de hac cura non multum se intromittit. pro cura intrinsecorum, ut dictum est recurre ad ea, quæ de ulceribus uirgæ: tamen pronunc tantum dicam cum duce meo. & quadoq; necessaria sunt ea, quæ sunt sicut medicamen de chartis combustis, alumine adusto, & climia adusta post combustionem de corticibus arboris pini minoris, & plumbi usti, & thuris, de quibus fiant trochisci, & administrentur in humectorio. scito hic, & memoriæ manda, quod ulcera, quæ sunt super caput uirgæ, indiget eis, quæ sunt uehementioris exiccationis, quam sint, quibus indigent facta super præpucium, & cutem, etiã quia uirga est uehementioris siccitatis in complexione sua. hæc Aui. cen.

De cancro in uirga.

Rub.

21.

ACCIDIT, ut uirga canceretur, ut, & cætera membra uerum Aui. hic de eo non facit mentionem: multi tamen alii prædicti in hoc loco loquuntur. credo Aui. expectasse ad tertiam quarti, ad quam & tu recurre pro completa doctrina curæ eius. hic autem rememorabo quatuor intentiones ab Aui. positas allegato loco, & aliqua remedia ab alijs posita. prima est cancri destructio penitus, & est difficilis: secunda prohibitio additionis, tertia prohibitio ulcerationis, quarta ulcerati curatio.

Pro prima fiat euiatio materiæ aëtis, & resolutio materiæ cõiunctæ. & hic aduerte, quod talia debent esse resolutiua, & exiccatiua absq; mordicatione; ut sunt thucia præparata abluta, oleū ro. lotum, oleum de keiri, & huiusmodi.

Pro secunda rectificetur regimen ad contrarium causæ ex parte cibi, & potus, & aliarum sex rerum non naturalium item confortetur membrum cum repercussiuis; ut est linimentum, fricatio, lapidis molendini, lapidis cotis, aquæ coriandri, oleum ro. lotum, succus agrestæ, unguentum de plumbo, de thucia, & huiusmodi.

Pro tertia conferunt et iã dicta terra sigillata, bolus ar. aqua semperuiuæ, cerussâ cum succo lactucæ, cum mucillagine psyllii, cerussâ plumbi, & est cõpositio bona. Aui. item emplastrum ex cancri fluuialibus, & climia factum.

D Pro quarta asiduet appositio panni infusi in aqua solatri, in qua cum exiccatur; madefiat. item sumat medulla tritici, olibani, cerussæ oïum ana. 3. i. terræ sigillatæ, boli arme. aloes abluti. ana. 3. ii. puluerizent, madefiat membrum cum aqua ro. & super aspergat puluis. item thucia abluta cum aqua portulacæ, aut mucillagine psyllii. item. R. arsenici, & aluminis. ana. 3. i. adurantur super testâ: deinde. R. panni blai. 3. 5. & aduratur: deinde corticum granati. 3. vi. puluerizentur omnia simul, & superponatur. mortificat cancerum, & cum mortificatus fuerit, quod discernitur; quia caro incipit rubere, superponat deinde mastix, thus, aloes & sarcocolla; & hæc enim carnem regenerant. & si caro plurima mortua apparuerit: consumatur sic. R. tartari, calcis uiuæ, aphodillorum, saponis nigri, et albi. ana. distemperentur cum lixiuio facto de cineribus stipitum fabarum. et hæc non fiant nisi prius benè mundificato. et ex his paucis contentus eris; quoniam à duce in hoc loco me separauit; nam

nam mecum progressus non est.

De rhagadijs uirgæ. Rub. 22.

CURRENTVR cura rhagadiarum ani. & ex iuuamentis ad earum curam. R. chimoleam, thuciam, dragagantum, uittella ouorum. & ex eis, & cera fac unguentum.

De uerrucis in uirga. Rub. 23.

INCIDENTVR, & superponat medicamen retinens sanguinem ex pulueribus constrictiuis bolo ar. sang. dra. albumineo oui, fimo asini, & similiū, ut supra de fluxu sanguinis narium, aut cum ferro ignito cauterizando, & ulterius: deinde procedatur cū rebus dictis supra de cura uerrucarum ani. quidā excorticant eas cum ungue; deinde apponūt lac ficus, uel puluerē arsenici subtiliati ad quantitatem grani milei; fortissimū enim est; quia aqua arsenici corrodit omnia metalla. ad idem squilla linita cum oleo gūmi pini. item elleborus cum aceto, lac ficus syluestris.

Aqua arsenici uis miranda.

De bothor, & moro, & carne addita in uirga. Rubrica. 24.

SYMATVR baurach adustum, & cinis lignis uitis, terantur cum aqua berbenæ, & ponantur super morum, aut quæ eis assimulantur. quod, si non conferunt, aut similia; incidantur, & desuper puluerizetur atramentum, aut arsenicū. quod, si fuerit deterius illo; non erit excusatio, quin cauterizentur. ad idem capita sardelarum adusta.

De pruritu uirgæ. Rubrica. 25.

CAUSA est materia calida, acuta, salsa, uel baurachia effusa ad ipsam, & sudore reseruante ex partibus eius; quare facit ipsam fricari. Auic.

SIGNA demonstratiua acutæ, saltæ, & baurachia materiæ nota sunt ex regimine precedente, & accidente precedente ut quia rubet cū siccitate, & adustione, & resoluuntur quasi furfures, cū sit fricatio, & quandoq; exit, ut uirulētia & humiditas, maximè quando est materia phlegmatica salsa, & sine erectione, & titillatione fit, & sequitur dolor, & cum est ex uentositate; est tensio, & uirgæ inflammatio sine grauedine. quod, si erit propter apostemā; erunt signa apostematis. similiter si ex retentione urinæ, aut eius acuitatis; præcesserunt signa eorum, de quibus actum est.

CURA. canones ordinatio diætæ, digestio, enacuatio, diuersio, particularium administratio. diætā ordinetur ad contrarium ordinando salsa acuta, baurachia, & utatur frigidis, humidis. digeratur materia cū digestiuis appropriatis supra. 4. tract. consimiliter euacuetur cū euacuantibus appropriatis, de quibus allegato trac. & si phlebotomia erit necessaria; fac illam. item diuertendo fiat uentositatio in interiori parte coxæ iuxta radicem uirgæ. item applicetur sanguisugæ in eodem loco, & post phlebotomiā, quando. s. non contulit. pro ultimo sedeat patiens in semicupio aquæ dulcis, decoctionis uio. acetosæ, meliloti, fumiterræ, in quo sit aspersum oleum ros. & acetum, & quidam addūt nitrum, & alumen. deinde exiccetur, & ungetur ex unguētis notis ad scabiem. ex illis est. R. acaciæ, mummie. ana. ʒ. i. salis ar. aloes. ana. ʒ. ʒ. ʒ. croci. gra. iii. usneq; quantum suff. omnia conficiantur simul cum oleo sambucino, & est mirabile. Auic. q. si materia fuerit phlegmatica; addatur alumen, staphisagria, & parum salis, & terbentina, & abluatur cum aqua maris, uel salita prius. quod, si ibi fuerit corrosio; lenificetur uirga cum lenitiuis ex oleis sisamino, adipe gallinæ, anatis, medulla crurium uituli, cerui, cera resina, oleo de narcisco. & ex cōsimilibus fiāt clysteria, supposito-ria &c. & hæc satis.

De immoderata erectione uirgæ, satyriasis, aut priapismus dicta. Rubrica. 26.

CVM ad actum coitus peruenire quis debite nō possit absq; uirgæ ipsius erectione; expedit, ut antequam de ipso coitu mentio fiat: Rubricas de eius erectione expediāmus accidit autem, ut eius nimia, & continua erectio impedimentum faciat in generatione: & ideo de ipsa dicendum. reperitur autem duplex erectio; una, cū qua est uoluntas & desiderium ad coitum, & completo actu cessat: alia, quæ non est cum uoluntate, & si ad actum peruenitur; adhuc post ipsam remanet ipsa uirga erecta. prima uocatur ab authoribus immoderata uirgæ erectio cum uoluntate ad coitum, secunda uocatur priapismus, & etiā immoderata uir-

gæ erectio non propter desiderium. Ani. propter quod est notandum, q. tria exiguntur ad coitum. prima humiditas, quæ secundum maiorem partem uenit à cerebro. secunda calor, & spiritus, qui humores dissoluit, qui fluāt dissoluti, ut supra in fine primæ rubricæ quinti cap. tertio uentositas secundum ergo defectum alterius horum diuersæ sūt passionēs. si itaq; superabundat uentositas, & alia duo deficiūt fit satyriasis, & priapismus. si deficit uentositas, & abundat humiditas à calore; dissoluta fit gonorrhœa. si omnia tria sūt; approximeron dicitur ab a, q. est sine, & proximis operatio; quia est sine operatione coitus. de quo de diminutione coitus. & hæc satyriasis accidit magis senibus, & priapismus pueris.

CAUSAE. habent hæ dispositiones causas primitiuas, antecedentes, & coniunctas, ut supra de ulceribus uirgæ.

Causa autem primitiua est cibus calidus, & humidus, in quo est humiditas extranea apta in uentositatē grossam conuertiri; nam, cū ipsa humiditas in prima, & secūda digestionē non consumat; transit ad tertiā, ubi calor est diminutus in cōparatione caloris primæ, & secūda digestionis, & à calore sic diminuto in uentositatē conuertitur, & cū sanguine ad uirgā mittitur & partes ei adiacētis. & sic ipsa ingreditur neruum magnum ipsius uirgæ, aut alias concauitates; ut uenarū, arteriarum &c. uirgam erigit: quæ erectio longiori, aut breuiori spatio durat sicut ipsius uentositatis grossitiem maiorem, aut minorem. & cibi tales sūt cicer uua, faba &c. de quibus infra. & cibi, qui sua acuitate uirtutem stimulant; ut sunt eruca, coepæ, & huiusmodi. item potus uini noui dulcis, cui inest proprietates generandi spermam item dormire super renes, unde calefiunt, & sua caliditate materiam spermaticam calefaciunt, & liquefiunt, in uaporem conuertunt grossum, & descendens ad neruum uirgæ & loca concaua eius erectionem facit. item fortis strictura lumborum. quare orificia uenarum aperiuntur, & humiditates inde ad inferius conuertuntur, & tunc sua multitudine erectionem faciunt; aut quia in uentositatem transeunt. item nimia repletio spermatis. item nimius usus coitus, unde humiditates fluunt iam debili existente uirtute, & caliditas iam facta debilis eas in uentum cōuertit. item accidens animi forte, ut cōcupiscentia alicuius mulieris. causa antecedens est humiditas ipsa fluens, aut in locis propinquis existens, quandoq; caliditas debilis saltem in cōparatione ad ipsam resoluendam, & finiendā in uentositatem grossam conuertit. coniuncta uerò est ipsa uentositas actualiter existens in concauitate nerui uirgæ, aut arteriarum, aut uenarum, quæ cum ipso sanguine ad eū peruenit locum, ut dictum est, aut materia spermatica indigesta, aut digesta multa, quæ est in uasis spermatis contenta. ex adiuuantibus causas has sūt nimia densitas pellis uirgæ prohibentis resolutionem, & latitudo uenarum ueniētium ad eam, ut accidit in forti strictura lumborum. item materia acuta mordicatiua aggregatiua in glandulis positus in duobus lateribus orificii uesicæ. & hæc dispōnes prologant plus & minus, sicut materia pluri aut pauciori effunditur. & hic aduerte, q. hæc dispōnes non sūt deridendæ; ut quidā de ipsis faciunt in principio non cognoscētes rem suam; qm aliquādo perducunt hominem ad mortem.

unde, cum perducant; perducunt hominem ad spasmus, aut tetanum uasorum spermatis. & accidit apostema calidum cum ea; quia in priapismo, & interficit. Auic. & ideo in cura eorum diligentiam habe. unde Haly. Quicumque hmōi passionis ad spasmū fertur, uelocius moritur: cuius uenter sit tumidus, & sudor frigidus.

SIGNA demonstratiua, qm est ex multitudine materiæ calidæ, quia cū erectioē tali est corporis; habitudo carnosa rubedo, & tumor uenarū faciei, & oculorū. uñ ad uasa spermatis multa, ac continua descendit humiditas sanguinea.

Signa, si causa fuerit uentositas; tūc eā antecedit plurimū tremor uirgæ, & erit in ea iectigatio, & titillatio, & cito ueniet, & cito recedet, & apprimatis calidis resoluētib; supra uirgā, & circa anū, & foemora priapismus dissoluit.

Signa eius, cuius causa est orificiorum, arteriarū, & uenarum dilatatio, iectigatio, & titillatio non sentitur neq; cito uenit, neq; cito recedet; sed grauedo sētitur maximè si patiens

si patiens longo tempore se abstinere a coitu. item & semē, quando emittitur, madat cum difficultate. unde sperma sic est in uasis multiplicatū ppter cibos; & quia usus est ocio, & quia stetit i imaginatione coitus; & huiusmodi: & quia usus est cibus acutis calidis, & equitauit, & sic inferiora calescit, & ex approximatione frigidorum iuuabitur. a calidis uerò nocebitur. q̄ si contigerit ex exhibitione medicinae, uel alicuius rei, scitur narratione infirmi.

CVR A. canones ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, prohibitio generatiōis, uentositatis in loco, aut cōuersio materiæ in ipsam. correctio mēbrorū propinquorū coadiuantū ad erectionē, de quibus actum est in de causis eius.

Ordinetur diætā ad contrariū causæ. quod, si fuerit ex uētositatē grossa genita a cibus, & potibus eam multiplicatibus, ab eis abstinatur, & introducatur usus cibariorū carminantiū, & resoluentiū illam; ut sunt anisum, ciminum, cinnamomū, synapis, satūregia, anethum. aut fac ex cōsimilibus aromata, & hmōi, quæ sunt calida, & sicca, in quibus nō est humiditas extranea. de quibus tertio tract. item abstinat ab acetosis, qm̄ q̄q; inflammat. Auic. exercitetur forti exercitio; ut in ludo pilæ ad ipsam resoluendā. quod, si materia fuerit calida; utatur frigidis. quod, si ex renū caliditate, rectificetur, ut supra de caliditate renū; & consimiliter de alijs causis primitiuis s̄m suum contrariū. unde si nimia sit repletio; fiat euacuatio, introducatur tenuis diætā, & rerum exiccātium sperma: de quibus supra. si nimia spermatis retentio; coeat, & morose: si superfluous coitus, abstinat, & si foret accidens, remediatur, ut rubrica de gonorrhœa.

Digestiua, parentur digestiua appropriata materiæ peccanti, de quibus quarto tractatu.

Tertio loco administrentur euacuatia; sed hic nota, ut rubrica de gonorrhœa, q̄, si possibile ē, fiat euacuatio per superiora, & non per inferiora; quia timetur, ne uentris solutio faciat descendere materiam ad locum: & idē fiat cū uomitu, & phlebotomia. phlebotomia maximē existentē materia calida fiat: sed de euacuatōe nescio, quid dicam, omnes ad solutiua tendūt: & idē cōsidera; quia hic canon a me positus est, Auic. item nō fiat euacuatio per coitū, nisi apud necessitatē eius; ne ueniat nocuentū aliquod ex nocuentis dimissionis eius Auic.

Prohibetur generatio uentositatis in loco, aut materiæ cōuersio in eam duobus modis: uno modo per frigida in grossantia materiam, & debilitantia calorem, ne sit potēs ad agendum tantum in materiā, ut eam ad uentositatē deducat. secūdo modo per calida exiccāria resoluētia, & ipsā uentositatem exterminātia. exemplū de primo administretur ad extra petia infusa in aqua frigida, aut ro. ut supra de gonorrhœa. iaceat in loco frigido; sed cū discretione. itē administret lamina plūbi perforata supra pectinem. posita itē ad intra administretur ebibita frigida ex aqua nenupharis, lactucæ, & hmōi camphorizādo, si expedit, postquam administrabis, cū tutus eris aliqua calida in primo: ut chamæmilla usq; ad agnum castum in naturali uirtute membri frictionem.

Quidam a principio usque ad tertiā diem instat cū diaphoreticis circa testiculos positis; ut cū succo rutæ, agnicasti; & multum ualet aut cum uino decoctionis eius, aut cimini. item emplastrentur pudenda cum cimino, ruta, uino cocto, semine agnicasti, & hmōi: unde pro talibus recurre supra de apate calido, & frigido testiculorum. administrabis itaque his, uel similibus ipsis non conferentibus. quia non sit possibile materiam resolui; procede cum frigidis; ut cum sy. de nenuphare, & huiusmodi applicando frigida, ut supra. ad extra spongiam infusam in aceto, & mucillagine psyllii, & succo herbarum frigidarum, ut supra de caliditate renū, & gonorrhœa prolatur. in ultimis fiat mucillago psyllii cum aceto, & ex illa mucillagine dissoluitur opium, & inungantur testiculi, fiant ut supra de gonorrhœa: & tu ibi. camphora autem multum laudatur. & idē trochisci de ea ualent potenter, & de ipsa loquens metrificator inquit. Camphora per nares castrat odorem. quidam in berbena tantum confidunt, ut dicant, q̄ data in potu non permittit uirgam erigi usque ad septem

A dies. & hæc fatis. **De impotentia erectionis uirgæ.** Rub. 27.

CONTINGIT, ut multū, q̄ quis uirgā erigere nō poterit & ei causas multas assignādo etiā fortasse rememorando in sequenti rubrica de impotētia, uel diminutione coitus, & quia hæc dispositio est singularis, & consequens etiā naturam, nō miraberis, si prolixus fiam, & idē bis replicabo: nā naturā secutus materiā ad generationē pertinentē ampliare nō dubitau; nemo enim, ut supra, ad actum coitus absq; erectione uirgæ peruenire potest.

CAUSAE: q̄q; impotentia erectionis est defectus uētositatis in membris inferioribus. quod comprehenditur ex cōplexione genitalium; quia frigida nimis, uel nimis calida, & sicca; & quia regimen fuerit nimis frigidum, aut nimis calidum: & idē cōsidera: item quia ars, & exercitium; ut longa equitatio calefaciens, aut infrigidās, ut ars fullonum, piscatoria, & huiusmodi. q̄q; ex defectu digestiue primæ, & secundæ: quod comprehenditur quia datis inflatiuis iuuatur. q̄q; ex defectu sanguinis, & spiritus generati ex debili uirtute corporis: quod comprehenditur ex corporis extenuitate, & ariditate, aut erit ex defectu cordis, quod erit frigidum, & siccum, & quasi gelidū, uel quia est aliter debile factū, ppter quod abscinditur desiderium, & desideratiuus spiritus nō descendit ab eo ad testes, & uirgam impulsus, ut supra in prima rubrica in fine.

B & est s̄m plurimum aut ex defectu hepatis; quia frigida sic naturæ, & sicca, & pauci sanguinis, & spiritus, aut ex ægritudine, aut quomodolibet aliter debilitatum. quare abscinditur materia spermatis, aut defectu cerebri; quia naturaliter sit distemperatum ad frigidum, & humidū, aut passum aliquam malam ægritudinem; ut lethargiam, stuporem, & hmōi, per quod abscindatur uirtus sensibilis. & si sperma descenderit; tunc non sentitur. aut quia meditatio fortis sit in causa, aut cum adest uerecundia, aut ratio, aut intellectus trahens spiritum desideratiuum causa seruandi castitatem, uel pene propter peccatum, aut quia meditatus est mulieris immunditiam, aut aliquod tale. q̄que causa est defectus in uia, aut oppilatio, quæ est in uenis, quæ sunt post aures, & neruis, aut quia sunt abscissæ, aut oppilatio in corde, & arterijs, & uis eius, aut hepate; ut in uenis, & uis eius. & causa est quandoq; in uirga propter malitiam complexionis frigida, & humida eius, aut mollificationē eius: quod comprehenditur; quia in aqua frigida posita nō contrahitur. quandoq; est ex defectu testium, & uasorum spermatis. unde difficilis sit descensus spermatis propter aliquam ægritudinem, quam passi sunt, & deterior est mala complexio sicca superfluens. item q̄q; causa est ab ipso spermate caret mordicatiuo; immo est, sicut congelatum, & quamuis sit plurimū, non incitat uirtutem ad erectionē, & coitum. & hoc q̄q; contingit in decrepitis, & debilitatis, & copiose uiuentibus, aut cōitate uiciorum, ut cum alicui inciduntur hæmorrhoides, aut cum quis dolorē intensum patitur ani, aut uesicæ. unde nerui cōes uesicæ, & lacerti ani, & uesicæ ledūtur; aut quia in remotis membris conferentibus ad ea nocuentum, ut cum renes sunt frigidi, uel ægrotantes, uel totum similiter corpus. & ex his cōprende, quantum est necessaria anatomia notitia: & tu considera.

C **S**IGNA demonstratiua. si ex defectu fuerit uētositatis in membris inferioribus; cognoscetur complexionē genitalium; quia frigida nimis, uel nimis calida sicca: sic & regimen præcedens exercitium; ut ars fullonum: & ita de alijs quæ multum infrigidant, aut multum uentositatem resolunt, & carminant. **S**igna, si fuerit ex defectu fortitudinis digestiōis primæ, & secundæ, quæ fortitudinē membra ipsa superiora ostendunt, datis inflatiuis iuuabitur. **S**igna, si ex defectu sanguinis, & spiritus fuerit ex debilitate, extenuatiōe, & ariditate ipsius corporis: cognoscitur. **S**igna, si causa fuerit in spiritu desideratiuo non mouente, & in natura nō implente; tunc illud scietur ratione narratione infirmi. **S**igna, si causa fuerit in principijs superioribus, ut quia in corde, quod est s̄m plurimum, tunc erit cor frigidæ, & gelidæ

Anatomia quantum necessaria cognitu.

miraculū

Berbenz miraculū.

gelidæ naturæ, uel debilitatum ualdè ex aliqua ægritudine quam passum est. unde desiderium abscinditur, & ab eo desideratiuus spiritus non procedit: aut erit in hepate; quia frigida, & sicca complexionis fuerit, & pauci sanguinis, & spiritus. quare etiam abscindit materia spermatis, aut debilitatum fuit ex ægritudine, aut cerebro; quia frigida sit, & humidæ complexionis: aut passum fuerit ægritudinem abscindentem uirtutem sensibilem; ut stuporem, lethargiam, aut compressionem propter casum, & percussione. unde commotio conflatua; ut descensus spermatis non sentitur aut quia in meditatiua fuit occasio, ut uerecundia interius. & ideo retrahit spiritum desideratiuum causa seruandi castitatem, & huiusmodi, ut dictum est. et causa in uia est oppilatio, aut in uenis, quæ sunt post aures, & neruis; quia sint abscisæ, uel etiam oppilatæ: uel etiam in arteriis; ut oppilationibus cordis syncopis, aut in uenis, ut oppilationibus hepatis. & causa in uirga est mollificatio eius propter malitiam complexionis frigida, & humidæ: cuius signum; quia posita in aqua frigida non contrahitur. aut in testibus erit, & uasis spermatis. quare erit difficilis, & descensus eius, uel quia aliquam passi sunt ægritudinem, quorum signa sunt præmissa. aut quia causa erit in propinquis, & uicinis; ut accidit, cum hæmorrhoides inciduntur, aut habentibus anum dolorosum, & uesicam, quæ sunt manifesta; nocent enim illa superius omnibus inter anum, & lacertos uirgæ. aut in remotis; ut quia renes sunt frigidi, uel egrotantes, & similiter corpus totum.

Signa. si fuerit propter spermatis paucitatem, aut pro obtusionem qualitatis mordicantis, exiccantis, erunt contraria eis, quæ de gonorrhœa dicta sunt ex causa spermatis & ex illis est; quia egreditur res pauca apud coitum; ut in senibus, & debilibus.

Signa defectus uentositatis; quia non sentitur tensio in uirga, neq; iectigatio.

Signa defectus materiæ mordicantis, quæ circa glândulas existit, sunt quia ibi non sunt mordicatio, puctio, neq; pruritus.

Signa, si est ex defectu regiminis ex parte cibi, & potus quia non utitur tali inflatiuo; scitur narratione infirmi.

PROGNOSTICA. dicentur ex diminutione coitus.

CURA autem huiusmodi postponitur usq; ad rubricam de diminutione coitus; & tu ibi nam copiosa ponetur, quæ ad erectionem uirgæ faciunt.

De coitu, & de attendendis in coitu. Rub. 28.

COITUS est per membra generationi à natura deputata maris scilicet, & foemina adinuicem coniunctio; quia ut supra. ij. tract. & tu ibi à natura ipsa in generatione propriè inuentus est: & si quam plurimi sint, qui non in generationem; sed in libidinem solatiofam consumant. de quo coitu, ut honestius potero, loquar non omittes de necessariis, & de codiuuantibus ad prolem, cui intentus omnimodo ero his, & in seq. cap.

Huiusmodi coitus plures condiciones habet, quas medicus considerare habet; ut in regimine sanitatis consulere sciat ei, qui eo uoluerit uti in tempore debito, quas suo ordine hic describam. quarum quædam ex parte ipsorum coeuntium sumpta sunt, quædam ex parte causarum suarum, quædam ex parte temporis, & horæ, quædam ex parte qualitatis, quædam ex parte quætitatis, & quædam ex parte modi, quædam ex parte ordinis. & pro primo debet mas foemellæ cõiungi, qui ambo sint sani, boni regiminis, in ætate perfecta; quia adolescentiæ propriè, qui habent instrumenta distincta: quod additur propter hermaphroditos. & non sit corpus uiri calefactum, aut infrigidatum; licet post calefactionem sit in columior, quam post infrigidationem, & post humiditatem, quam post siccitatem. & pro secundo, ut fiat multitudo spermatis commouente naturam, & non propter imaginationem, aut ad aspectum ad mulierem, non propter uentositatem commouentem, non propter pruritus alicuius humoris descendens, non propter multitudinem foecis, non in hora mingendi. pro tertio, ut fiat tempore maioris appetitus ipsius: unde in masculis appetitus ad coitum magis urget tempore ueris, & hyemis: in foemellis uerò tempore æstatis; quoniam sperma ipsarum à caliditate æstatis uiuatur, & acuitur. & fiant interualla ita, ut in uasis aggre-

gari possit sperma digestum; non sit tamen tanto tempore retentum, ut in eis infrigidetur. mensurare autem est prudentis medici considerantis complexionem, ætates, consuetudines, fortitudinem uirtutis, habitudines, regimina, & huiusmodi. ex quibus patet, quare timentes multitudinem filiorum ut plurimum foemellas seminant; nam diu retentum sperma infrigidatur. ite non fiat tempore magni caumatis, nec magni frigoris, ubi frigus noceat uirtuti, ut statim dicetur. pro quarto attende primo, quod non fiat supra repletionem; nam debilitando calorem, & digestiuam multum impedit, & multæ inde per uiam indigestionis generant ægritudines. confert in hoc casu post ipsum somnus factus; quoniam inde aliquantulum uirtus digestiua ex somno ipso uiuatur: similiter non post satietatem nauicatiua. secundo non fiat tempore uacuitatis membrorum; nam nocibilior, quæ est factus super repletionem; quoniam calor amplius debilitatur & corpus inde magis exiccatur, & arescit, & continuatus ad hæcticam perducit. consimiliter non fiat post exercitium magnum, post uomitum, fluxum uentris, & huiusmodi euacuationes. item post resolutionem fortis, aut uirtutis extinctionem. & propter hoc, ut dictum est hic ante, tempore caumatis, quo multum calor naturalis resoluitur, non est fiendus. unde prouerbialiter dicit de mense Iunii, Iulii, & Augusti Amasia mea te non cognosco. item si quis ex frigore læditur; tunc exterminato calore ex coitu multum læderet. tertio, quod fiat hora, qua prima, & secunda digestio est completa, & excussis superfluitatibus primis, & post ipsum succedat somnus longus in masculo, & muliere, quoniam sic melius figitur sperma in matrice eius. pro quinto, quod fiat in debitis uasis, &c. & cum suis instrumentis. pro sexto, quod fiat nec nimis multum, nec frequenter, sed per interualla: hoc autem mensurare est prudentis medici, ut supra. sed homo ipse aliquando est bonus scrutator, ut, cum sentit se alleviari, sentit se salubrem ex hoc fieri: ut quod melius dormiat, melius comedat, non sentit se debilitari; sed inde fortificari, & huiusmodi. pro septimo, quod mas super foemina stet, & non econtra, ne ex spermate mulieris in uirga aliquid cadat, & ne in coitu laborem sentiat; quia amplius eum debilitet, ex quo damnatur coitus stantium: ite ne incurrat crepaturam. item ex retentione sui spermatis accidunt ulcera, & huiusmodi in uirga. pro octauo, quod non subito ad actum perueniatur; sed prius amplexibus, osculis & aliis illecebris præmissis, quibus comprehenditur iam ipsos coeuntes auidos factos esse, ad ipsum procedatur. & hic est naturalissimus coitus, in quo scilicet hæc omnia seruantur. ille autem, cui hæc deficiunt, aut sem magna parte innaturalis appellatur. de ista autem materia naturaliter scriptum est, & ample in. ii. tractatu de inanitione, & repletionem, & quædam ex cõciliatore nostro excerpta. quare hæc sufficiat.

De multitudine desiderii ad coitum. Rub. 29.

Fit quandoque desiderium ad coitum cum fortitudine sanguineitatis, & sanitatis complexionis in ætate adolescentiæ, & potentia ad ipsum absque successione debilitatis quo casu non est cohibendus; quoniam retentio spermatis sic diu retenti grande infert nocumentum, in eo permixtum, qui iam dictis potiretur conditionibus: nam generatio spermatis corpus, & cor confortat; licet ad esse ipsius non necessariò faciat. & paruitas generationis eius corrumpit colorem, debilitat memoriam, & intellectum. Auicenna. sed ubi causa sit acuitas spermatis, aut multitudo eius, aut caliditas uasorum trahetium ad se, uirtute corporis existente debili, aut propter pruritus, & bothor in uasis spermatis; sicut accidit in mulieribus in ore matricis pruritus; quare non cessat in eis desiderium: aut propter inflationem; unde fortis sit erectio ex ipsa uentositate: aut quia dormit super dorsum; est enim de maximè facientibus erectionem. Auicenna. tunc eo casu debemus curæ insistere, & ipsam remediis opportunis iuuare.

CURA. pro cura huius positi sunt casus. de gonorrhœa de erectione uirgæ: & tu ibi nam attende ad contraria causarum; ut in repletionem cum euacuationem, in caliditate, cum infrigidantibus, phlebotomia etiã, si fuerit repletio cum caliditate. sic suo modo dicatur de humiditate, & siccitate; nam

Problem

Adagium admodum in coitu uulgare.

nam lactuca, endiuija, nenuphar, aqua frigida, acetum, portulaca, cucurbita, cucumer emplastrata, & per os exhibita & in omnem modum administrationis conferunt, ut supra allegatis locis. item laminæ plumbi, dormire super stratū frigidum, & huiusmodi.

CURA. in pruritu, & bothor procede cū phlebotomia, solutione materiæ, & contrariatione complexionis, cum frigidis dictis epithemando, unguendo: & sic de alijs, ut locis allegatis. item quandoq; oportet ad narcotica: ut sunt iusquiami, folia mandragoræ, infusio aquæ frigidæ, & huiusmodi deuenire.

CURA. in illa, quæ est ex inflatione, ubi causa inflationis est caliditas, procede cū infrigidantibus, donec extinguatur caliditas. quòd, si est ex frigiditate; cum resolutiuis uentositatis. quòd, si fuerit in corpore melancholico; euacua choleram nigram: quòd; de alijs suo modo facies. & pro complemento horū omniū in rubricis præcedentibus & de apatibus testium, renum, mala complexione horum habuisti simplicia, & composita, ad quæ te transferas.

De iuuamentis, & nocumentis coitus. Rub. 30.

DIPSIS dictum est satis amplè in. ij. tra. de inanitione, & repletione: & ideò etiam tu ibi. tamen hic aliqua rememorabo memoriæ cōmendanda Auic. de iuuamen. eius inquit. & quandoq; accidit uiro ex dimissione coitus, & abundantia spermatis, & frigore eius, & cōuersione ipsius ad uentositatem, ut mittat sperma ad cor, & cerebrum uaporem malum, uenenosum; sicut accidit mulieribus ex cōarctatione matricis. accidunt ex coitu etiam superfluo per maximè tepor, & dolor crurium: quare non sustinent pondus suum. item quandoq; apparet ex eius usu incessio fornicarum incipiens à capite suo usq; ad finem dorsi, & accidit eis tremitus, & paralysis. & ego unū nobilem in manibus habui talem. item dolor renum, uesicæ, & facit incurere cholericam, facit foetere os, & gingiuas. sed hic aduerte q̄ aliquando ex dimissione eius etiam plura accidunt nocumenta, quæ non recitabo, nisi prius dicam, quis est, qui à coitu se debet remouere postpositis etate, & cæteris: & est ille, cui aduenit post ipsum tremor, aut frigus, & constrictio anhelitus occulta, & pulsus cordis, profunditas oculorum, destructio appetitus cibi, & cuius pectus est debile, & infirmum, aut quia debilis est stomachi. unde qui habet stomachum debilem, eum euitet omnino; quoniam est de melioribus rebus ei, ut, xij. tertij de rebus, in quarum usu stomachus nocetur. & hoc ab Auic. dimissio enim coitus contristat plurimum, & grauat corpus, & caput etiam cor & multiplicatur pollutio. quòd, si perseverabit, debilitabit spiritum: tamen exiccabitur: & ideò post hæc omnia opinatus sum aliquid dicere de regimine eius, qui ex dimissione coitus læditur, & de regimine eius, qui plurimum coitu utitur, & nocetur eo, ut patebit.

De regimine eius, qui læditur ex plurimo usu coitus, & illius, qui nocetur ex dimissione. Rub. 31.

CANON est, ut regimine calido, & humido resumptiuo utatur confortado principalia iam ex calore, & spiritibus depurata. quare primum attēde nutrimento, ex quo hi spiritus generari solent: & hoc in eo, qui plurimo coitu usus est. secundus est correctio accidentium; ut debilitas, uisus, tremor, & huiusmodi.

Et pro primo dentur cibi boni nutrimenti, & paucarū superfluitatū humectatiui, & temperati, aut parū calidi, de quibus. ij. tract. item infra de diminutione coitus; ut sunt pulli, perdices, capones, brodia horum, cum uitellis ouorū speciebus odoriferis, non multum calidis. uinum sit dulce, boni odoris, & lac quidem ouinum, & uaccinum est uehementis iuuamenti ad confortandum, & uiuificandum cum sumitur de eo in ieiuno, & cum quantitate, qua digeratur, & dormiat super ipsum. Auic. itē ualet in hoc multum somnus, & quies, & lētari in ludis, qui lētificant. item in postremis confert mithridatum, & diamuscus, & huiusmodi.

Quòd, si læsio accidat in uisu, tunc causa est cerebrum, & quia exiccatur est, administra unctionem capiti ex oleo uio. etiam ex oleo instillando in aurem faciendo: item cataputpurgium ex eo, uel similibus, & utatur introitu aquæ talis complexionis sicci cerebri recurre supra de cerebro

A in principio sexti tracta.

Quòd, si accidat tremor, & ibi sit materia peccans; solve eam. inungatur uirga cum unguentis, in quibus sit ambra, muscus, ex oleo de costo, nardino, liliorum, de cypere de sauina, &c. sed pro cura tremoris recurre ad ea, quæ de tremore sua rubrica: multi dant modū, quomodo quis possit continuare coitum superfluum, & certè ponunt stupam intus pro bombace extracto, quos hic nolo sequi; quoniā homines debent esse rationales, & non bellæ.

SI AUTEM accidit alicui nocumentum, qui dimisit coitum, & eo uti non uult; tunc tres attende canones: primus est abscisio materiæ incitantis ad coitum, secundus est alteratio discrasis genitalium, & refrenatio furis eorū tertius rectificatio membrorum læsorum, & præseruatio, ne ulterius lædantur.

Primus completur euacuatione facta cū phlebotomia, sudore, exercitio, uomitu, deriuatione materiæ ad superiora, minoratione cibi potus, & rerum multiplicantium sanguinem, sperma, & uentositatem, & usus ciborum minorantium sperma, de quibus supra, & medicinarum reddentiū hominem castum, de quibus de gonorrhœa.

Secundus perficitur cum emplastris, fomentationibus infrigidantibus, genitalibus applicatis, & alijs, quæ dicta sunt de priapismo, & de satyriasi cum diuersione animi, & alia curiosa diuertentia à coitu.

Tertius adimpleatur cum eis, quæ confortant spiritum, & color læsum ex retentione spermatis, & cerebrum mundificantia à malis uaporibus, & in mulieribus matricē confortando eam, & repellendo fumos ab ea. & habet in hoc coriandrum præparatum proprietatem, rosæ, triafandali, & huiusmodi, ut infra de præfocatione matricis. & habet hæc dimissio coitus paulatinè fieri ita, q̄ homo subito non se trahat; sed interponat diem, & dies paulatim, donec ueniat ad eius dimissionem per plures dies. & interim regimine utatur dicto iuuante eum; ut in futurum ab eo nō lædatur. & sic sequetur præseruationem eius à nocumento ipsius. postremò addo propter bibulos dictum Auic. in fine capituli sui. inquit. Et de cibis eorum, qui succurrunt ipsorum debilitatem, est panis bonus, mundus, infusus in uino bono. & quia domini Veneti sunt multum uenereis; hinc se sentientes debilitari sic hoc cibo se confortant: nā in principio mensæ confortant. sicut eo semp utuntur usq; ad Dominas, quæ magis uirorum consuetudinem sequuntur, quàm necessitatem, &c.

De diminutione coitus, siue eius ablatione. Rub. 32.

EX HISDEM causis diminiuit, & auferit; sed fortiores sunt, quæ auferunt: & ideò eadem erit cura, non enim antidota adiuuicem differunt nisi s̄m magis, & minus. intensio autem, & remissio speciem non tollunt; in qua quidem cura intendo esse prolixus; quoniam, ut dixi, sequens naturā generationi, ut potero, intentus ero. & hanc curam plurimi uulgarium incantationibus, & fascinationibus ita meo tēpore tractauerūt, ut magis pfectisint, quàm medici naturales. & ego de eorū effectibus miratus rei diabolicæ magis, quàm diuinæ ascripsi. quorū sectā in præsentiarū nō sequar, naturalibus omnino accomodatus. & cū ita accidit, q̄ homo, neq; coitum habere p̄t in uirga, neq; uirga erigi passio ipsa à quibusdā dicta est approximeron, ut supra de immoderata erectione uirgæ. & hi dicunt tria ad coitum perficiendum recurrere. primū humiditas, quæ à cerebro est s̄m magnam partem: secundum uentositas spiritualis à corde dissoluens, & impellens eam ad uirgam. tertium naturale desiderium, quod ab hepate est. sed de his pluries dictum est: & tu ea tuo modo recollige.

CAUSAE. causa itaq; debilitatis, aut ablationis coitus in summa est, aut uirga ipsa, aut in membris spermatis medijs inter membra principalia, & inter mēbra coitus, aut causa est ex causa membrorū uicinorū propria eis, aut propter paucitatem inflationis in inferioribus corporis, aut paucitatem eius in corpore toto. & de his causis sic summam recollectis data sunt exempla in rubrica de impotētia erectionis uirgæ, quæ fortiores sunt, ubi auferitur, ut dictum est. & licet hic, & allegato loco sit sufficienter dictum de causis debilitatis coitus; nihilominus, quia promisi me di-

Practica. S. t latere

Veneri admodū uenereis.

Intensio atq; remissio haudquaquam speciem tollunt.

Quæ ad coitū perficiendum concurrat.

Coitus quibus noxius.

latare, & clariori modo, quo potero, materiã aperire, hinc alio ordine & medicinali satis causas eius enarrabo hoc modo: uidelicet. omnis eius causa aut est primitiua, aut antecedens, & humoralis, aut coniuncta. primitiua, ut aer frigidus calorem mortificans, & proprie frigus pedum: un̄ in discaligatis diminitur cõiter. quod & beatus Franc. benè sciuit hoc in præceptis fratribus suis iniugens: unde Aui. de exiccantibus sperma inquit. Et de his, quæ experti sunt experimētatores, est, q̄ incessus nudis pedibus deiicit desiderium coitus, ut supra de spermate: & aer ficcus consumens humidum, & aer nimis calidus; quia spiritus exhalant, & aer nimiũ humidus suffocans calorẽ: & q̄ caliditas intensa aeris, & similiter frigiditas intẽsa ad hoc faciant. persuadetur; qm̄ in Ianuario, & Iulio animalia multum coeuntia nõ faciunt oua: consimiliter exercitiũ forte, balneum calefaciens, & exiccans. cibus sua quantitate suffocans calorem naturalem; aut sua qualitate extinguens; ut cibi frigidi, aut siccitate consumens, aut ingrossans humidum: de quibus supra nũc alle. loco. potus similiter quantitate, & qualitate, somnus, & uigiliã superflua, inanitio superflua: ut sudor, fluxus, retentio superfluitatum; nimia animi accidentia; ut mitigatio, uerecundia, horribilitas, coitus, timor, præmeditatio, aut fortis attentio ad rem aliam, & hmõ. antecedens uerò est nimia complexio frigida, & humida in toto, uel in testibus, uel in principalibus, & est secundum plurimum, ut supra de impotentia &c. & principaliter in corde, aut hepate, aut cerebro, aut renibus, uel in magnis uenis, per quas sperma dirigitur in tertia digestionẽ. Vtrum autem magis à cerebro, quàm à corde, non definitur hic: fortè dicetur in fine cap. cum aliis dubiis. Ari. enim uult, quod à corde. & dicit. q̄ si uena cordis, per quam sperma descendit ad testiculos incidi posset; sequeretur impotentia generationis, sicut ex incisione uenæ, quæ est post aurem, uel in collo quod est unum ex fundamētis medicorum reliquũ; quia sperma cũ cerebro similitudinẽ habet. item maximè lædit & plus, q̄ cor in coitu. itẽ quia est sedes animæ, Plato, cerebrũ est tẽplum rationalis animæ. & de his satis, & mala cõplexio est qn̄q; uitio humoris: unde humor frigidus, & humidus sunt hmõ. calidi uerò, & humidi cum superfluunt; frequenter frigidi, & sicci adiuuant ad hoc cõpositio; ut sunt rara texture; quia spiritus exhalant. itẽ strictura uiarum seminaliũ quare sperma non descendit aut propter pinguedinẽ, aut propter aliud. itẽ magnitudo corporis: quare humores cedunt in nutrimentum ad seruandum indiuiduum; ut in pinguibus, & magnis: nã qui plus prolificant, ut in cæteris animalibus est uidere; equus autem, & elephas pariunt unum foetum; porca autẽ plures &c. causa autẽ coniuncta est mala complexio testium calida, humida, frigida, uel sicca, simplex, uel composita, uel humiditate tẽperata, peccãs qualitate, aut quantitate, uel substantia. item & defectus uentositatis, quæ à corde uenit ad erigendam uirgam, ut supra dixit Arif. q̄ animalia habentia pennas multas, & homines habentes multos pilos sunt multi coitus: econtrã pauci. tu itaq; hominem ipsum oculis circũda: uolo modo hæc tibi de causis eius sufficere.

SIGNA demonstratiua, qn̄ causa est in testibus: quia ex mala cõplexione eorũ, & specialiter frigida; sperma multũ est, & aquosũ, & testes ad tactũ sentiũtur frigidi. quod, si fuerit ppter siccitatẽ; sperma erit paucũ, difficilis descẽsionis, & fm̄ plurimũ est cũ extenuatione corporis, & paucitate carnis, & sanguinis. & à iuuatibus; quia confert ei humectatio ex balneo, & cibo, & potu humidis.

Signa, si fuerit ppter hepar, & renes; scit; quia minorat appetitum, & nõ est digestio, & sãguinis gñatio, ut oportet.

Signa, si ex corde; minorat erectio, ut in pcedenti Rub.

Signa, si ex cerebro dicta sunt in pcedenti rub. & tu ibi.

Signa, si ex renibus; quere signa renũ, & in pcedenti rub.

Signa, si ex defectu fuerit uentositatis; quia omnia membra coadiuuantia, ut cor cerebrũ, & hmõ. sunt sana. & pro tunc est debilitas in erigendo uirgã, & in administratione inflatiuorum iuuatur.

Signa factæ causæ paruitatis, motus spermatis, & paucitatis mordicationis eius; quia egredit apud coitũ res plu-

Erima cõgelata, & plurimũ illius sequit cõplexionẽ frigidã & nõ dubitabo idẽ replicare in hac materia signorũ; cum replicatio ipsa perutilis mihi uisa sit. qn̄ accidit ex debilitate desiderii coitus; tunc est arefactio corporis cũ extenuatione, & debilitate ipsius, cũ citrinitate coloris, & quia pauco cibo usus est. quod, si idẽ cõtigerit ex diminutione spermatis in substãtia, quiete, & mordicatione; signa paucitatis exitus spermatis, & in numero, & in quantitate apud coitũ, & tarditas aliqñ, & raritas, & frigus sensibile in instrumētis genitaliũ. quod, si fuerit propter frigus; erit multum spermatis apud coitũ idigesti, fluidi, nõ coagulati per se neq; coagulat in aqua frigida, cũ in ea spargitur, & est in substãtia subtile, & difficilis exitus, & paulatim cũ cõtinatione partis post partẽ hora coitus. quod, si cũ frigiditate sit cõpulsabitur, erit paucitas carnis in toto corpore, & sanguinis, & spermatis, & difficultas exitus eius. quod, si fuerit propter mordicationis spermatis paucitatẽ, & propter quietem, & propter coagulationem eius; est, quod egreditur plurimũ spermatis hora coitus, & quod exit con-

Fgelatum, est grossum, & pingue. Signa, si fuerit propter solitudinem, siue sollicitudinem ad aliquã rem; signum elõgatio magna à coitu, & angustia habita de re præterita, & spes, in qua est cogitatio de re habenda, uel nõ habenda in futuro, & timor de re ipsa, & castitas: & cum approximat ad mulierem, si est primò erectus; cadit erectio.

Signa, si fuerit propter mollificationẽ cũ exiccatione totius corporis; signũ debilitatis totius impotẽtia erectionis, & debilitas uirgæ in hoc sentitur, & stupor in ea. quod, si fuerit propter paruitatem inflationis; tũc erit paruitas erectionis, & priuatio uentositatis cũ incolumitate aliorum membrorum, ut supra.

Signa, si fuerit propter frigus in neruis uirge; tunc sperma est abũdans subtile, & facile egrediens, & desideriuẽ est satis firmũ: sed erectio est in seipsa debilis ualdẽ, & urina est multũ indicatiua in hac passione; quia in causa frigida urina est discolorata, & huiusmodi, & in calida colorata.

GSigna, si cõtinet ex maleficio factõ; scietur illud per exclusionẽ omnium aliorũ signorum, quod erit difficile cõprehendere. quid de maleficio dicendum, pro nunc taceo: multa audiui, & pauca uidi.

PROGNOSTICA. pingues aliis paribus non sunt ita potẽtes in coitu sicut extenuati, & citius deficiũt: pueri enim & decrepiti, ebrii, & crapulosi: & qui habent uirgã nimis longã, & qui utuntur nimio coitu nõ generant, aut raro, aut foeda eorum generatio. coitus in publico sterilizat uiros honestos præcipuẽ, quando fit sine uerecundia.

Et nota, quod illi, in quorũ natiuitate dominatur Saturnus magis delectãtur in foedo, & turpi actu, quàm in honesto. & hoc expressit Haly. in cõtuloquio propositione. sanguinei multũ appetunt, & multum possunt. cholericus uerò multũ appetunt; sed parũ possunt; sunt respectu appetitus sanguinei. melancholici parũ appetunt, & parum possunt. phlegmatici autem nõ multum appetunt; sed plus possunt, quæ intelliguntur, interest esse uera merito complexionum: nam ex alia causa posset contrarium contingere. & tu considera illam.

H**CYRA.** Canones, uel curã hanc sollicitẽ, atq; attẽtẽ in te assume: cum uideat esse sicut naturæ debitor: in hoc etiã quia spero maximũ honorem, non paruum lucrum tibi esse allaturam. quã in quinque canonibus comprehendo. primus est membrorũ superiorum, à quibus uirtutes procedunt, & spiritus rectificatio, & cõfortatio. secundus est uiarum transitus præparatio. tertius genitalium membrorũ; ut est uirga, testes, uasa seminaria, & alia iuuatiua membra alteratio, & ad actum coitus disponendo fortificatio.

Quartus administratio eorum, quæ sanguinem, spiritũ grossum, uentositatem, et sperma generant; omnis enim uirtus extensa indiget materia prima. et hunc canonẽ sic proposui ex causa: quoniam eius complementum erit prolixum ualdẽ. quintus, causas exteriores, et interiores excitat ad coitum, et prouocantem procurat: et hi duo quasi connexẽ incedunt.

Primus cõpletur diuersis medicinis attenta diuersitate causarum.

Problema

causarum, & membrorum; nã, si causa fuerit frigida, & maxime in principalibus, quod est fm plurimũ, administra theriacam ueterẽ, & mithridatum. unde Auic. non est aliquid quod sit, sicut mithridatũ; qm̄ est fortius medicamẽ ad illud & in omni defectu ad coitum propter frigus in quocũque mēbro sit, aut propter debilitatẽ. & tu hic aduerte, ne ex eius usu, uel theriacẽ quis febrem incurreret; & ideo prudenter. quod, si patiens ex eis se calefieri perciperet, dimittat. & si propter cerebrum; da diamuscum, & diambam. & propter hepar diacurcuma, & sazeneam, & mithridatũ etiam, causa scilicet existente frigida. si ppter cor, aromatica cordialia; ut ea, quæ pp cerebrũ. si ppter stomachũ; contra forta principaliter eius digestiuã, & horũ omnium curam habuisti ad plenũ suis rubricis, quæ enarrare iterum duxi superuacuum: tu ad ea recurre. quod, si fortis fuerit caliditas hepatis, & stomachi, ut prohibeat uentositatem generari, in frigidabis, & æquabis cũ frigidis inflatiuis: sicut sunt pira, citronia, mōra, lac, faba, & similia, de quibus infra ad plenum. q̄ similiter si fuerit frigida, & propter eorũ frigiditatem prohibeatur generari uentositas, calefacies cum aliis calidis inflatiuis; ut sunt cicera, faseoli, cum cinnamomo, potu uini ru. grossi, balneis, unctiõibus calidis, & emplastris, de quibus suis rubricis. quod, si fuerit ex debilitate totius; confortetur cum cibus calidis, & humidis restauratiuis, & potibus, resumptiuis unctiõibus, balneis emplastris, de quibus omnibus infra, & pro parte supra de spermate. unde assata, & in patellis preparata, oua sorbilia lac, butyrum, pulces frumenti, panis de simila, napi, rapa, amygdalæ dulces, nux, medulla nucis indicæ, phisticæ, auellanæ, & quæ sunt huiusmodi, cõferunt in hoc casu.

Secundus perficitur cum deoppilantibus neruos, ut in de paralyti. & arterias, ut de syncopi: & uenas, ut de hepate: ad quæ loca pro remediis recurre.

Pro tertio dicendum, quod, si causa in uirga fuerit, quia mollificata; tunc cura cum eis, quæ dicta sunt de de cura paralyti, & mollificationis uirgæ, & uesicæ. si uerò in testibus, & uasis spermatis; cura cũ eis, quæ discrasiam remouent, complexionem æquent, quæ suis recurre rubricis. quod, si uitio nimio caliditatis in frigidã; si frigiditatis calefacias. similiter si ex siccitate, aut humiditate idem contingit; da humectantia, ut lac, oua sorbilia, administra balnea, unctiões, & emplastra, potus, electaria, & huiusmodi. ex quibus componi habeant, dicetur in fine similiter. si ex uitio renum, habuisti curam, quod si fuerit materia peccans in causa; digeras, euacues in primis, deinde alterabis, & ad alia localia remedia te transferas. & hunc canonem benè considerabis in primis, quoniam est ex uniuersalibus, & quasi præsuppositus, & scitus ex narratione eius in quamplurimis rubricis. & ideo ad eum diligenter aduerte. item, si opus esset phlebotomia; fac ipsam: nam sic scripsi, non ut te doctiorem; sed ut te admonitum semper reddam.

Pro quarto de sanguinem, spiritum grossum, sperma, & uentositatẽ multiplicantia, q̄ ad erectionẽ uirgæ faciãt, & coitui uirtutẽ præbeãt, & horũ quædã sunt cibus, & potus: quædam sunt cibus, & medicina: quædã à proprietate ipsũ coitum iuuant, & de his ponẽtur exẽpla, & copiose, & fortasse in fine capituli aliquid addam. cibus. n. debet esse humidus, in quo reperitur humiditas extranea apta in uentositatem grossam conuertit; non aptam tñ consumi, & finire. in prima, aut secunda digõne, ut supra; cuiusmodi sunt panis de flore frumenti cum granis sisami factus. ex carnibus uolatiliũ, caro gallinarum, gallorũ iuuenum, & pinguium, anatũ, & passerum, pullorum, pipionum, siue columborũ iuuenum, & pinguiũ, & cætera ipsorũ. & laudatur hic lingua anseris comesta, uel in potu data, perdix, turtur, qualea. & ex quadrupedibus carnes ouium, uitulorum porcorum in domo nutritorum, medullæ animalium, & sine elixæ, aut assatæ, non frixæ; frixura enim minuit de nutrimento earum. Aui. & supra de spermate. & ex aquaticis carnes piscium paruorũ, & cãcri fluuiales exiccati. & ex lacticiis lac humanum, & propriè ouinum, & camellarũ butyrum, & ex ouis oua gallinarum, anserum, anatum, colomborum, & piscium &c. ex herbis caulibus, baucia, bora-

A go, biglossa, mentha, cruca comesta multa, & semen eius, & de proprietate eius facit ad uirgæ erectionẽ. & ex granis est frumentũ coctum, risum cũ lacte amygdalarum, uel ouis, cicera, faba, faseoli, pisa. & ex fructibus uirgæ recentes dulces, pira, citronia. & ex nucleis pineæ, phisticæ, amygdalæ dulces, auellanæ, nux, & nucleum nucis indicæ, & nuxes recentes. & ex stipitibus sparagi, præputia uitis albæ. & ex radicibus secacul, napi, cœpæ albæ, porrum, allium coctum, tubera, radices iringorum, rapa. & ex potibus est uinum nigrum, spissum, dulce, nouum, uel mediũ temporis & odoriferum, aqua sit ferrea, non sola: nam ipsa sic frigida est res nocibilis ualdè, ut supra. quod, si affuerit frigiditas extremitatum; calefacias cum zinzibere, cinnamomo, & huiusmodi. quod, si caliditas; da in frigidantia; ut sunt lactuosum, melones, citrulli, cucurbita, spinachia, lactuca, portulaca, albumina ouorum. & ex medicinis quædã sunt simplices, quædam compositæ. & ex simplicibus quædã calidæ, quædam frigidæ, quædam temperatæ: & ex eis quædã sunt semina, quædam fructus, quædam radices, quædam gummi. quædam sunt ex animalibus sumptæ, quædam ex mineralibus, quædam ex proprietate. exemplum primi; ut semen napi, urticæ, semen artheticæ, semen menthalstri, sparagorũ, raphani, apii, petros. lupini, semen cordumeni, piperis longi, macropiperis. Exemplum secundi; ut grana uiridia, grana been, & oleum eius. exemplum tertii; ut zedoaria, costus dulcis, testiculus uulpis, qui est fortis in erectione, & coitu, zinziber, galanga, pirethrũ, assarum, hermodactyli, napi. exemplum quarti dragagantum, assa, & ipsa fortiter inflat, & coitum incitat, & propriè in frigidatis, cum ea bibitur. 3. i. cum uino. exemplum de frigidis semen lactucæ, portulacæ, melonis, caulibus, apud illos, qui caulẽ frigidum faciunt. ex temperatis sunt foenugracum, sisamum, dactylus secundum quosdam. ex animalibus sunt hæc; uermis multorum pedum, stellio, lacerta, stincus, & propriè extremitas caudæ eius, & sumen, & renes ipsius, & sal lacerti hoc modo factus. sumatur lacertus in diebus æstatis, decoletur, & mundentur uiscera eius, & impleat sale, & suspendatur in umbra, donec exiccetur. cum ergo fecerit illud; tunc accipe salem, & proiice corpus eius, de quo sale sufficiat tibi modicum minus, quàm serici. ex mineralibus sunt, quæ confortant cor; ut hyacinthus. quædam cerebrum, ut lapis, qui inuenitur in capite animalis; ut serapiensis, galli, pistis, & huiusmodi: quædam hepar; ut lapis. quædam cursu proprietatis; ut sumatur ueretrũ tauri, & exiccetur, & puluerizetur, & proiciatur modicum super oua sorbilia, & sorbeantur. & iterum res mirabilis est coagulum camelli, de quo nihil; quia non habemus, nõ ulterius pcedo. uolo, ut hæc exempla sufficiant pro nunc. nam statim ultra hæc enarrabo simplicia aliqua, & tantundem composita huic nostro canoni deseruientia. patere itaq; usq; ad locum.

B mi. quædam sunt ex animalibus sumptæ, quædam ex mineralibus, quædam ex proprietate. exemplum primi; ut semen napi, urticæ, semen artheticæ, semen menthalstri, sparagorũ, raphani, apii, petros. lupini, semen cordumeni, piperis longi, macropiperis. Exemplum secundi; ut grana uiridia, grana been, & oleum eius. exemplum tertii; ut zedoaria, costus dulcis, testiculus uulpis, qui est fortis in erectione, & coitu, zinziber, galanga, pirethrũ, assarum, hermodactyli, napi. exemplum quarti dragagantum, assa, & ipsa fortiter inflat, & coitum incitat, & propriè in frigidatis, cum ea bibitur. 3. i. cum uino. exemplum de frigidis semen lactucæ, portulacæ, melonis, caulibus, apud illos, qui caulẽ frigidum faciunt. ex temperatis sunt foenugracum, sisamum, dactylus secundum quosdam. ex animalibus sunt hæc; uermis multorum pedum, stellio, lacerta, stincus, & propriè extremitas caudæ eius, & sumen, & renes ipsius, & sal lacerti hoc modo factus. sumatur lacertus in diebus æstatis, decoletur, & mundentur uiscera eius, & impleat sale, & suspendatur in umbra, donec exiccetur. cum ergo fecerit illud; tunc accipe salem, & proiice corpus eius, de quo sale sufficiat tibi modicum minus, quàm serici. ex mineralibus sunt, quæ confortant cor; ut hyacinthus. quædam cerebrum, ut lapis, qui inuenitur in capite animalis; ut serapiensis, galli, pistis, & huiusmodi: quædam hepar; ut lapis. quædam cursu proprietatis; ut sumatur ueretrũ tauri, & exiccetur, & puluerizetur, & proiciatur modicum super oua sorbilia, & sorbeantur. & iterum res mirabilis est coagulum camelli, de quo nihil; quia non habemus, nõ ulterius pcedo. uolo, ut hæc exempla sufficiant pro nunc. nam statim ultra hæc enarrabo simplicia aliqua, & tantundem composita huic nostro canoni deseruientia. patere itaq; usq; ad locum.

Pro quinto audiant fabulæ, cantus, & similia, q̄ ad amorem trahunt, & ad aspectus dominarũ pulcherrimarũ, imaginatio ad coitũ, & prolongetur, donec confortet. deinde post multa, quæ taceo quasi omnibus nota, pcedat ad coitum cum placida docta, & delectabili, quæ non sit mēstruata, & foetu: coitus enim cum uirgine multũ debilitat. & ideo non fiat experimentũ in primis cũ tali, & prius inungantur calefacti cum his, quæ dicentur, & non multiplicet coitum; quoniam talis multiplicatio absunderet eum.

D Et redeundo ad complementum quarti addo ex simplicibus, & cõpositis; ut te copiosum faciam; cũ generationi totus intētus sim. acorus, allium coctum cum coriandro, & uino, anisum, aromaticum nardinum Mes. prima antidotarii, bulbus, cappares, clyster decoctionis capitis capræ, uel carthamus, carui, testes, confectio satyriõ Mes. Nico. crocus, diambra Auic. prima quinti. diacameron Nico. electarium Galen. Mes. prima antidotarii, electarium electroph Mes. tertia antidotarii, enula, fasiani stercus muctũ, uel potatum, galangæ frustum in ore retentum, gallia muscata, gallorũ testiculi cum uino sumpti, garyophylli, maluz semen, melissa, nigella, oleum pinearum, ossa calcanei uersi combusta potata, pastinaca, persica, raphanus, stinci, pedes, & rostrum, testiculi uitulorum, testudo, quia puluis

Practica. S. t a grossæ

Sal lacertorum ut preparat.

Coitus cõ uirgine multũ debilitat.

Frixura nutrimenti minuit.

grossæ corticis eius, triphera magna Auic. triphera farace-
nica, triphera Gal. & nota, q̄ tua est moderare hæc, & quæ
dicuntur secundum diuersitatem causarum; quoniam non
quodlibet ualet in qualibet causa, ut patet. & in summa uti-
tur bonis carnibus, bonis electarijs, bonis aromatibus, bo-
no uino dulci, somno multo, coitu ipso raro utatur, & post
ipsum dormiat. piscibus, & alijs ad erectionem facientibus
in cibarijs, & loco cibarij, ut sunt faseoli, cicera, pisa, & hu-
iusmodi. & hic subscribam regimen satis domesticum, & di-
uersum secundum diuersitatem causarum. cum deficit sper-
ma in substantia; utere multiplicantibus, de quibus supra
sua rubrica. ex cibus pinguibus, & ex rapis coctis in igne,
& sunt ualdè bonæ. & ex testiculis animalium, qui sunt ual-
dè boni. & castanæ tostæ sunt ualdè bonæ cum uino dul-
ci spisso, oua forbilia ualdè bona. item. Reci. lactis uaccini
uel ouini. 3. ii. uini granatorum dulcium. 3. ii. coquantur ad
spissitudinem, & sumatur de eo omni die. 3. iii. usq; ad qua-
tuor ieiuno stomacho, deinde comedat pisces recentes cū
cœpis, & sint cōditi cum bonis aromatibus, deinde per. i.
uel duas horas uadat dormitum. cum autem est à frigidita-
te sumat bis, uel ter in die de diatriopipereon, & propter
illud bibat de uino dulci modico lymphato. item zinzib. cō-
dito, diagalanga, cucube, & huiusmodi. quod, si fuerit sicci-
tas; utatur humectantibus; ut carnibus pinguibus cum cæ-
teris dictis. quod, si accidat propter paucitatem mōrdica-
tionis spermatis; tunc nutrimentum totum ad calidum de-
clinat electarijs, unctiōibus, cibi, & potus. quod, si fuerit
ex mollificatione uirgæ; utere nutrimento calido. ex dictis
ex cibarijs, electarijs, & hmoi emplastris, unctiōibus, fri-
care loco testiu sæpe, stet mulier apud eū. tu me intelligis,
multum ad hoc facit. quod, si fuerit propter paucitatem in-
flationis; comedat faseolos, fabam, castaneas, cum uino dul-
ci, nuces recentes, & huiusmodi, quæ uentositatem multi-
plicat, naponas coctas, rapam, & huiusmodi supra; item
pisces affatos, & non affatos cum pipere longo, cardamo-
mo. potus sit uinum dulce turbidum nouum cum modica
aqua lymphatum, unctiōes, emplastrata, electaria. quod, si
fuerit propter frigus in uis uirgæ, cū oleo de spica, in quo
dissoluatur castoreum, & anacardus, & utatur electarijs ca-
lidis cibus, ut sunt carnes affatæ dictæ conditæ cum cinna-
momo, pipere, & rob. & cibarijs utatur uentosis, & uinum
bibat acutum, & potius lymphatum notabiliter. utat stussa
sicca, in qua fiant frictiōes uirgæ cum oleo de euphorbio
mixtis cum anacardo, pipere, costo. iam ex multis sic di-
ctis habetur modus subueniendi ex parte regiminis huic
dispositioni. & uolo hæc tibi sufficere; cum aliqua composita
hic addidero; deinde aliquantulum loquar de remedijs fi-
dis contra fascinationes, & machinameta malarum mulie-
rum, aut uirorum, qui naturam, & Deum despicientes dia-
bolo seruiunt. cibarium conueniens nēdum diminutis in
coitu, sed senibus, & decrepitis, & in eis excitat uoluntatē
ad coitum. Recipientur pisces parui recentes petrosi; ut
sunt apud nos marsoni, assentur in oleo communi, & come-
dantur cum re ista. R. galangæ, piperis, cinamomi, zinzibe-
ris, nucis, croci, stincorum non corruptorum, sed sanorum
ana. 3. ii. pinearum mundatarum, physticorum, auella. dacty-
lis, uuarum passularum. 3. i. pistetur omnia simul pistatione
perfecta, & conficiantur cum rob uini, & comedatur im-
mediatē post illorum comestionem. ad idem decoquantur
castanæ à corticibus suis omnibus mundæ cum carnibus
arietis, uel gallinarum, uel passerum ultima coctione; po-
stea accipiantur, & coquantur iterum cum lacte ouino,
etiam uaccino, & condiantur cum bonis speciebus, & co-
medatur post. possunt separatim comedi, & simul hæc duo
scripta honorabilius ea successione: & tu tuo modo admi-
nistra. ad idem fiant iuscula ex iure capitis pullorum, colū-
borum, cum uitellis ouorum, & modico farina frumentis,
cum butyro, uel oleo amygdalarum dulcium, uel sisami de-
spumati. ana. lib. i. musci, ambræ. ana. 3. i. olei mustellini. 3.
ii. decoquantur ad spissitudinem. de quo accipiat quolibet
fero ad quantitatem coclearis, & superbibat uinum calidū
sunt, qui addunt semen erucæ agrestis, caudarum stinci,
satiyri. ana. piperis longi, physticorum mundatorum, ut
libet, zinzib. galangæ, been al. & rub. ana. dactylorum, pinea-

rum purgatarū. ana. compone, & dosa, ut decebit. alia ele-
ctaria ab authoribus posita nominata iam sunt. considera
medicamen diuinitus reuelatum Gordonio. & uitella ouo-
rum, butyri recentis, priapi tauri, cicerum, galangæ, sati-
yri, zedoariæ, zinzib. menthæ, testiculorum gallorum, &
uulpis. ana. par. i. cerebrorum columbarum, & passerum be-
nè coctorum, & affatorum. ana. par. vi. medullæ nucis indi-
cæ, pinearum mundatarum, physticorum, amygdalarum
dulcium, iuiubarum, seminum maluæ, mercurialis, auella-
narum excorticatarum, dactylorum. ana. par. iii. piperis lō-
gi, linguæ auis, cinnamomi. ana. par. 5. ista omnia decoquā-
tur in lacte ouino, & postea fortiter conterantur, & addan-
tur caudæ stincorum, par. 5. totum conficiatur cum melle
ros. & pane de zuccharo, & lento igne condiantur. & sub-
dit. Noli reuelare, nisi filiis uena imponitur tanto naturam
sapit theriacæ. credo, quod optimum; cum componentia
sint singularia, & bona, & ex ipsis, non nisi bonus debet ef-
fectus consequi. sed ex his ergo conficere feci artocleam
singularem, & delectabilem, & bonam: & tu considera. pul-
uis stinci acceptus ex eo, ut supra cum melle datus, abrota-
num suppositum puluinari incitat, & bibitum resistit: consi-
dera opus medicinæ. in tertio nodo spine stinci est quidam
lapis, quem si homo biberit, à uenere continere non pote-
rit. fel apri, uel uerris linitum supra uirgam uenerem ilico
præstat potenter. ualent cœpæ coctæ super renes, & pecti-
nem positæ, & pro tunc ipsa cum oleo comedantur. ualet
diamargariton. & pro diuitibus electarium expertum. R.
caudæ stinci. 3. i. 5. seminis napi, seminis baucie, seminis cœ-
pæ albæ, alchannæ, erucæ. ana. 3. ii. piperis trium, gummi.
ana. 3. i. 5. cœpæ muris affati. 3. i. pinearum enucleatarum.
3. 5. 3. i. pirethri. 3. i. linguæ auis. 3. i. 5. cerebrorū passerum
maculorum. 3. i. testiculorum galli. 3. ii. confice cum tertia
parte butyri uaccini, & duabus partibus mellis. dosis eius
sit. 3. 5. cum uino dulci post cibum. pilulæ ad libidinem pro-
bata. R. seminis cœparum albarum, testiculorum uulpis,
cerebellorum passerum, florum palmæ, thuris albi, erucæ,
ana. confice cum aqua, & de eis assumantur quinq; usq; ad
viii. de sero, & desuper bibat uinum dulce, siue claretum,
quoniam facta est magna mentio de stinco ad hunc casum
scito, quod plures strenui medici arbitrati sunt ipsum quan-
tum ad caput eius, & eius caudæ extremitatem esse uener-
nosum. & idē auferunt caput, & extremitatem caudæ, &
dant partem mediam ad quantitatem pisciculi. hæc opinio
est tutior, quam non reprobo. sed dari debet securè de sur-
mine eius; quoniam illa pars est electior.
In casu nostro etiam ad intra administrantur supposito-
ria. unde præcipuè laudatur suppositorium ex satiyrione in
ano retētum: item suppositorium ex adipe anatis, & gruis
cocti, & pirethri in oleo de nuce indica. Aui. itē supposito-
rium ex pluribus rebus conferentium cum pice: & tu com-
pone aut cum melle. clysteria fiant cum iure capitis capræ,
uel ouis, pullorum columborum, uitellis ouorum, testicu-
lis arietum, & sunt optimi in clysteri, butyro, oleo de sifa-
mo, de auellanis, de nuce indica, lacte ouino, & in eis por-
nantur, sicut semina erucæ, baucie, castoreum. item fiat de
coctio dactylorum foenugreci, & huiusmodi cum carnibus
dictis, & pinguedinibus conuenientibus oleis nominatis,
& dormiat semper super tale clyster: & tu compone. ad ex-
tra administrant unctiōes, siue linimenta. & propria sunt
oleum de granis coti, & est mirabile. Auic. oleum de nuce
indica, oleum sambucinum. item cum oleo sambucino, &
oleo de storace miscetur assa, pirethru, cyperus, adeps leo-
nis; quia est uehementis uirtutis in hoc, & inungatur uir-
ga, pecten, peritoneo, & renes. ad idem. R. ceræ albæ. 3. 5.
satiyri. 3. i. seminum synapis, seminis cœpæ, apii. an. 3.
ii. musci, ambræ. 3. i. confice cum oleo de cyperis. item ad
hoc ualet unguentum aragon, marciaton, oleum laurinum
mustellinum, hæc omnia cum musco. item oua formicarū
bulliant in oleo in uase uitreo, deinde apponatur puluis
ex semine cœpæ, erucæ, euphorbii, castorei, & addatur ce-
ra, & est præcipuum. item inunctio ex pinguedine renum
uulpis. item liquefiat butyrum, pinguedo uulpis, & inpor-
ne æquali pondere de semine erucæ, urticæ, portulacæ, &
imponantur testiculi uulpis, & bulliant omnia ad consum-
ptionem

ptionem testium, & cum pauco ceræ fac unguentum. fiant frictiones circa pudibunda: mulier decora desideretur, taceo in turpem eadem sermonem: & tu scito; omnia comprehendis.

ACCEDO ad ea, quibus obuiatur maleficijs malorū uirorū, & malarū mulierum, & te, ut potero, copiosum reddam. lapis magnes super se portatus tollit, idem cor uultu ris, pica affata & comesta. item herba, quæ creuit per mediū lapidis perforati, bibita, aut comesta; sed ipsam prius cōsideres in mōtib; multas, & utiles ex dictis inuenies. in canna uacua ponatur argentū uiuū, & supponat ceruicali maleficiati; soluit. squilla integra suspēsa in limine domus. idē operat arthemisia, itē radix bryonię sup se portata. itē cor cornicis masculi sup se portatum, & uxor portet cor foemina; tūc benē coeunt, si in luna noua decollaueris ucupam, & cor eius super te portaueris.

Hęc pauca, quæ sciui, tibi aperui; sed scito, q̄, si quis uult facere panē; oportet, q̄ farinam habeat. & idē stude ī primis ad augmentandū spermatis materiā, & ad remouendā discrasia membrorū secundū canones positos. quidam cū artificio iuuant ligātes fasciā circa corpus mulieris, & fortiter; ut inferiora dilatēt: deinde supponūt puluinar, & stet capite depresso, & curibus, & ano elevantis, & faciunt mulierē illuc membrum capere, & introitum ei dare uerecundum dictu; opere autem utile: sed in uirginibus difficile. & sic hęc sufficiant.

De his, qui in fine coitus ilico egerunt. Rub. 33.

TRIPIS est hęc dispositio: cuius causa est innata debilitas lacertorū claudentium anū. unde, & si sint potentes tere anū cōstrictum usque ad horam coitus; non sunt post coitum potentes ex coitu ipsis debilitatis resolutione spirituum in coitu facta.

CVRA. in hoc casu oportet, ut ante coitū egerat, aut conetur egerere etiā adhibito remedio ex suppositorio. itē hora coitus teneat in ano suppositorium cōstrictiuum ex thure, acacia, balauistijs, bolo arm. gummi ara. & hmōi cōstrictiuis cum melle ro. confectis. & hora, qua nō coit, inūgat anum cū oleo de myrto, de spica, & mastice; & sic de alijs uirtutem retentiā adiuuantibus. utat athanasia, uino styptico nigro, syru. de agresta, de citonijs, de myrto, & similibus stypticis, pro quorum copia quære supra de dysenteria, & de tenesmo: & tu ibi. sed hoc aduerte diligētē ne uolens uni rei prouidere alteri grande facias nocumētum: & idē tua utere prudentia; nam etiam nimiū frigida nocerent amplius debilitando: & idē commisce ex calidis; ut agni casti semē, oleū de sauina, oleū nardinum, oleū de cupressu, aut nardinum ipsum, aut cupressum cum oleis alijs. itaq; tempera.

De hermaphrodita. Rubrica. 34.

SECUNDVM plurimum hi habent unum membrum altero debilius, & per illud, quod ē fortius, egredit ab eis sperma; & tunc operatur actū masculi, aut foemine magis. dicit Aui. ad eum peruenisse, qui utrunq; actū perficiebat: sed, inquit, parum uerificatur. de his autem quid dicam, ne scio, nisi q̄ curari possūt per incisionem occultioris, & debilioris, quę incisio curabitur cura uulneris. & hęc tibi cū gratia Iesu sufficiant de isto capitulo.

D V B I A.

CIRCA capitulum dubia. sed primò notandum, quòd licet dictū sit uētositate à corde uenire, q̄ illud intelligi habet effectiue, & non materialiter; materia enim uentositatis ad uirgam erigendam ueniens est uapor, & humor dissolutus à spiritu cordis in uis inuentus.

D V B I T A T V R, utrum desiderium coitus sit à corde uideat, q̄ sic; cū delectatio, & coitus sint passiones cordis. item à cerebro; quia desiderium coitus est in uirtute imaginatiua. itē ab hepate. unde Aui. Et desideriu est ab hepate. dicendū, quòd duplex est desiderium; aiale, quòd est cōcupiscentia, & tale initiatiue est à corde, & completiue à cerebro: aliud est naturale ex repletionem spermatis, quam repletionem natura tentat euacuare, & ad sua loca sibi naturaliter deputata mittere, & est ex hepate: considera. item nota, quòd retētio spermatis in muliere seuiora inducit accidentia; ut suffocationē, & hmōi: in uiris autem non

A resouitur enim materia illa; quia uirtus ī uiris fertur apta magis resouere. item sunt exercitio fortiori expositi; mulier enim quieta est; est enim domus custodia, ut dicit Gal. in de complexionibus. & multarum superfluitatū respectu uirorum: & idē spermatica materia superaddita corrumpitur, & q̄nq; in naturam ueneni transit. item deterior est corruptio spermatis, quam menstrui, dato q̄ sperma sit superfluitas utilis, & temperata, & menstruū non: nā quanto res erit temperatior: tātō deterior est eius corruptio; ut in stercoribus humanis est uidere respectu stercoris aliorum animaliu: & cadauer hominis respectu alterius cadaueris. nota, quòd sola mulier post cōceptionē coitū appetit, & alia animalia abhorrent eum: causa est duplex. prima; quia propter naturā, & nō propter delectationē coeūt alia animalia. cum ergo naturæ satisfactum est; nō curant, attento quòd delectatio ea non mouet. secunda; quia priuantur menstruis; menstrua enim mulierem calefaciunt, & incitāt ad coitum: sanguis superfluit in alijs animalibus in cornua, pilos, & ungues, & huiusmodi cōuertitur. sperma est temperatum, & occurrens membris distemperatis delectationē causat: considera.

B

DE GONORRHOEA nota, quòd licet dictum sit frigida, uel acuta cōpetere, quòd talia nō debēt frequētari sed iter pollari. qui canon defuit in pluribus dispositionibus. & si quærat, cuius mēbri passio est; dicendū primò, quòd est per se passio contentiue: secūdò per accidens expulsiue: tertio, quòd radicaliter, siue essentialiter est passio uasorū seminarium, & testicularū, ut uoluit Aui. Gal. Serap. &c. quartò, quòd est uirgæ passio secundum apparentiam.

DE POLLVTIONE nota, quòd superfluitates primæ, & secundæ digestionis magis uigent in uigilijs: tertiæ magis in somnio; quia potissimè circa eas uiget digestiua: & idē supflua extra mittūtur, ut patet in sudore. & idē pollutio magis in nocte. considera causam. quatuor assignantur cause; quia in adolescentia plures, & magis æquabiles sint humiditates puerorum, & in utroq; calor sit æqualis. primæ; quia meatus sunt latiores. secūda; quia calor factus est acutior magis mouēs. tertia; quia imaginatio ad coitū ad dominas, & huiusmodi maior est in adolescēte. quarta multitudo mali regiminis magis in hac ætate quam in alia.

C DE VIRGA nota de apostematibus uirgæ, quòd dato, q̄ uirga sit in loco emunctorio membri principalis; nihilominus competunt repercussiuæ. & canon debet intelligi de mēbro principali faciēte ad esse indiuidui. itē nota, quòd apā in testiculis, uel partibus illis per uia cōgestionis s̄m plurimū est a materia melācholica genitū, aut per uia deriuationis s̄m plurimū a materia est calida, q̄ materia calidæ sunt illæ, q̄ cito fluūt. itē quia ad ipsos terminat, & uenit multa caliditas ex uenis, & arteriis ad ipsos terminat in fine generationis. item quia sit in eis reflexio caloris s̄m per toto: quæ quidē caliditas trahit humores calidos magis propter habilitatē motus ipsarum maiorem, ac ppter similitudinem in uulneribus testicularū competunt frigida styptica, maximè q̄ cōicāt caliditas magis. quòd licet sint testiculi remoti à corde; tamen eorū apā a febre non absoluuntur propter cōitatem magnam eorū ad cor, & cō similitur apostemata uirgæ etiā propter magnam membri sensibilitatem: & tu considera.

D V B I V M, utrū coitus iuumentum aliquod præstet in ægritudinibus melācholicis, aut phlegmaticis, cū hoc sentire uideatur Aui. dicēdum primò, quòd per accidens pōt præstare iuumentum; ut puta per ipsum euacuent superfluitates, & mouentur ad inferiora, quas sequuntur uapores melancholici, & sic diuertunt; sed hic coitus nō debet fieri nisi constante uirtute, & cæteris. item ī passione dicta ilisci, de qua supra potest cōpetere, & cōpetit, pro quāto remouet causam ægritudinis; q̄m talis ægritudo est ppter amorem ad coitū. secunda conclusio, quòd, licet in passionibus cerebralibus præstet per accidens iuumentū; tñ de per se in illis, & de alijs, ut sunt lepra, facit nocumētū p quanto augmentū facit in causa in exiccando, & infrigidando. tertia conclusio, quòd stāte uirtute forti, quòd semper supponendum est corporibus paratis cadere in ægritudines phlegmaticas ex earum, multitudine potest con

Practica. S. t 3 ferre

Mulier do
mus culto
dia.

Mulieres
cur tantū
post factū
appetant.

Desideriu
coitus du
plex.

ferre coitus temperatus, & non superfluous: patet quia per ipsum poterunt tales superfluitates euacuari. quarta conclusio, quod idem facere poterit in corporibus actu, & leuiter aegrotantibus aegritudine phlegmatica cum dispositione cadendi in maiorem lapsum. & sic hæc satis.

A P H O R I S M I.

Ex.v. Sectione. lxij. Aphor.

Similiter autem, & in maribus; aut. n. propter corporis raritatem spiritus extra fertur; ut semen non transmittat ad os, uel propter spissitudinem humor non exit foras, uel propter frigiditatem non concalescit ita, ut ad hunc colligatur locum, uel propter caliditatem hoc idem accidit.

Ex.vi. Sect. xix. Aphor.

Cum discissum fuerit os, aut cartilago, uel neruus, * aut generis particula tenuis, uel proputium, neque auget, neque coalescit.

ARGUMENTVM. IN CAP. XXI.

MATRICIS dispositiones, quæ hoc capite continentur, sunt eius mala complexio, compositio, dolor, menstrua, aliæque humiditates, oris eius clausura, apostema, frigidum, durum, cancer, ulceratio, & corrosio, fistula, rhagades, pruritus, & priapismus, hæmorrhoides, inflatio, præcipitatio, præfocatio, & aqua in ea congregata, imprægnatio, & embryonis generatio, ad imprægnationem ingenia, sterilitas, & quæ imprægnationem difficilem reddunt, superimprægnatio, gemellorum, masculique, ortus, masculus ut generetur, mola, prægnantium regimen, & appetitus, accidentiaque, embryonis conseruatio, et abortus cautela, abortus, eiusque causa, partus difficultas, secundinae retentio, regimen multi sanguinis post partum, pauci, uentris inflati, matricis affecta, ulcerum eius nausea, et sincopis, factus mortui regimen, atque enixæ uetus ratio, quarum rerum tum descriptiones, tum causæ suis habentur locis.

De membris generationis in femellis.

De descriptione, anatomia, & complexione matricis, ac de eius colligantia cum reliquis membris. Rubrica. I.

Creauit sublimis, ac misericors Deus in muliere membra duo in speciei humanæ continuâ generatione, & indiuiduorum suorum permanentiâ, quorum unum est matrix ipsa, quæ ad ipsius speciei esse facit: alterum est mamilla. & de dispositionibus eius dictum est supra. xi. capitulo. reliquum ergo aggrediendo uideat tractare; scilicet de matrice, & de dispositionibus eius, foetu ipso. adhuc de eius conceptione, de quibus omnibus ad plenum, et diffusè, ut omnino dominabimur succurramus, quæ sunt medicorum tubæ. anatomia. matrix est membrum concauum, neruosum, pelliculosum, spissum, uentosum, in concauitate alchatham locatum, figuræ quadrangularis, ad rotunditatem quandam tendentis, figuratum ad quantitatem uesicæ, cæcatum, collo eius palmi unius, panniculo subtili neruoso superficialiter uelato, septem ad intra cellulis distinctum, in cuius lateribus exterioribus testiculi cornua, ac seminaria alligantur uasa cum membris superioribus quasi omnibus, & interioribus colligantiam habes. ex quibus apparet primo, quæ sit eius complexio, cum sit neruosa, substantia secundo, tertio locus, quarto figura, quinto quantitas, sexto numerus partium, septimo colligantia, quibus declaratis apparebit eius anatomia completè. facta est concaua ad continentiam foetus: neruosa autem, ut sit solida, & fortis in eis. unde secundum Muidinum cõtexitur ex multis neruis, qui a cerebro ueniunt, & quidam ex motiuis, & sensitiuis motiuis a parte nuchæ datibus motum ei. & ideo in passionibus matricis frequenter dolent posteriorè partem capitis sensitiui ex parte anteriori; & ideo dolent mulieres in eo sinciput, & circa supercilia, sed hic audi Aui. de anatomia eius

E inquit. Et cum dicitur, matrix neruosa non nititur per id, quod eius creatio sit ex neruis cerebri; immò quod creatio sit ex substantia simili neruis alba priuata sanguine uiscosa extensua, & non ueniunt ei ex cerebro, nisi nerui pauci, quibus sentit: & si esset uehemètius neruosa; uehemèter cõticaret cerebro. ex quibus apparet manifesta cõtredictio. & de his in dubijs. dicitur pelliculosum: quia panniculosum, ut possit dilatari ad foetum cõtinentum, & in eius dilatatione oportet, ut subtilietur, ut patet. & ideo fuit creata spissa; habet enim duas pelliculas, unam anteriorem quæ est magis neruosa, & alligantur testiculi duo: unus a dextris, alter a sinistris iuxta collum matricis, & uasa seminaria circumuoluta eis, ut in uiris: & cornua, de quibus infra. & alteram interiorè, quæ est uenosa magis, & ista est aspera, & rugosa in superficie; sicut lingua bouis, in quibus figuntur rami uenæ portæ. & orificia harum uenarum nominantur foramina matricis, quibus continuantur pãniculi embryonis. & ex ipsis cum sanguine menstruo nutritur embrio. & hæc foramina sunt illa, quæ a medicis cotylidones appellantur; licet aliqui dicant cotylidones esse humiditates quibus pãniculi his orificijs alligantur. quod non uidetur uerum, considerata similitudine eorum ad cotylidones arboris, & per uenas colligantiam habet, ut infra de colligantia statim, ultra uenas quietas habet arterias, quibus continuatur cum corde. & nota, quod in collo matricis iuxta os ipsum sunt orificia uenarum, per quæ menstrua expellunt, quibus superfluitates corporis totius purgantur non uenientes ad eius concauum; ne inficiat continens, & contentum. & his uerbis superficialiter uidetur contradicere Aui. sed bene considera. locata est in ea concauitate; ut a spondilibus ibi existentibus tueretur in parte posteriori, & ei substanditur intestinum rectum, tanquam culcitra: antè uerò habet uesicam, & specialiter quantum ad collum eius; quia in eius collo supereminet collum uesicæ; sed concauitas matricis est altior cõtcauitate uesicæ, & ipsa quidem occupat, quod est inter propinquitatem usque ad postremum meatum uulvæ, & est directè medio inter dextrum, & sinistrum. fuit taliter figurata; quia figura rotunda est capacissima minorem locum occupans aliis paribus. & ideo ex necessitate loci conuenit ei rotunditas aliqua, & non perfecta; sed ad quadrangulare; ut inde melior fieret distinctio cellularum, de quibus statim.

Quantitas sequitur quantitatem corporis; quia minor in puellis; maior in adultis; ut de mamillis est uidere. crescit deinde in uirginibus minor, & corruptis maior: nam sicut per exercitium coitus uirga magnificatur; ita & matrix maior adhuc in ea, quæ foecundat, quam in sterili: maior in menstrua, quam in non menstrua. & in summa maior est illa, quæ est animalis plurius foetu; ut hominis, porci, & homini. habet collum ad inferiora tendentem, cuius extremitas est uulua habes rugas ad modum sanguifugarum, & ut dicit Aui. ruga super rugam, ut titillatio in ea cõtingat ex introitu uirgæ. et eius introitus est oppositus ori matricis extrinseco, ex quo deglutit sperma, & in extremitate uulvæ sunt duæ pelliculæ se eleuantes, & deprimetes supra orificium; ut prohibeant ingressum aeris, & rerum extranearum in collo matricis, uel uesicæ; sicut pellicula proputij tenet ueretrum. & ideo ab Halyabate uocant præputia matricis, & quidam uelatum superficiam pãniculo subtili hymen dicto, qui in corruptioe uirginum fragit: & ideo exit sanguis. & ideo poetæ dicunt. hymenæa clamant, uel uocant. hoc quidem collum quantitatis est palmi, aut iter sex digitos usque ad undecim. Aui. alia litera usque ad nouem, & ex isto scis, quanta quantitas debet esse cana clysterij in matrice imponedi. distinguitur in septem concauitates paruas, quas cellulas uocant, quarum tres sunt in dextra, tres in sinistra, & una in medio: in quibus sperma collectum coagulatur cum sanguine menstruo, & ad intra uulvam in parte anteriori supra per duos, uel tres digitos est foramen colli uesicæ: & ideo mulieris urine sem plurimum sunt turbidæ, quia lauant sorditiem, quæ in rugositate colli continetur. & nota, quod, licet habeat septem cellulas; potest nihilominus plura, quam decem & xx. foetus parere, de quo in dubijs & per cornua intellige additameta, ad quæ perueniunt uasa spermatica, & penetrant per ea, & per ipsa sic expellitur sperma

* Hi gnathotho tepto id est, aut buccæ tenuis particula, et eni gnathos græcis, nostris bucca nuncupatur, subgenis nepe locus utrunque oris, quod dicitur proprie spiritu retentio inflat.

Mulieres medicorum tubæ.

Titillatio in coitu unde.

Præputia matricis, quæ.

sperma in matricē; & idē ab authoribus dicta sunt expul-
soria. colligantiam uerō habet cum cerebro per neruos ut
suprà, cum hepate per uenas ad ea uenientes ex ramis uenę
portę, cum mamillis etiam per uenas easdem ascendentes
a matrice ad eas: item & ramos, qui oriuntur à uena chyli
ascendentes, & qui oriuntur sub furcula pectoris cum sto-
macho per neruos, & uenas, cum pulmone per arterias, &
per easdem cum corde. & idē accidit ex malis uaporibus
ab eo eleuatis syncopis, suffocatio apprens, strangulatio-
nes, eructationes, & huiusmodi: & tu considera. & ligatur
matrix dorso fortiter, & anchis mediantibus ligamētis for-
tibus, & neruis, & ambabus sya. & hæc ligamēta sunt apud
matricem grossa, & sicut protenduntur ad syam, & ad nu-
cham subtiliantur, & sunt, sicut cornua matricis. alligatur
uesicæ per collum eis, ut dictum est, & in intestino colon.
quare ex nocumento eius accidit quęq; dolor. & tu ex his
scies reddere causam multorum accidentium mulieribus
euenire consuetorum; ut sunt suffocatio, strangulatio, & hu-
iusmodi, de quibus omnibus iam dictum est, & dicitur in-
frā suis rubricis; & hoc propter colligantiam, quādo mem-
bra illa compatiuntur; & tu considera. & clara est anat-
omia matricis.

De signis complexionis eius. Rub. 2.

ET, quā, ut dictum est, intendo diffusē, ac clarē de eius
dispositionibus, & nocumentis tractare, quę melius aperiē-
tur signis complexionis eius pmissis; hinc prius signa com-
plexionem eius demonstrantia præponantur; licet de alijs
membris hæc non fecerim tibi ex secūdo techni magis no-
tis; quā de cura ei, ut dixi, plus, quā sollicitus esse uolo, et
quia membrum est occultum ualdē, & propter uerecundiā
mulieres non ita eius nocumenta detegunt.

SIGNA, quę eius caliditatē significant, habitudo cor-
poris, paucitas menstruorum, color eorum; ut cum sunt ru-
bea, aut citrina, qui color comprehenditur, cum ipsa colli-
guntur suprà petiam; deinde in umbra exiccantur, & color
niger cum foetore putrido. quod si erit sine foetore; frigi-
ditatem significabit. item pilositas multa in pectine, colo-
ratio urinę, uelocitas pulsus, dolor in partibus hepatis, uul-
nera, aut ulcera in matrice uenientia, exiccatio labiorum
mulierum.

Signa, quę eius frigiditatem significant, albedo eorum;
nigredo absque foetore, prolongatio mundificationis, habi-
tudo mulieris, paucitas menstruorum, & subtilitas eorum,
antecepsio coitus plurimi, regiminis frigidi, stupor in supe-
rioribus matricis, paucitas pilorū in pectine, subtilitas eo-
rū, paruitas tincturę aquę, & corruptio coloris eius. tenui-
tatem uerō eorū significat multitudo cursus humiditatis, &
aborfus foetus cum magnifica. & hæc omnia satis clara ha-
bentur isto loco, & etiam inferius.

De mala complexionē matricis. Rub. 3.

MALA complexio matricis aut est materialis, aut imma-
terialis. itē aut est per essentiā, aut per communitatē talis:
aut ab hepate, renibus, aut à toto recipiens malam comple-
xionem ab eis.

SIGNA demonstratiua malę cōplexionis matricis quę
dam communia, quędam propria. exemplum primorum;
ut sunt signa significantia defectiōnem actionis proprię; ut
sicut sterilitatis, & conceptionis. unde Senex noster. Quę-
cunq; frigidos, & spissos uteros habent, non concipiunt; &
quęcunq; præhumidos uteros habent, nō cōcipiunt; extin-
guitur enim in eis genitura. exemplum secūdorum. primò
de calidis inflammatio percepta in partibus uulue, & mem-
bris adiacentibus, & communicantibus illis, pruritus, pun-
ctio, desiderium, coitus forte ualde, priapismus, & fortis
attractio spermatis, & ulcera matricis, & paucitas mēstruo-
rum; quia ipsa consumpsit adustio, & color ipsorum uergēs
ad rubeum uiuidum, aut declinant ad citrinum, aut ad ni-
grum cum foetore, quę colligi debent in petia; ut in præce-
denti rubrica, & grauitas odoris eorum, & acutus, & anti-
cipatio temporis eorum, tinctura urinę, uelocitas pulsus,
siccitas oris uulue, adiuuant ad hæc cognoscendum com-
plexio, habitudo, regimen. & signa iam dicta in præceden-
ti rubrica; nam calida est apta facilius in lapsum calidum
cadere. signa frigiditatis sunt his contraria. & signa humi-

ditatis tenuitas menstruorum, cursus humiditatum, ab-
orsus facilius. & sicca sunt illis contraria, & tu considera
canones.

CURA in materiali oportet ordinare canones. ex par-
te diætę, digestionis, euacuationis, alterationis, diuersiōis,
correctiōis accidentiū, ut dictum est de mala complexio-
ne renū, uesicę, & testiū; superfluitates. n. quęq; à toto, quęq;
ab alio particulari membro ad ipsam mittuntur matricē, &
præcipue ab hepate: quęq; per paulatinā congestiōem con-
gregant ob debilitatem matricis; & est em plurimū, ppter
malā cōplexionē causatā, aut ppter debilitatem factā est; quia
passa est longam ægritudinem, aut quia rarā texturā existit
q, si immaterialis fuerit; sola sufficiūt alterantia, de quibus
statim. & quia canones iam dictos perficientia numerabū-
tur pluries infrā, & ingenia multa ex parte ministratorum
per os superius, aut per inferius ex emplastris, suffumigijs,
suppositorijs, & clysterijs; hinc non protendo sermonē in
eis; quā nō uidetur utilis. hic tñ in casu, quo matrix sit infri-
gidata, non postponam pessarium à Rasi multū commenda-
tum etiam faciens ad impinguationem. & castorei, storacis
euphorbii, opoponaci, carpobalsami, granorum been, co-
sti, bdellii, spicę. ana. partes æquales. resoluantur cum uino
& fiat pessarium noctibus plurimis, & sumatur in potu om-
ni die de diamarte. deinde suffumigetur cum eis, & appro-
ximet socio. conuenientia matrici calida sunt abrotanum,
camedreos, camepitheos, castoreū, cyperus, diamartis, pri-
ma quinti. laudanum, maiorana, mentha, myrrha, oleum de
ruta, de piperibus, de lilio, de storace, nardinum, opopana-
cum, samfucus, serpillum, hyssopus herba, hyssopus humida
zedoaria, agnus castus, adeps anseris, anatum, assa foetida,
calamentū, laurus, melleffa, mercurialis, olibanum, pastina-
ca, rosamarinus, ireos, anisum, arthemisia, aristolochia, diā-
bra Mes. ebulus, electarium de gemmis cum speciebus suis
Mes. fasianus, gallina, melilotum, pæonia, saluia, ruta, triphe-
ra magna Ni. unguentum alabastrum Ni. hiera Gal. ex frigi-
dis portulaca, uiol. ro. myrtus, cornu caprę, suffumigatū,
lac equę, lētes, malua. nec mireris, si pauca frigida inueniū-
tur; quoniam rarō matrix distemperatur ad calidum. quōd,
si ista non sufficerent, tolle aromatica frigida, aut commi-
sce ex frigidis cum aromaticis calidis, & compone plus,
aut minus de eis addendo ut tuę, uidebitur necessitati op-
portunum: nam multa frigida alia inuenies infrā in sequen-
tibus rubricis de apostematibus calidis eius; aut de descen-
su eius: & tu ibi.

Et ex maximē nocentibus sunt acetum, adeps salita, uel
uetustate acuta anseris, & gallinæ.

De dolore matricis. Rub. 4.

FIUNT dolores matricis aut à mala complexionē, aut
uentositate extendēte, aut aggregatione humiditātū in ea,
ut accidat ei sic. & in intestinis de colica, aut ex apostema-
te, cancro, ulceribus. & communicant ei inguina, ilia, cru-
ra, dorsum, pecten, diaphragma, anus, caput, & propriē me-
dium sincipitis, & quęq; post spatiū permutantur ad anchas,
& usq; ad decem menses, & confirmātur in eis. & cura eius
patet ex his, quę dicta sunt de suis causis in propriis rubri-
cis, & dicentur: & tu ibi, & ut precor.

De mala compositione matricis, & de eius oppila-
tione. Rubrica. 5.

ACCIDIT quandoq; matrici oppilatio, quę est aut in
collo, aut in concauo eius, aut in orificiis uenarū menstrua-
lium, quę non sunt in concauo eius, aut in orificiis cotyli-
donum, aut in meatibus uasorum spermatis. & oppilatio
in collo eius contingens quandoque est in orificio exte-
riori concurrente uulua, aut in interiori concurrente o-
re matricis.

CAUSAE. & causa primæ talis oppilationis aut est soli-
ditas panniculi; qualis est in uirginibus: aut res carnosa ibi
naturaliter procreata apprens; ut uirga. aut apostema du-
rum, aut incarnatio ulceris facta ex incisione hæmorrhoi-
darum, uerrucarum, uel clauis, & secundum plurimum causa
est carnosa. & hic aduerte, q, aliquā pellis foemoris uenit ad
cooperiendum ipsam uulua faciens oppilationem; ne ali-
quo modo sit ingressus uirgę in eā. & ego cognoui iuuenē
habentem sic pellem cooperientē eam, & cū qua iuuenes

Practica. S. t 4 coire

Pesses grę-
cis, latinis
pessus.
barbaris
autē pessā
riū nuncu-
pat. quāq;
nonnulli
hac uoce
pro uteri
clysterib;
cōfufe ad
modum
abutātur.
nascalia
etiam ine-
pissime
Gręcosac
Latinos
pessos ap-
pellantes.

coire non poterant ipsa uolente. & quidam chirurgicus, & expertus nomine Nouellus hoc sciens ei scindit pellē ante uulnam stantem, & magnam fecit aperturā ita, ut ingressi sint plures, quam centum socii. eius uerò est ad intra, causa est carnosā, uel pinguedo. causa eius, quæ est in orificio uenarum menstrualium, plurimum est coartatoria, raro attenuatoria, rarius carnosā. & eius, quæ est in meatu uasorum, & orificiis cotylidonom, causa similis est.

SIGNA demonstratiua, & eorum quædam communia, quædam propria. communia dicuntur; quia absolute omnis talis, quæ est factiua sterilitatis, aut difficilis partus est commune signum. unde, si est fortis oppilatio; est causa sterilitatis: si debilis; difficilis impregnationis, & partus. propria, quæ est in orificio interiori, cognitio habetur; quia mulier est sterilis, & sterilitatis nulla alia causa ibi comprehendit, de quibus infra sua rubrica. est itaq; hæc oppilatio multum occulta: considera. neq; aliud signum inueni efficax nisi hoc de quo etiam infra de mola. & est, qd obstetrix imponat digitum suum longum in uulnam mulieris. qd, si inueniet duritiem coartantem meatum; tunc ibi erit oppilatio, & si erit sine dolore; erit carnosā, si cum dolore; apostemosa, & æstas te prolongatur, & hyeme abbreviatur. quod, si non inueniet oppilationem aliquā; erit in orificio interiori. & quæ est carnosā, digiti impositione comprehenditur, & in coitu est dolor.

Signa eius, quæ est in orificiis uenarum menstrualium, sunt retentio, & priuatio menstruorum cum signis domini humoris grossi, & uiscoli.

Signa. si sit in cœcauo, & meatu uasorum spermatis, accidit matricis suffocatio, nisi aliquod accidat illam impediens.

Signa. si fuerit in orificiis cotylidonom; tunc accidit post impregnationem abortus uelox deficiente sanguine nutritiuo foetui: hic tamen aliquando ex totius cœitate contingit; quia corpus ipsum tenue, & siccum fit, ut infra aph. in fine capituli: & tu ibi.

PROGNOSTICA quia, ut dictum est, impregnationem prohibet, & alia facit nocumenta, de quibus in sequenti rubrica.

CURA eius, quæ est in orificio extrinseco, facilis est. uñ si fuerit carnosā; duæ sunt intentiones: una, ut abscindatur caro addita. altera, ut prohibeatur eius generatio. complet prima cū incisione, alia cum cauterio actuali, uel cum potē tiali, aut cū ligatione, donec cadat putrefacta; ut de hæmorrhoidibus dictū est. & modus iste est chirurgicus: ideò per magistrum disponatur patiens sicut conuenientē. dein de utatur post incisionem stypticis constrictiuis: post autē alias operationes eis, quæ debent sicut artem, quæ ipsi relinquunt. & ex his completur secunda intentio, & in ipsa corro sua prærogatiuam habent.

Quod, si fuerit paniculosa; duæ sunt intentiones; apertio. s. & aperturæ conseruatio. primus completur cum incisione ut dictum est. secundus cū interpositione pilæ ex lana infusa in oleo, & uino, & administratione consolidantiū scissuram ex stypticis consolidantibus, & cicatrizantibus.

In ea, quæ est in meatu interiori, & est carnosā, can. primus est eius remotio cum lyciniis ex rebus corrosiuis.

Quod, si id cōsequi nō potes; uade ad secundū, & est eius remotio cum instrumento. & in hac operatione sis cautus, ne lædatur matrix ipsa; qm̄ tunc sequeretur spasmus, aut cures; ut in uesica. fiat itaq; incisio paulatinē, & in pauca quantitate. tertius incisionis regimen. unde post ipsam impone, ut supra lanam infusam in oleo, & uino pontico. secundò impone cū nascali unguenta consolidantia, de quibus in de tensesmo. & sint actu calida, & à frigore tueat omnino. quart⁹ est accidentium correctio, ut est dolor, qui sedari debet cū medicinis sedantibus dolorem in tensesmo, de quibus supra: & tu ibi.

In ea, qd est in orificio interiori, si carnosā fuerit nō oportet laborare; quoniam eius cura est impossibilis.

In ea, quæ est in orificiis uenarum menstrualium, & uasorum cotylidonom, si coartatoria fuerit; procedatur cū aperitiuis subtiliatiuis, & hmōi, ut in cura retētionis menstruorum dicetur. quod, si fuerit carnosā; cura est impossibilis: si uerò attenuatoria, ut accidit in extenuatis, & consumptis,

E cura est humectatio totius, & partiū inferiorū cū balneis, selsionibus in eis, unctionibus humectatiuis, & hmōi. & ex appropriatis sunt medullæ laudatæ, & oleum de lilio.

Itē apostemosa autem procedatur cū mollificantibus; resoluentibus, temperatis in modum enchatismatis approximatis, cum iniectionibus, unguentis, suppositoriis. aquæ omnino chirurgico relinquenda sunt.

CURA autem hæmorrhoidarum mori, & aliorum habeatur pro nunc ex dictis supra in rubricis propriis: & tu ibi. postremò pro nunc tamen scito, qd in oppilationibus matricis hæc sunt ualentia etiam quædam à proprietate. althæa trita cū adipe anatis, & gummi albotim supponitur, amygdalæ amaræ, anisum, abrotanum, bdellium suppositū aperit mundificat, & prouocat, crocus, ebulus, selsio in eius decoctione: & similiter fœnugræcum, camepitheos, gallia, maiorana, & oleum eius calefaciendo, & subtiliando, matricaria, selsio in decoctione eius, aut supponitur. myrrha lenit eius coartatiōes, & dilatat. Aui. suffumigatur oleū de cherua, oleū nardinum, de narcisco, petroselinū, porrum, ruta, storax, urtica, & semē eius cum rob bibitum & est satis forte in aperiendo. usneæ, selsio in decoctione eius, ireos decoctio. ex his itaq; compone syrupos, confectiones, emplastra, suffumigia, decoctiones, selsiones, pessaria, clysteria, & hmōi, ut libebit. tu tamen de retentione menstruorum multa composita huic proposito inuenies: & tu ibi.

De menstruis, & retentione ipsorum. Rub. 6.

QUONIAM mulieres tum quia ex parte cōplexionis earum; tum quia frigida, & humida sunt creatæ; sunt debiles multiplicantes multas superfluitates. quare etiā in ocio uiuunt, ac inordinatum regimen habent propter paruitatem distinctionis earum; uoluit natura eius prouidere ordinando euacuationem in eis superflui sanguinis per uenas matricis uenientem, ut in princ. capituli. omniq; mense factū, qui, & inde mēstrualis dictus est: uel à mēne, qd est luna, eo quod singulis lunationibus secundum plurimum eueniat.

Propter quod sciendū, qd mulieres sanè discurrentes cū sanitate pro latitudine suæ uitæ debent habere hunc fluxū inchoantes secundū plurimum in anno quartodecimo quo tempore sunt completæ factæ uiri potentes, & uirtus fortificata magis, nec tanta humiditas transit in augmentum; sicut in annis præcedentibus, & hoc tempore incipit cōceptio sicut plurimum. & dicitur utrobique sicut plurimum; quia ante istud tempus inueniuntur puellæ completæ iam factæ uiri potentes habentes menstrua. unde quæq; reperitur talis anno duodecimo, quandoq; undecim. & quidā, ut Marcellus patauus, uidit puellam papiræ annorū nouem imprægnatam: sed hæc sunt raro. & cita eorum apparitio naturalis signum est breuitatis uitæ; quia significat uenire cito ad complementum; tarda autem econuersò. terminaturq; secundum plurimum hic fluxus in anno. xlv. uel circa usq; ad quinquagesimum; quo tempore desinunt mulieres concipere; licet aliquæ transeant hunc terminum; sed raro. & in aliis quibus ante ipsum deficit, ut in trigesimo secundo, & intra ipsum, & quadragesimum, & quadragesimum quintum; ad quam uarietatem facit naturalis compositio, & habitudo corporis; ut quia macra, & extenuata citius, pinguis plethorica tardius. item citius melancholica, ita qd complexio etiam consideranda est, nā frigida plus abūdant, & calida minus. & tu causas specularē. & quod dictum est, dicetur merito cursus naturalis; nam propter causam præter naturam retinentur, ut statim. iste itaq; fluxus naturaliter se habens debet apparere in nouilunio; ut de triginta in triginta. quod, si apparuerit supra. xxxiiii. uel. xxxv. uel circa, uel infra, ut & in. xxvii. &. xxv. est non naturalis Aui. tamen dixit. Et mensuratio æqualis menstruationis est, ut menstruetur omni mense usq; ad triginta dies non nominans; sed solummodo numerum dierum, & de hoc in dubijs. fluunt itaque menstrua sicut ætates lunæ puellis in prima quadra, iuueniculis in secunda magis, prouectis in tertia, senioribus uerò in ultima. unde metrificatur.

Luna uetus ueteres, iuuenes noua luna requirit.

Ex quo infertur correlariē, quod, cū ars naturā imitetur quod iuuenes in noua luna, quæ in nouilunio phlebotomari debent; ueteres uerò in antiqua, quia in cōiunctione. & hic scito,

Enchatismata græca in selsio, aut selsio nē latius, selsionem uerò rectiores appellant.

Miraculū

Ars naturā imitatur

scito, q̄ hermaphrodita menstruis caret; quia conceptioni minimè aptus: & causam speculari, sed, quia de menstruo ipso facta est mentio; uidetur rationale, ut aperiatur eius essentia. unde sic describatur, menstruum est naturalis, & consueta purgatio sanguinis in muliere à matrice proueniens. & dicitur menstruum quasi monstruum; nam, ut ex Aristotele allegatur, mirabiles habet proprietates; nã fruges ex eo tactæ non germinant, frondes non pullulant, lapides frangit, canes in rabiem conuertit, bitumen iudaicū sola eius uirtus euellit. apud uerò nostras dominas menstrua dicuntur flores; quoniam, sicut arbores non fructificant sine floribus; ita nec mulier sine menstruis. huius autē menstrui generatio iã ex dictis apparuit; natura enim grauata ex multitudine multarum superfluitatum in muliere, & propter ocium, & alia, ut supra, tentat eas à se expellere cum sanguine etiam superfluo sic in eis multiplicato per uenas matricis, ut supra. & sic eum per eam expellit. sed non est arbitrandum, q̄ ille sanguis sit omnino secundum omnes partes suas inutilis; immo plures utiles partes habet: nam primò, cum retinentur tēpore conceptionis, una eius pars transit in generationem membrorū principalium: secunda uadit ad generationem carnis replentis uacuitates, & istæ duæ partes inueniuntur in omnibus animalibus generantibus ex propagatione. tertiã in nutritione fœtus: & hæc tertiã in eisdem, ut in uitello oui apparet. quarta in lac conuertitur tēpore necessitatis in mamillis. quinta in lac conuertitur. totus autem sanguis, qui sic omni mense expellitur menstruus dictus, solum in humana reperiatur specie, in brutis autem, & aibus in pilos, pluma, cornua, pedes, & huiusmodi conuertitur: & hoc, quia species humana plus istis abundat superfluitatibus cæteris respectu suæ molis. & hic tamen sanguis cum intemperata qualitate, quantitate, & tempore fluit secundum consuetudinem suam naturalem. causa est sanitatis mulierum, & mūdificationis corporis earum ab omni nocimento, & facit eas acquirere castitatem, paucitatem desyderii coitus. & retentio causa est multorum nocentorum. unde uideamus, q̄ mulieres cum in eis incipiunt menstrua deficere, incipiunt in eis nouæ dispositiones malę ex parte membrorum communicantium matrici, specialiter ex parte stomachi, & capitis. unde stant contiuè, uel quasi læsæ in capite & ortis ab eo: similiter ex parte stomachi in dispositæ. unde Auic. Retentiones autem menstruum, & paucitates eorum commouent in eis ægritudines repletionis, & præparant eas ad apostemata, & dolores capitis. & reliquorum membrorum, & tenebrositatem uisus. & perturbationes, & febres, & multiplicantur cum ea repletio uasorum spermatis earum: quare sunt desiderantes, non castæ, & nõ suscipientes filium ex imprægnatione propter corruptionem matricis earum, & spermatis ipsius. & perducit cum eo rem ad præfocationem matricis, & stricturam anhelitus & retentionem eius, & pulsus cordis, & syncopim, & singultum, & quandoq; moritur, & accidit eius difficultas, & distillatio propter oppilationem materierum. & quandoq; accidit ei sputū sanguinis, & uomitus eius; ut uidi, & propriè in uirginibus, & fluxus uentris expone hæmorrhoidalis. item & fluxus sanguinis narium materia ad superiora conuersa. & istæ ægritudines diuersificatur secundum diuersitatem complexionum. in cholericã generantur cholericæ, in sanguinea sanguinæ, & sic suo modo. de phlegmatica, & melancholica, & quę dicta sunt, maximè uerificantur quando ante tempus debitum retinentur de tempore ante dictum. hæc autem accidentia; & si ab Auic. sint posita capitulo de iudiciis menstruum; tamè quia etiam ab eo secundum partem applicantur, & aperiuntur magis capitulo de accidentibus retentionis eorum sequendo ipsum; cum in hac materia longus esse uelim, ea replicabo. inquit quandoq; accidit ei, cuius menstrua retinentur, ægritudines, de quibus est præfocatio matricis propter collectionem suam, & declinationem ad partem lateris; quia materia est aggregata in uenis eius in uno latere, quæ est multa in eo. quod, si fuerit dispersa, illud non contigisset. & accidit ei iterum apostemata matricis calida, & dura, & apostemata uiscerum, & ægritudines in stomacho ex debilitate dige-

A stionis, & casu appetitus, & corruptione eius, & nausea, & fitis uehemens, & mordicatio in stomacho. & accidunt ex ea ægritudines capitis, & neruorum; sicut epilepsia, & paralysis. & ex isto colligitur, q̄ est membrum neruosum, cuius oppositum in principio capituli ex Auic. allegabatur: & tu considera. & ægritudines pectoris; sicut tussis, & malitia anhelitus, & plurimæ ex ægritudinibus hepatis; sicut hydropisis, & aliæ. & alteratur ex ea forma, & fit turpis color & impetigines in faciebus earum. & accidunt ei iterum difficultates urinæ, & eius compressio, & dolores in alchathim, & collo, & grauat corpus, & extenuat, & ingrossat, & contristat, & adueniunt ei horripilationes, & febres adurentes, & quãdoq; difficilis fit sermo propter exiccationem lacertorum linguæ ex uapore calido. & fortasse causa est illa grauitas causa doloris capitis, & accidunt ei inquietudo, & tristitia propter uaporem. & quandoq; apostematur totum corpus eius propter attractionem uirulentæ sanguinis ad ipsum. & si multum durat hæc retentio; perducit quandoq; eas ad maniam, & melancholiam: & tunc dicuntur uulgares, q̄ sunt dæmoniacæ, & tu supra de mania, & melancholia. & quandoq; accidit ei in complexione sua, cum retinentur menstrua, quando est fortis creationis, cuius uirtus est potens ad exercendam superfluitatem retentam, ut assimiletur uiris, & multiplicentur pili eius, & nascatur ei quasi barba. quare frangitur forma eius, & ingrossatur, deinde moritur. & quandoq; prouenit ante mortem ad dispositionem, cum qua non est possibile, ut prouocentur menstrua eius. & plurimæ istarum sunt ex his, quæ pariunt plurimum. cum ergo non coit cum eis aliquis, & recedunt ab eis sui compares; retinentur menstrua, & remouentur ab eis. o quàm necessariam faciat euacuatio sanguinis, & acceptio conceptionis, & acceptio coitus. & accidit eis, ut fiat urina nigra, in qua sit sedimen uirulentum, sicut aqua carnis; & quandoq; mingit sanguinem. hæc sunt uerba Auic. quæ uoluit te intelligere, ut scias quales, & quantas passiones mulieres incurrunt specialiter nobiles ociosæ, ex retentione menstruum, & dimissione generationis filiorum. & ita in experientia certè inuenies ipsis eis temporibus multum passionatas.

C **CAUSAE.** prosequendo in rubrica omnis talis retentio aut est naturalis, aut non naturalis. naturalis est, quæ fit aut tempore imprægnationis, aut tempore senii. & hæc nõ uertit ad se curã, nisi quis uolens saluare matrē de foetu nõ curaret, quod legi contrariatur, dum dicitur: Non occides non naturalis uerò, de qua principaliter est sermo. causa est aut ex parte uirtutis sumpta, aut ex parte membri ipsius aut ex parte humoris. ex parte quidem uirtutis: quia debilis facta est uirtus expulsua propter malitiam complexionis calidæ, frigidæ, aut siccæ, aut calidæ, & siccæ, ut in febribus, aut ex accidente animi; ut est tristitia, & huiusmodi. humida quidem magis ad fluxibilitatem facit, & omnis talis malitia potest esse materialis, aut immaterialis. ex parte uerò humoris quadrupliciter; ex parte quantitatis, qualitatis, substantiæ, aut utriusq; simul ex parte quantitatis; aut quia pauca est sanguinis quantitas, quæ procedit ex parte paucitatis cibi, & potus, aut quia pauci sanguinis sunt generatiui, aut quia uirtus restauratiua est fortis retinens in membris magnam partem sanguinis, & paucum relaxat in superfluitatem. quod, si multum sanguinem multiplicabit mulier; illum ad locum menstruum non propellet natura, sed per alias euacuat regiones; ut accidit in nimio fluxu uentris, aut in multo sudore: quemadmodum contingit in una muliere dicta Virago, quæ se fortibus exponit exercitiis, & est potens super digestionem, & distributionem alimenti. & hæc habet anchas strictiores pectoribus, ubi communiter in aliis reperitur contrarium; aut quia expellitur per fluxum sanguinis narium, aut hæmorrhoidalē; aut quia per lactationem ad superiora diuertitur, & huiusmodi. ex parte qualitatis; ut quia sanguis sit nimium siccus factus talis ex usu cibiorum siccorum: aut propter siccitatem aeris aut eius caliditatem superfluum exiccantem, aut nimis frigidus non currens ex aere frigido, aut paucio motu, aut eo cibo tali factus talis. ex parte uerò substantiæ; quia nimis grossus, uiscosus in se, uel commixtione alterius humoris grossi

Aquæ frigidæ potus nocuum in mulieribus.

grossi cū eō sua grossitie ora uenarū coartans est fm pluri-
mum. ex parte utriusq; patet. ex parte uerò membri ipsius,
siue instrumenti causa est oppilatio, q̄ est aut à calore exic-
cante, aut frigore condensante, & hanc incurrunt dominæ
cōiter ex usu potus aquæ frigide, aut pinguedo in collo exi-
stens, aut apostema oppilans, aut cicatrix post ulcus facta,
aut caro addita, aut tortuositas superflua colli matricis, aut
propter coangustationē colli matricis, aut clausio orificio-
rum uenarū facta propter casum, uel percussione, aut suc-
cessione abortus remanēte. s. humiditate uiscosa in oris ue-
narum, qua fœtus eis alligatur: & tu considera. quæ dicta
sunt, intelligi habent; q̄n talis est per proprietatem, & non
per communitatem: nam & communitate hepatis & quan-
doq; non ueniunt menstrua, & quando uenæ hepatis sunt
oppilatae maximè, quæ ad matricem ueniunt. oppilatioe
etiam in corpore eius existente quandoq; quādo est in to-
to oppilatio. item propter pinguedinem zirbi, siue myrach
oppilantem uiam comprimendo fortiter. unde attenuato-
ria fit oppilatio. item quandoq; accidit, ut sanguis ad matri-
cem mittatur, & non inuenit uiam. unde remanet quasi cō-
gelatus; & retro receptus calefit, & per alia loca transmitti-
tur. unde & diuersæ generantur ægriitudines. quidam hæc
omnia reducerunt in causam coniunctam, quæ est oppila-
tio, primitiuam, quæ est regimen sex rerum non naturalium:
ut quia regimen est pauci nutrimenti, exiccantium; ut mi-
lium, panicum, & huiusmodi: antecedentē, quæ est uirtus
debilis; & hæc considera.

SIGNA demonstratiua. si propter grossitiem sanguinis
& frigus; erit illic pinguedo multa obturās, corporis mol-
lities, somnus grauis, & profundus, albedo coloris, & cor-
poris, uiriditas uenarum, & erit urina multa, & egestiones
phlegmaticæ cum sudore frigido, & pulsus raritas, & usus
rerum frigidarum grossarum uiscosarum oppilantium, &
erit sitis pauca. & accidit mulieribus grauitas, & specia-
liter in partibus inferioribus, & aliquando dolor in collo
& dorso. & accidit eis uentris, & urinæ constipatio, & ali-
quando est nigra, aliquando rubea, aliquando ut lotura car-
nis. & recedit appetitus ciborum bonorum, aliqui etiā ma-
lorum, & aliquando ad malos cōuertitur; ut ad lutū, curbo-
nes, & hmōi; ut faciunt prægnantes. item accidit eis dolor
capitis, & oculorum. item non raro descendunt humidita-
tes uiscosæ, mucillaginosæ, quæ causa sunt oppilationis, &
sentiuntur frigida, & mulier sentit frigiditatem in profun-
do. & in summa generalia signa ex parte utriusq; materia-
lis complexionis sunt grauitas ab umbilico usq; ad mulie-
bria, dolor renum, spinæ, ancharum, coxarum, & in radice,
colli, frontis, & oculorum. & hic aduerte, quod multis uir-
ginibus, & etiam corruptis accidit dolor magnus tēpore
motus menstruum suorum; quæ res ex ipsa oppilatione
est. cuius signa ex habitis cognosces, si per signa prius dili-
genter discures. & ego plures habui in practica, & infra
de clausura matricis.

Quod, si cā fuerit calida; tūc mulier erit colorata, cū siti
uelocitate pulsus, & quandoq; febre satis intensa, etiam os
matricis erit siccum. & aderit cum hoc caliditas in renibus
percepta, & erit urina tincta, & desiderium ad coitū, quia
sperma augetur, etiam sanguis mordicans. unde mulier ca-
lida cum fenescit; plus luxuriat, quando menstrua retinent
quia mordicant. quod, si materia fuerit sanguinea; aderunt
signa sanguinis dicta in principio operis; etiam in tempo-
re emissionis menstruum thrombosum emittitur. quod,
si cholera; sentit cum eis punctiones in profundo, & ardo-
rem, & urina cholericæ, & febris aliquando cum alijs signis
cholera. quod, si fuerit propter siccitatem; apparebūt signa
siccitatis ex parte extenuationis corporis, uacuitate uena-
rum, regimine præcedente, ex parte cibi, potus, uigiliarum
ieiuni, & huiusmodi, durities tactus, & hmōi, ut supra de
mala complexionem matricis sicca: & tu ibi. accidit & ma-
millarum tumor, & inflatio, ut in mola, de qua ibi, & gene-
ratio lactis in eis. unde Hip. si mulier, quæ neq; prægnas est
neq; generat, ut in fine capituli. & tu pro complemēto ad
eum recurre locum.

Signa. si fuerit propter apostema, & aliquod tale; suis po-
nentur rubricis, ad quas & cætera.

Signa. si fuerit ex debilitate uirtutis; tunc natura nullum

E facit motum tempore motus menstruum. & habitudo cor-
poris, quia aut nimis extenuata, aut nimis pinguis ad eam
facit, ut dictū est. tu tamē nota, q̄, q̄n uolueris certificari de
humore, qui est in causa; fac, ut tēpore menstrui illud modif-
cum, quod colligitur, super petiam exiccetur in umbra. de-
inde aspiciatur color eius. q̄, si fuerit rubeus &c. sanguis: si
citrinus; cholericus; & ita de alijs, ut sepe.

PROGNOSTICA. his, quibus sæpe accidit menstru-
rum retentio, accidunt mala multa, & defectus, ut subuer-
sio nimis mala, & rigor, & fortes eis fiunt passione melan-
cholicæ, & parat corpus ad hydropem, ad tumorem pedū,
& phthisim, suffocationem matricis, apostema in ea, & in
uisceribus, & ad ægriitudines malas stomachi; ut ad debili-
tatem digestiue corruptionem, siue ablationem appetitus
ad epilepsiam, difficultatem anhelitus, ad turpem colorem
faciei, & totius, ad syncopim frequentem, ad morpheam
impetiginem, pannum, lepram, uentositatem in matrice, &
in quibusdam finaliter mors subsequitur, & aliquibus acci-
dit arthritica, siue podagra; licet sit rarò. tu itaq; mi Sigif-
munde considera.

CYRA canones. primus; quia medicus debet esse dili-
gens, ac solers in remouendo retentionem menstruum
quoniam ex ipsis sic retentis, ut supra, quasi infinita mala
fiunt, unde in mora est periculum. unde, si benè notasti, in
summa nocent membris animalibus, naturalibus, spirituali-
bus, & inferioribus.

Secundus est ordinatio diætæ, quæ ordinetur ad contra-
rium causæ, ut uerbi gratia. si ex uirtutis debilitate fuerit
propter malam complexionem calidam, aut frigidam &c.
instandum est cum contrario calido, aut frigido ex parte ci-
bi, & potus, de quibus ad plenum tertio trac. q̄, si fuerit im-
materialis, tunc sequitur.

Tertius, qui est alteratio, & tu habuisti supra alterantia
calida, & frigida cōuenientia, item & iuuantia matrici, &
nocentia in tertia, & quarta rubrica præsentis capituli: &
tu ibi. quod, si fuerit materialis; succedat.

Quartus can. qui est digō materiæ, quæ aut apta sunt ma-
terias illas digerere, habes quarto tractatu: & tu ibi.

G Quintus est euacuatio. & pro euacuatuius recurre alle-
gato loco. fortificata uerò uirtute cum iam dictis sequetur
menstruum prouocatio.

Quod, si non tunc; uade ad sextum, & prouocantia per
superius, aut per inferius applicabis, ut statim dicetur. &
antequā ad antidota ueniā; quædam seriosè, ut conlueui, ex
simplicibus, & compositis hic describam nostro utilia pro-
posito ipsa menstrua prouocantia: & sunt absinthium cum
melle suppositum, uel per os sumptum, acetosa, acorus, aga-
ricus, & est medicina propria, agnus castus bibitus, uel sup-
positus, allium, aloë, amaracum, ameos, amygdalæ amaræ,
nascæ ex eis, amoniacum, anethum, anisum, apium, abrota-
num, arthemisia, & est ei propria, assa, betonica, butor ma-
rix, radix eius supposita, calamentum, calamus aromaticus
camedreos, camepitheos, chamæmilla, cantarides nastali-
bus impositæ, capparum, capillus ue. castoreum, caulis nastal-
le, & eius decoctio sumpta, centaurea, cœpæ, cerfolium, ci-
cera rubea specialiter, cinnamomum, cupressus, cyperi, cu-
cumer agrestis, daucus, diacalamentum Mes. diatriopipe-
reos Nico. diaprasiū Ni. & ipsa educit, & ad ordinē re-
uocat, endiuia, enula, eupatorium, faseoli, & p̄cipuè ru. par-
ui, quibus utuntur dominæ, ficus sicca, galbanum, gallia, gal-
litricum, andachoca, cuscuta, lacca, lactuca agrestis, lapatiū
laurus, laudanum, lentes. & Auic. in fine & de lente dicit, q̄
lens syluestris educit sanguinem, leuisticus, liliū lupini,
maiorana, malua, marrubium, melissa, menthastrum, matri-
caria, mercurialis & maximè sumpta, myrrham, nasturtium
ouum anatis, oppopanacum, origanum, ozimum, papauer
ru. & hic considera; quoniam stypticum est, pastinaca pro-
na, petrosyllinum, paucedanum, pilul. de serapino Mes. pi-
lulæ fœtidæ, pil. uiativi de pluria, polithricū, porrum, pul-
legium, raphanus, rosmarinus, rubea tinctorum, & est for-
tis, ruta, sambucus, salvia, saturegia, sauina, & est fortis se-
rapinum, senetion, serpillum, sileleos, synapis, sisamus, eius
infusio fortis est in prouocando menstrua. Auic. scammo-
nea, sparagus, squilla, spica, squinatum, theriaca magna Ni.
triphera magna, & maximè sumpta cum oleo amygdalarū
amararum.

amararum, trochisci de myrrha, urtica, usneæ in aqua eius sedere, ireos, iringus, hypericon, hyssopus herba, hyssopus humida, & supposita. nec mireris, si sui longus in narratione; quoniam cum omnibus his aliquando est difficile prouocare etiam cum dicendis, ut experientia uidi. & ideo, ut non deficias in remedijs; hinc & c. pro complemento canonis istius nota alios canones. primus, quod à leuioribus incipiendum est, deinde procedendum est ad media, deinde ad fortiora. & est canon Rasis in diuisionibus, qui consuetus est remedijs fortibus statim uti, ut in nono Almanf. secundus, quod talia approximentur per tempus parum ante tempus solitum menstruationis; ut per tres, uel quatuor dies. tertius, quod absolute debet medicus, ut potest, expectare auxilium supercelestis: unde in oppositione lunæ, uel eius coniunctione hæc rationabiliter maiorem debent habere efficaciam. quartus, antequam ponantur fortia prouocantia quæ sunt ex rebus euacuantibus; ut sunt gummi, scammonæ, & agaricus; prius administrantur digestiua illarum humilitatum impediendum cum calefactis, subtiliantibus, incisiuis, & hmōi, de quibus ad plenum actum est, & dicitur. quintus, quod quando administrantur talia prouocantia; mulieres stent cū pedibus in aqua calida; ut materia faciliter inferius trahatur. sextus, quod ante impositionem collyriorum prius mulier recipiat fumum ex balneo, aut suffumigio; ut inde porositates aperiantur, & possit deinde uirtus collyriorum melius penetrare. hæc itaq; sunt posita quantum ad ea, quæ ex medicinis prouocant; quod dicitur propter phlebotomiam, & alia, quæ sunt menstruorum prouocantia, de quibus statim. & ex maximè prouocantibus menstrua est phlebotomia, quæ ponitur uicaria menstruorum; ipsa enim fortificat, mouet sanguinem ad menstrua. Auicenn. Et de illis, quæ faciunt illud, est phlebotomia de saphena; & uenæ, quæ est post cauculam; & phlebotomia uenæ geniculi. curaturatur est fortior ea propter maiorem propinquitatem eius ad matricem, quarta primi de phlebotomia. & ex eis est uena curuaturatur poplitis; quoniam tantum efficit, quantum est saphena in prouocatione menstruorum. item prouocant uentosa super calcaneum, & super musculos cruris posita, & propria in pinguibus, item & posita super curaturaturam poplitis, in Almanf. uentosa foemori sunt superponenda. item conferunt ligationes fortes, & dolorosa assiduatur pluribus diebus, facta circa coxas, & tibias, ut tribus, aut quatuor diebus, deinde administrare ex subtiliantibus sanguinem, & prouocantibus; cuiusmodi sunt calamentum, & huiusmodi, de quibus supra, & infra dicitur. item & phlebotomia, aut uentosatio cum scarificatione; hæc enim sanguinem ad inferiora conuertunt, & de phlebotomia hic nota canones. primus, & est Gordonij, quod particularibus consentientibus propter causam antecedentem fiat phlebotomia de basilica, deinde propter coniunctam fiat, si uirtus tolerat; de utraq; saphena. qui canon hic considerandus, & est uaticini. inquit. Phlebotomemur in uena media, donec causa menstruorum maior scilicet antecedens erit ablata, deinde incipiendum à phlebotomia uenæ, quæ dicitur saphena. sed huic aduersatur Ras. in diuisionibus: inquit. Et phlebotomia ex manu abscindit menstrua. consideratur. secundus, quod phlebotomia in prouocatione menstruorum primo fiat modica propter oppressionem uirtutis: secundò potest fieri fortis, & multa fortificata uirtute iam. quod, si tertio fieri oportebit, fiat debilis. tertius, quod phlebotomia saphenæ plus debilitat, quam phlebotomia uenarum brachii, aut manus. & ideo, si de brachio. §. vi. extrahes de saphena sufficiunt quinque, & pauciores. & ideo hic laudo illos, qui in prouocatione menstruorum faciunt phlebotomiam de utraq; saphena accipiendo de uena quaq; quod eis uidetur; sic enim uidetur uirtutem secundum totum minus debilitari. quartus, & est sicut notabile, quod fortius prouocat phlebotomia reiterata, ut uerbi gratia, hodie fiat de uena saphena, & cras de alia, interim faciendo diuersiones cum ligaturis, uentosis positis inter coxas, & crura. & hunc modum laudauerunt plures, quibus maximè assentio. sed scito, quod hæc phlebotomiam non sic faciliter fieri possunt propter inobedientiam dominarum ex timore habito. & ideo oportet, ut medicus sua prudentia excurrat. & hic no-

ta, quod ut plurimū medici immediate transeunt ad phlebotomiam. sed bene considera; quoniam aliquando prius ut plurimum præponendæ sunt digestiones, euacuationes, & huiusmodi. utrū autem semper sit necessaria phlebotomia in prouocatione menstruorum; patet consideranti causas; quoniam in aliquibus sic, in aliquibus non. unde in qua est paucitas sanguinis, non competit: item ubi fuerint retenta ex nimio fluxu hæmorrhoidali, aut nimio fluxu uentris, & sic de alijs, & tu considera. per phlebotomiam autem sanguis ad inferiora mouetur, & ad eam partem diuertitur, & in eius motu etiam fit deoppilatio. & ideo supra de oppilatione hepatis, & de icteritia dicebatur phlebotomiam semper competere alijs non contradicentibus. ex his itaque omnibus habuisti, quomodo menstrua, & cum quibus possunt prouocari. restat autem, ut modos, & diuersa subiugamus ingenia, quibus & cum simplicibus, & cum compositis prouocatur reddendo singulis causis singulos modos, & canones.

C V R A. Expedito de retentione eorum ex parte debilitatis uirtutis uenio ad secundum membrum, quod fuit ex parte humorum sumptum. unde, si ex eius paucitate contingerit: quæ paucitas est ex parte cibi pauci; intende restorationi, & nutritioni membrorum ex parte ciborum, & potuum generantium bonum sanguinem, & multum, ut supra, de spermate, & tertio trac. & quinto. post quæ facies phlebotomiam, & administrabis sanguinem mouentia ad inferiora ex prouocantibus simplicibus dictis, & compositis dicendis, ut infra docebitur. quod, si fuerit ex fortitudine retentiæ; operare cum phlebotomia, & cæteris, ut iam dictum est. ubi uerò fuerit conuersio sanguinis, & eius euacuatio per alias regiones; tunc oportet diuertere, & trahere cum phlebotomia saphenarum, cum prouocantibus menstrua, & maximè eo tempore, quo mulier non erit debilitata ex euacuatione habita. unde sicut soluere super solutionem timorofum est; ita phlebotomare super euacuationem sanguinis est timorofum, de quo quinto capitulo de fluxu sanguinis narium: & tu ibi. tu itaque cum tua prudentia operare. de lactantibus autem dicendum, quod, si non nocuerit; non est modus; & in uirginibus similiter agendum: nam ubi non est indigentia, non est laborandum. quod si fuerit ex parte qualitatis; te oppone cū his, quæ eam remouet; quod facile facies. nec in his oportet morari; quoniam facilia sunt. in ea, quæ est ex parte substantiæ, dietam prius ordina cum cibis subtiliatibus, aperitiuis, & potibus, & digestiuis; deinde euacuabis; deinde phlebotomiam; deinde administra ex dicendis per superius, & inferius. quæ sanguinem prouocant calefaciendo, subtiliando, & incidendo, & huiusmodi. si ex utrisque; cura nota est ex cura simplicium iam posita.

C V R A in facta propter membrum ipsum est diuersa secundum causarum diuersitatem. unde, si fuerit ex calore, aut frigore, administra calefacientia, & infrigidantia intus, & extra ex notis ex supra positis de iuuantibus matrici. & in causa calida, si expedit, fac phlebotomiam. in causa autem frigida etiam conuenire uidetur mouendo sanguinem, & trahendo: unde sequitur de oppilatione, ut dictum est. quod, si fuerit ex pinguedine oppilante, stude macrefactioni, extenuationi corporis cum cibis siccis, pauci nutrimenti, subtiliatibus, incisiuis, extenuantibus, cum frequenti exercitio, & huiusmodi. item administra pessaria, clystera subtiliatibus, incisiuis, & aperitiuis. si ex apostemate; cura est cura apostematis, de qua infra sua rubrica. si ex cicatrice; cura est quasi impossibilis, quam dimitto chirurgicis: consimiliter, si fuerit ex carne addita, nam cura est remotio eius. tamè chirurgicis relinquenda. si propter tortuositatem nimiam naturalem; cura est impossibilis. si propter clausuram orificiorum uenarum; cura est apertio cū digestiuis solutiuis, phlebotomia, prouocatione cum prouocantibus calefactiuis, subtiliatibus, incisiuis, ut dicitur: in quibus omnibus oportet medicum habere singularem prudentiam. & sic satisfacies etiã, quãdo casu, uel percussione, uel aborsus successione retinentur: nam, cum sanguis infrigidatur, ingrosatur, & oppilat. & ideo balnea, suffumigia, & huiusmodi calida subtiliatibus sunt maximè conferentia. quod, si fuerit commu-

Lunæ op-
positio.
uel coniu-
ctio à me-
dico i me-
struorū cu-
ratione ul-
tra alia ex-
pedianda.

communitate hepatis, & uenarum eius; quia sint oppilatae; recurre ad ea, quae de oppilatione hepatis scripta sunt. q̄, si propter pinguedinē zirbi, aut myrach; introducatur macies cū regimine macrefacienti. stude itaq; in remotione causae, quae ex dictis satis aperta sunt meo iudicio.

POSTREMÒ restat, ut ingenia scribam cum suis particularibus remedijs, quae ex authoribus magna ex parte excerpti. decem, & octo ingenia ab authoribus posita inueni quibus in hoc accidenti dominabus succurritur. primum est ex parte potionum, secundum ex parte electariorum, tertium pilularum, quartum trochiscorum, quintum puluerum, sextum theriacarum, septimum tripherarum, octauum suffumigiorum, nonum balneorum, siue lotionum tibiariu, decimum suppositoriorum, undecimum fomentationum, duodecimum facculorum, tertiumdecimum unctiõnum, quartumdecimum emplastrorum, quintumdecimum sternutationum, decimum sextum ligaturarum, decimum septimum uentosarum, decimum octauum phlebotomiae. & expediendo me de uno quoq; eorum exemplificabo à potioni- bus initiu faciens. ualeat syru. de radicibus usualis, & omnis alius aperitiuus specialiter confectus ex rebus maxime prouocantibus ex iam numeratis, ut est sy. de calamento. sed nota, q̄ tua interest semper considerare, si adest mala cõplexio calida; quia oportet moderare. syrupus ad idẽ expertus in causa frigida, & coartatoria. R̄. calamenti domestici, & syluestris, pulegij, radicis enulę campanę, ireos, matricariae, radicis iuniperi, hypericon. añ. M. i. rubea tinctorum, nigellae, zedoariae, daronici, dauci, polij, prassij, squinanti, ana. ʒ. iij. coque omnia in lib. vj. aquae, & bulliat ad consumptionem medietatis, & coaduna utraque calamenta, & adde lib. ij. coque, & initio decoctionis mitte spicam, cassiam ligneam, assari, garyophyllorum, mastice. ana. ʒ. i. & sit subtiliter puluerizata in panno lineo posita ad bulliedum, & addantur. ʒ. iij. aceti squillitici, si non sit, q̄ prohibeat eum. dosis est. ʒ. ij. in aurora cum aqua matricariae. alius & est Gentilis. R̄. calamenti, stocados, petrosyllini, sauinae, prassij, camedreos, camepitheos, polij. ana. ʒ. iij. matricariae, anisi, apij, ameos, dauci, squinanti, eupatorij, cuscute. ana. ʒ. ij. cassiae, aristolochiae long. gentianae, baccharum lauri. ana. ʒ. i. ʒ. coquantur, & colentur, & cum zucha. fiat syru. dos. ʒ. i. ʒ. mane, & sero ante coenam per duas horas cum aqua matricariae. item ualeat deco. faseolorum ru. & est usuale. item aqua decoctionis cicerum rub. decoctorum cū radice apij, calamenti, & huiusmodi, & est usuale. & ex his exemplis uidebis, quomodo cum paucioribus, & pluribus facere potes portiones fortiores, minus fortes, & mediocres. tu itaq; compone. sed nota, q̄ pilulae euacuatuae, & menstrua prouocantes sunt dandae immediate post exhibitionem istarum potionum aliquibus diebus sic datis ut sunt pilulae de serapino, foetidae, & de hiera Gal. & alias potes per te conficere ex datis addendo agaricum, & aloẽ, aut scammoneam, ut uidebitur expedire. sicquam suo modo ex datis syruos confice, electaria, & confectiõnes, & iam dictum est supra diacalamentum Mes. & diaprassium Nic. potenter ualere, quorum exempla confice; sed consulo expertis utere. trochisci de myrrha sunt maxime commendati; ipsi enim per superius dantur; sed trochisci de gallia muscata ualent cum eorum suffumigio. & tu confice cū myrrha, oppopanaco, gallia, calamento, sauina, & huiusmodi alios, ut apparebit; nam ex tot simplicibus multa potes conficere composita. pulueres uerò multos habes ex simplicibus datis, quos simplices, aut compositos dabis; uerbi gratia, puluis rubeae tinctorum cum decoctione faseoloru est efficax, & usuale. puluis sauinae, & aristolochiae ro. datus cum aqua decoctionis cicerum ru. & c. theriaca magna Ni. cum uino decoc. artemisiae, aut calamenti, aut sauinae, aut cinnamomi, garyophyllorum, & huiusmodi ex tripheris, triphera magna Ni. cum uino decoc. artemisiae & est efficax. & nota, q̄ quae dantur per os, debent esse liquida, ne moram in stomacho contrahant, & citius ad matricem descendant. suffumigium quoq; facere siccum; ut cum ambrā, galbano, bdellio, oppopanaco, gallia muscata, myrrha, & huiusmodi. item humidum decoc. rerum prouocantiu, quae sunt herbae, radices, & huiusmodi, ut supra. & hic nota, q̄

uas debet preparari taliter, q̄ fumus ueniat directe ad os matricis per cannulam muliere sedente super sedẽ. quod, si ex certa causa sic stare non possit; fac fomentationem cū spongijs positis in aqua decoctionis, & appositis uulua, & sint haec omnia ita calida, quam calida sufficere potest ipsa mulier. & nota, q̄ cū suffumigabis mulierem, & praecipue cum aromaticis, ita circumqua; obtura, ut odor non egrediatur, & ad caput perueniat; quoniam inducunt capitis grauedinem iuxta illud Hip. apho. Suffitus aromatum muliebria ducit. saepius uerò, & ad alia utilis esset; nisi capitis faceret grauitatem. & ideò in casu melior est, ut ad nares teneant aliquod foetidum. balnea quandoq; ex simplicibus praedictis, & fac mulierem sedere usq; ad umbilicum; nam consuerunt haec balnea mirabiliter proficere. ideò eo tempore, quo stabit in balneo, da ex syrups, & decoctionibus aliquid; quoniam etiam balneum iuuabit ad attrahendum talia ad matricem, & si mulier tenebit pessarium eo tempore, adhuc fortius prouocabuntur. item lotiones tibiariu ex rebus factae prouocatiuis, de quibus supra. sunt etiam cõferentes ualdẽ, & praecipue si continentur absq; debilitate uirtutis, quam considera. semper suppositoria fiant debilia, & fortia solutiua, & non solutiua: unde. R̄. castorei, musci, ambrā, myrrhae, croci. ana. confice cum oleo de beensci, pistetur aliquantulum mercurialis, & supponatur. item radix enulae. item. R̄. myrrhae, bdellij, aloes. ana. ʒ. i. calamenti, galliae muscatae, rutae siccae. ʒ. ʒ. confice cum succo artemisiae. item radix rubeae trita, supposita tincta cum oleo anethino superaspera puluere sauinae, item ipsa sola. ad idem. R̄. olibani, laudani, mastice, aloes, hepatici, tripherae magna, gith, bistortę, storacis calamite, musci, gallie muscatae, ambrā, xyloaloes, terantur terenda, & cum oleo mustellino conficiantur nascalia. & hic nota, q̄ nascalia debent imponi sero, quando itur dormitum, & teneri tota nocte, & pluribus diebus continuari secundum fortitudinem, & debilitatem eorum; quoniam fortia minus. item & secundo debent in eorum extremitate ligari cum filo duplicato, ut extrahi possint. ponatur, & tutius est in petia linea subtili, & rara, in cuius extremitate ligetur filum fortiter. aliud & est efficacissimum, de quo experientiam habui. R̄. oppoponaci, galbani, bdellij, amoniaci, myrrhae. ana. ʒ. i. serapini. ʒ. i. ʒ. dissoluantur gummi haec in mortario cum pistello calido, & fiant suppositoria longa ad quantitatem sex digitoru & superaspergatur scammonia puluerizata tempore, quo suppositorium erit calidum; ut melius retineatur. deinde inuoluatur petia rara subtili, & cū filo duplicato, ut supra ponatur. hoc autem fortasse est; & ideò paucioribus horis tenendum, & diebus. in tribus diebus soluit prouocare. sed, antequam supponas, prius prepara materiam ad expulsionem, ut supra in canonibus: nam hoc suppositorium ex solutiuis est. & tu ex agarico cum gummi conficere poteris, aut alio ut uidebitur: ideò stude. & hic nota, q̄ in uirginibus non debent suppositoria talia imponi propter hy-men, quoniam nondum fractum est. unctiõnes fac ex oleo anethino, de castoreo, de costo, de lilijs, de ireos, de spica, de assa cum pulueribus rerum prouocatiuum; ut puluerem calamenti, sauinae, rubeae tinctorum, & huiusmodi cum modo dico cera, aut cum ipsis oleis solis loca frequenter inunges, & est utile ualde. ex quibus oleis cum pulueribus, & farina, gith, & croco confice emplastra tibi deseruientia. sternutationes facito cum synapi, condisi, pipere, & elleboro al. ita, ut sternutet usq; ad decem; sunt etenim in hoc casu iuuatiua. quid agendum sit cum uentosis, & ligaturis, ac phlebotomia, ex dictis apparet; sed tamen tantum hic dico q̄ prius benè consideres, antequam ad phlebotomiam accedas; ueruntamen ipsa est fortissima in eorum prouocatione. propter quod statim ab ea multi incipiunt; sed tu benè pondera. consimiliter de uentosis saltem cum scarificatione, & de ligatione dolorosa facta in principio, quomodo docunq; non esset magnum inconueniens, sicut de eis cū scarificatione, & de phlebotomia. tu itaq; semper prudentia tua te ipsum prouideas. unde semp pra oculis habeas phlebotomiam, uentosas, & ligaturas, quae in hoc casu potentes esse consueuerunt. ultimò hoc loco, ut te copiosum redam in hac materia; quaedam ponam antidota fide, & experientia

rientia digna. euphorbium in coto positum, & suppositum in parua hora prouocat absq; superfluitate Auicē. pessariū eiusdem, & bonum ualde. ℞. myrrhæ, calamenti. ana. ʒ. ij. sauinæ. ʒ. iij. rutæ siccæ. ʒ. ʒ. passularum mundatarum. ʒ. x. confice cum felle uaccino. usus aloes prouocat menstrua. quidam si ante tempus menstruationis per tres dies mane & sero in ieiuno mulier comedat de matrice capræ aut carne; menstrua prouocabuntur. radix lilij celestis sub cineribus cocta, & trita cum colloquintida, & pauco laudano supposita educit. item. ℞. bdellij, galbani, myrrhæ. ana. ʒ. i. pulueris sauinæ, se. apij, ameos. ana. ʒ. ʒ. dissoluantur gummi cum pistello calido, & omnia incorporentur, & fiant pilu. de quibus dentur duæ, uel tres singulis diebus. usus tripheræ magnæ sine opio ad quantitatem. ʒ. i. usq; ad. ij. cū brodio cicerum ru. multum ualet. item. ℞. faseolorum ru. ana. M. i. radicum rubeæ. ʒ. ʒ. siseleos, radice apij, petros. ana. ʒ. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ ad consumptionem tertiæ partis, & coletur, & de tali colatura dentur bis in die. ʒ. iij. dulcoratæ cum zuchca. & continuet eū quatuor, aut quinque diebus ante tempus solitæ menstruationis. & est remedium familiare, & efficax. pessarium. ℞. radicum gentianæ, pulegij. ana. ʒ. ij. nigellæ. ʒ. i. carniū ficuum siccarum quantum sufficit ad incorporandum, & cū succo mercurialis confice. hoc autem est usuale, & ardorē, neq; excoarationem inducit. & ea, quæ sunt ex gummis, & rebus alijs acutis ualdē. q̄ idē in applicatione ipsorum sis acutus, & prudens. item nota, q̄ euphorbium, & nigella, rhagadias inducunt: & idē cautē administra. multa plus addere possem, quæ uidentur superuacua tot, & tantis sic recitatis. quare, &c.

De fluxu non naturali menstruum. Rub. 7.

VNDĒ per fluxum hic non naturalem intelligo exitum sanguinis à matrice non in debita quãtitate, qualitate, aut ordine euenientem: & idē, ut dixerunt quidam, est egressio sanguinis à matrice inordinatē ueniens, qui quidem sic ueniens causa est multorum nocementorum. unde corpus discoloratur, & macrescit, digestio corrumpitur, & appetitus diminiuitur. aufertur conceptio, pedes inflantur, & corpus ad hydropem tandem perducit. & aliquando ex eius exitu nimio fuerit cholera; quoniam sanguis est eius frenū & inde accidit feb. cholericæ mala, dolor dorsi. tu itaque sollicitus esto in eorum retentione conuenienti; ut hæc mulier fugiat nocementa.

CAUSÆ. ex causis quædam sunt primitiuæ, quædam sunt antecedentes, quædam coniunctæ. ex primitiuis sunt primò aer calidus, & humidus multiplicans sanguinē multum, & humores multos. unde quidam aiunt mulieres tempore pluuiali plus mensuris abundare. secundò cibus, & potus multi sanguinis generatiui, & in multa quantitate sumpti. item etiam ipsi acuti, subtiles, aquosi nimis ex quibus generatur sanguis, aut nimium subtilis acutus ora uenarum faciliter exiens, aut aquosus subtilis idem operans. tertio somnus multus in quo retrahuntur humores ad intra, & in eo etiam multiplicantur. unde natura grauata se per uenas matricis exonerat. itē & uigiliæ superfluxæ, quartò exercitium forte calefaciens, inflammans sanguinem, & ipsum in motu ponens, item & balneum calidum. quinto repletio nimia, & inanitio ex parte coitus: unde nimio coitus orificia uenarum aperit. sexto enim accidens forte ut nimia ira sanguinem ebullire faciens, & ipsum in motu ponens, nimium excessiuum gaudium, quo sanguis calefit & inflammatur. septimò casus, & percussio; ut ponderis uehementia, aut uirgæ magnitudo: unde uenarum sequatur apertio, abscessio, aut scissio. ex antecedētibus sunt sanguis ipse, qui multus est, & sua multitudine natura onerata per illas euacuat uias, aut molestus sui qualitate; quia nimis subtilis acutus, aut in se, aut ratione alterius humoris peccantis sic credentis cum naturæ molestum, aut substantia; quia nimis aquosus. item quia aut a toto, aut ab hepate sang. mittitur ad matricem superfluus, quem natura per illa euacuat loca. item contingit, quia natura ipsas superfluitates per alias consueuit regiones euacuare, ut superfluus sang. narium per sudorem, per uias urinæ, per hæmorrhoides, & huiusmodi. & non euacuat per illas; sed ipsas sic ag-

Agregatas per uenas matricis ad extra expellit. item contingit, quando natura consueuit in exterioribus multiplicare apostemata, scabiem, ulcera, pustulas, & huiusmodi; & ab eorum generatione retrahitur. item rhagadiæ, matricis ulcera, corrosiones, apertio apostematis eius, & quando cunq; indifferēter faciunt ad suarum apertionum, scissurā, & huiusmodi. ex parte coniunctæ est debilitas uirtutis contentiæ matricis, & mala complexione calida, aut frigida: aut ab aliqua alia re facta; ut sunt ulcera, rhagadiæ, hæmorrhoides eius, partus difficilis, qui ora uenarum multum debilitat, & aperit, aut abortus, & huiusmodi. unde hic nota, q̄ stat fluxum superfluere non existēte peccato in sang. ex parte quanti, aut qualis. & considera uerbum Auic. inquit. & illa est deterior, quæ fit propter malitiam cōplexionis alicuius. & hic benè aduerte, q̄ talis mala complexio multum perdurat, & similiter apertio orarū uenarum matricis. q̄ cum magna difficultate curatur; & idē non sis pròptus ad promittendum salutem. & sumendo omnis talis causa aut extrinseca, aut intrinseca: si extrinseca; iam dictū est de primitiuis: si intrinseca: sic est aut ex parte uirtutis, quia fortificata sit expulsiua, aut debilitata contentiua: aut ex parte membri; quia nimis rarum, lassum, apertum, & huiusmodi: aut ex parte humorum quanto, aut quali si peccantis, ut dictum est. & scias, quòd omnis fluxus talis in principio est subtilis; quia orificia non sunt multū aperta, etiā facilius in principio egreditur, quod subtile est. in medio est grossus, & in fine subtilis; quia tunc clauduntur orificia uenarum; quoniam ad suam dispositionem redeunt naturalem, etiam quia in fia sic iuuantur.

SIGNA demonstratiua, q̄n menstrua naturaliter fluūt, cum non superfluunt nedum nocementū, sed iuumentū faciunt; & color corporis est secūdu dispositionē naturalem neq; urina alterat, & i eius retentione nō oportet laborare, & est cum bona tolerantia. unde Hip. primo aph. si quidem quali oportet purgare. quòd cū supfluit fluxus; oportet, ut medicus sit sollicitus, & diligens in eius retētionē.

Signa. si eorū superfluitas fuerit causa plethoriæ, tūc apparebunt uenæ in facie repletæ, & corporis ipsius repletio & uenarū eius, & q̄ præcessit regimē sanguineum huiusmodi de signis plethoriæ, de quibus in principio operis: & tu ibi. & cognosces abundantiam humoris primò per colore corporis; quia rubeus, purpureus, aut citrinus, aut albus aut fuscus, siue niger. item & hoc per colorem menstruorū collectorum super petiam, ut in præcedenti rubrica: cuius humoris euacuatio fieri debet. & accidunt hæc menstrua sic in colore mutata cōmuniter post alias ægritudines post debilitatem corporis totius, & post nocementum hepatis cum quibus est debilitas appetitus. quòd, si fuerit propter acuitatem sanguinis; cognoscitur per sui uelocem exitum, acuitatem in eius exitu sine mordicatione, & calefactione in ore uulua, quæ fit hora exitus: & quia difficulter retinetur, & per uisum eius collecti in petia, ut supra: & quia mulier cholericæ, regimen cholericum, color eius citrinus, & huiusmodi. quòd, si fuerit propter subtilitatem eius ex aquositate secum commixta; sanguis erit aquosus non calidus in eius exitu, neq; mordicans, & leditur stypticis ante eius perfectam euacuationem. & apparet in ea muliere quandoq; quasi prægnatio, ut quandoq; sint accidentia partus: unde parit humiditates. & lacerti eius uehementis mollietiei; quia sunt leues: & quandoq; nocēt diuretica propter caliditatem suam; quia addunt in aquositate sang.

Signa facti in ulceribus cum materia, & dolore est cum uehementia doloris, & cum foetore, & cum uiru sordido. In factio propter corrosionem egreditur paulatim, quasi foex, & proprie quando est à uenis absque arterijs. quòd, si fuerit corrosio in pfundo matricis; erit color nimis niger. quòd, si fuerit prope os matricis; poterit tangi, & uideri. Signa facti ab hæmorrhoidibus sunt; quia habet periodos, & quandoq; non sunt ei periodis; immo est sequens repletionem. & sunt signa hæmorrhoidarum matricis manifesta, de quibus infra. & est sanguis secundum plurimum niger, nisi sit ab arterijs. est quandoq; hæmorrhoidicus frustatim, & multotiens associatur hæmorrhoidibus in matrice dolor capitis, grauitas capitis, & dolor in uisceribus

& hepate, & cum san. currit, ex illis hæmorrhoidibus remouetur illud accidens.

Signa. si fuerit, ppter casum, & percussione[m]; scitur ratio[n]e infirmi. signa. si fuerit propter putredinẽ sang. & malam qualitatẽ humorũ; tunc sanguis est foetidus, turpis aspectus, cum dolore, & punctura.

PROGNOSTICA. fluxus hic continuatus ad hydropẽ corpus perducit; & ad hecticam, & finaliter ad mortem, nisi in breui succurratur. quando hic fluxus perdurat, & maximẽ quando est ex acumine eius; difficilẽ curatur. nã ex quo orificia uenarum longo tempore stant aperta, difficulter consolidatur hic fluxus, cum perdurat; corpus perducit ad malas dispositiones, ad casũ appetitus, debilitatẽ digestiua, & hmõĩ; & idẽ sollicitus esto. postremõ scito, q̃ rarõ medici consequuntur honorem de cura eius; quia dominã uerecũ dantur detegere hanc passionẽ; & idẽ ut plurimum non nisi inueterata ad manus peruenit medicorum. & idẽ considera.

CYRA can. primus, q̃ menstruorum fluxus non est cohibendus, nisi ad ipsum sequatur debilitas uirtutis, & mutatio coloris. unde hic scito, q̃ talem fluxum habent mulieres, ut in præcedenti rub. & habere debent ordinatẽ semel in mense tantum. & hic in diuersis diuersimodẽ durat s̃m diuersitatem complexionis, habitudinis, regiminis, & hmõĩ. unde eius perduratio tagendo primum, & ultimum durat s̃m plurimum à tribus diebus usq; ad septẽ. quãdam tñ habent nisi duobus diebus, quãdam septẽ usq; ad octo, quãdã quatuor usq; ad quinq; & hæc sunt saniores. unde duo dies sunt breue spatium; & octo sunt nimis longum, & tales consueuerunt esse ab eis ut plurimum molestata requirentes habere ea pluribus, aut paucioribus diebus fluentia, sed tu considera quantitatem, & compares ad habitudinem, complexionem, ætatem, & huiusmodi. sis itaq; prudẽs, & de eis dominas morosẽ interroga.

Secundus est ordinatio diætã, quã, ut sæpe dictum est, ordinari debet ad contrarium causã. unde, si ex causis fuerit primitiuus, remoueantur illã, & contrarium introducatur; ut aeris fiat mutatio ad frigidum, & siccum. item cibi sint pauci sanguinis generatiui. itẽ ex parte qualitatis; quia sint frigidi, aut calidi, sicci, & humidi, secundum quod exigit dispositio; sicq; in alijs procede. unde in causã calida laudantur lentes cum aceto, portulacã, lac acetosum coctum panis hordeaceus, substantia caulium bis coctorũ, pira coctana, nespilla, granata, agreste, berberis, & huiusmodi styptica, laganã absq; sale factã per diem ante, & ita de alijs, ut supra de dysenteria. in causã uerõ frigida laudantur, quã calefaciunt, & ingrossant; ut lac coctum, iuscula farinã frumenti, fabã fractã cum cinnamomo, rizum, mentha, & succus eius cum uino bibitus stringunt fluxum uentris, ab interioribus. Aui. secundo can. de ea. uinum nigrum grossum & ita de alijs calefacientibus stypticis, & oppilantibus. ex parte etiam carniũ; ut perdicum, & huiusmodi, de quibus tertio trac. & sint aslata.

Tertius est digestio; nã, si sang. fuerit subtilis, acutus; remittatur cum frigidis, ingrossantibus, stypticis; ut sy. ro. de papa. oxyzacchara, de endiuia, & hmõĩ stypticis, de quibus quarto tra. & supra de dysenteria, ubi plures sunt potus huic proposito utiles. q̃, si fuerit aquosus nimis; da ingrossantia, calida, styptica; ut sy. de mentha cum decoc. nucum cupressi, mastice, olibani, & huiusmodi calidis stypticis materialibus, de quibus infra. uel commisce ex calidis, & frigidis, ut syr. de mentha, de ro. de myrto cum aqua menthã, plan. & huiusmodi.

Quartus est euacuatio, quã fiat primõ per phlebotomiã basilicã peccato existente in fine ex parte quãti, aut ex parte alterius humoris sanguini mixti. secundo, si existit peccatum in alio humore nõ sanguini commixto; fiat euacuatio cum euacuatiuis appropriatis dereliquentibus. post se uestigium stypticis; ut myrobalani, rhabarbarũ, fumus terrã, & huiusmodi, quã omnia dentur in substãtia, & possunt uululari si uidebit; pro quibus recurre ad ea, quã dicta sunt de dysenteria, ut supra quarto tractatu. & hoc maximẽ si à cholericã fuerit. q̃, si ex aquositate; da prouocãtia urinã, & sudoris, deinde styptica administra, & confortantia, de quibus

infra. & in istis stypticis nota, q̃ ita administret; ne eorum nimius usus urinam difficultet, & tollat.

Quintus est diuersio. diuertitur sanguis per tractionem eius ad superiora ex phlebotomia factã ex basilica, & ab hac cõmuniter fit inceptio; sed, ut dictũ est, considera prius uirtutis tenorem, quomodo se habeat ex fluxu præcedenti. item diuersio fit cum uentosis appositis sub mamillis, & cũ scarificatione, & absq; debent istã uentosa esse magna, & fiat frictio fortis, & ligatio superiorum fortis; quia manuũ, & brachiorum. item stringantur radices mamillarum prius cum fascia fortiter; deinde superponantur uentosa magna & qñq; retinet fluxum sanguinis positio uentosarum super locum, qui est inter utraq; anchas. Auic. & prouocatio uomitum multum confert.

Sextus est hepatis confortatio; nam in omni tali fluxu & maximẽ cum prolõgantur, debilitatur hepar, pro cuius confortatione recurre supra. 14. cap.

Septimus est remotio causã summãtã posita secũdũ causarum diuersitatem. unde primõ oportet modus in cura causarum primitiuarũ ex iam dictis ex parte diætã, & euacuationum, diuersionum, & huiusmodi. unde in casu, percussione, fac phlebotomiam, deinde administra styptica confortatiua; ut trochisci de charabe cum aqua plantaginis, & huiusmodi. per inferius administra emplastra styptica, embrochas, & huiusmodi.

NON RESTAT, nisi ponere, quã matricem, & uenas eius confortant, & stypticant, de quibus licet in principio capituli actum sit; tamen enumerabo hic domestica, quibus consueuerunt practici uti in retentione menstruorum & ualebunt ad sequentia, acacia, alchechengi, alumen adustum superpositum, athanasia Nicol. cum succo plantaginis bistorta, fomentum ex ea, bolum arm. castanea, cauda equina, cornu cerui ustum, ciminum cum aceto, citonium, coagulum hoedi, & est satis efficax, consolida maior, corallus, de quo Auicẽ. secundo can. Gal. quidem existimauit, quod cum ex corallo adusto, & abluto sumitur. drac. i. cum quoterantur dauc gummi arabici, & conficitur cum albumine oui, & bibitur cum aqua frigida. confert sputo sanguinis, & eius eleuationi etiam suo fluxu uenã, & propriẽ corallus ru. coriandrum, hæmatites, hepatica, philonium persicum Mes. gallã, gypsum, gummi arabicũ, glandes, granata, charabe, lens, lycium, margaricã, mastix, mentha, millefolium, myrtus, morus, mummiã, nenuphar, nux. quia nucleum eius, & est secretum Cermisoni, dabat omni mane & sero tres. item nascale ex cortice eius combustẽ, & cinere eius cum uino, olibanum, orobum, oua in aceto cocta & tenta, pini grana, pilulã de bdellio, portulaca, quercus rosa, rubus, sanguis draco. semper uiua, siliqua Syr. de myrto, solatrum, sumach, scoria ferri, spodium. sterces caprarum, & propriẽ montanarum conteritur, & supponitur fluxui sanguinis ex matrice propriẽ cum thure, & est expertum Auicẽ. secundo can. idem ab expertis mulieribus habui fortius operari sterces ouis; cum ex eo sit infumigium cum cineribus calidis, & pauco prunarum. neq; cõtinuari debet; sed interuallatis fieri diebus; quoniam est fortis nimis. comprobatur alia Dioscorides in fluxu humiditatum à matrice antiquo nascale ex stercore caprino exiccato, & thure. & subdit Serapio. Et, quando commiscetur cum acetõ; confert fluxui sanguinis uulua; cumq; fluat, spica. unde secundo canone spica habet proprietatem retinendi fluxũ superfluum humiditatum à matrice. triphera ex arte Pheononis Mes. triphera de terra sigillata, de charabe uermicularum, uernix, uirga pastoris, uiriolum combustum cum charta combusta, mastice, & hæmatite, cum succo plantaginis suppositum, hypoquistidos. & hæc sufficiant prouocant, quoniam in fine multa ponam composita huic proposito ultima.

CYRA. Vbi autem sanguinis fuerit multitudo, ipsa phlebotomia curat ex basilica factã cum regimine; sed semper uirtutem consideres, ut dictum est: deinde administra styptica dicenda, fac diuersiones cum ligaturis dictis, uentosis, & huiusmodi. & laudatur hoc emplastrum. Recip. bo. ar. ros. myrtillorum, balustiarum, ana. ʒ. iiii. terantur fortiter, incorporentur, & misceantur cum aqua ros. & albuminibus

Dauic ara bibus est pondus. ʒ. s. aut unius drachmæ uel mensura trium granorũ hordei.

nibus ouorum, & aliquantulo aceti, & ponatur super uul-
uam: sed te copiosum faciam in fine, ubi plurima ponam. po-
sicio mulieris in aqua frigida usque ad fœmur est res apud
multos mirabilis; sed hoc fieri non debet nisi in forti, & est
operatio prudentis, & experti. quòd, si fuerit peccans in
quali; quia acutus, &c. euacua cum thamarindis, manna,
rhabarbaro, myrobalanis, & huiusmodi euacuantibus cho-
leram sanguinem reddentem acutum: deinde da alteratiua
frigida, ut de digestiuis dictum est. & succus arnoglossæ, &
aquæ eius in hoc casu multum conueniunt. unde Auicen.
de medicinis cõmunibus, & proprie fluxui sanguinis acu-
to calido arnoglossa est melior; immo non est ei par. & in
hoc casu euitant plurimi phlebotomiam, & scarificatione
uentosarum intenti solum diuersionibus, & alterantibus
ex parte cibi, & potus cum cibis acetosis stypticis; ut sunt
granata, ribes, agreste, berberis, sumach, citonia, portulaca
lactuca, atriplex, lentes biscoctæ cum aceto, ut supra. item
athanasia Nicol. sy. de myrto, de agresta, & huiusmodi. ua-
let & posicio eius in aqua ueri frigoris, ut dictum est, in
qua ponantur galla, myrtus, & similia; & in summa frigida,
& styptica, ut supra de dysenteria. quòd, si fuerit commix-
tio alterius humoris ad ipsum euacuandum, ac alterandum
procede, ut de ipso dictum est. post quæ phlebotomia di-
uerte, & styptica administra. quòd, si fuerit, propterea quia
aquosus multum; da prouocantia urinam, & sudorem, &
quæ sunt, sicut decoct. assari, & apij, & sint calida, & coope-
riatur pannis, & fricetur corpus cum panno aspero, & li-
niatur corpus cum aqua mellis, & cum emplastris ad hy-
dropem exiccantibus. unde oportet declinare ad ea, quæ
exiccant ex parte cibi, & medicinarum; deinde administra
dragagantum, gummi ara. & huiusmodi. quòd, si fuerit à to-
to; phlebotoma basilicam, & conforta membra, aut hepar
etiam cum stypticis intus, & extra administratis etiam ui-
dendis suis rubricis supra. unde fac emplastra, embrochas,
& applica petias infusas in rebus stypticis, & de his infra.
quòd, si fuerit, quia consuevit natura euacuare per alias re-
giones; fac phlebotomiam primò, deinde quære diuertere
ipsum, & per loca consueta euacuare prouocando fluxum
sang. nariu, de quo supra quinto capitulo, aut hæmorrhoi-
des, de quo supra decimosextimo capitulo. quòd, si fuerit,
quia pustulas, & huiusmodi consuevit natura emittere; fac
phlebotomiã diuersuam, deinde stude ad euacuationem il-
larum superfluitatum, quas natura ad extra pellere consue-
uit, & altera, ut docet. pro quibus recurre. iiii. cap. q. si fue-
rit propter rhagadias matricis, aut hæmorrhoidas, aut ul-
cera, & huiusmodi; tunc phlebotoma, si uirtus tolerat, & di-
uerte: deinde procede cura rhagadiarum matricis ulceru
eius inferius suis rubricis ponenda. in facta propter debi-
litate uirtutis contentiuæ matricis, & uenarum eius cu-
ra est phlebotomia diuersua, quam magis debes facere in
causa calida, quam frigida, & diuersiones cum ligaturis
uentosis, ut supra & applicatione rerum calidarum, aut
frigidarum stypticantium secundum, quòd dispositio exi-
git. quòd, si mala complexio uirtutem debilitans fuerit
materialis; attende digestiuis, & euacuatuiuis. & hic no-
ta, quòd studium debet esse in administrando aromatica
cum stypticis maximè, quando per inferius applicantur.

Restat ultimò quædam hic annotare memoria digna
ex authoribus excerpta simplicia, uel composita, & in di-
uersis causis conferentia; & sicut dictum est in præcedenti
rubrica decem, & octo ingenia etiam habere hic possumus
sicut in retentione menstruorum. quorum quædam sunt ex
parte potus, quædam ex parte aliarum rerum solidarum,
quæ deglutuntur; ut pilulæ, confectiones, electaria, tro-
chisci, pulueres, theriacæ, triphera: quædam ex parte eo-
rum, quæ per inferius, siue ad extra, siue ad intra; ut sunt
suffumigia, embrochæ, emplastra, cataplasmata, supposi-
toria, clysteria, balnea, sessiones, ungueta, cerotaria, & hu-
iusmodi: & hic prætereo phlebotomiam, uentosas, ligatu-
ras, & huiusmodi, de quibus plenè actum est. potus. Recip.
succu plantaginis. unc. ii. mucillaginis, dragaganti, gummi
ara. ana. ʒ. i. zucarum ro. ʒ. i. distemperetur cum aqua plãta.
& detur. consuevit multum ualere succus cum mucillagini-
bus in matricem iniectus plus, quam tepidus. item lac benè

A coctum cum ferro ignito cum scoria ferri, & seminibus plã-
taginis cum modico zuccharo ros. item trochisci de spo-
dio cum camphora conferunt ualdè. Auicen. item maximè
ualet, & est medicamen ultimi iuuamenti Auicen. Recipe
terræ sigillatæ, boli arm. aluminis, gallarum, sanguinis dra-
ana. de quorum summa accipiatur drach. i. cui addatur cam-
phoræ grana. ii. gallinæ. ʒ. ʒ. & totum dissoluatur cum syr.
myrtino. pilulæ. Recip. dragaganti assari, cupularum, glandiu
thuris, opij. ana. confice. sunt optime. dos. drach. i. & laudat
Auicen. potionem concularum marinarum, quæ de sancto
Iacobo exportantur. inquit. Et iterum bibantur concula-
rum marinarum, quæ exportantur à sancto Iacobo adusta-
rum pondus drach. ii. cum aqua sumach, citoniorum, & da-
ctylorum. sed nota, quòd sanctum Iacobum nominat. suppo-
sitorium Recip. litargiri, dragaganti, balaustiarum, terræ
sigillatæ, boli arm. antimonii. ana. item Recip. gallarum im-
maturarum, balaustiarum, amili, aluminis, rhabarbari, gra-
norum myrti, sauinæ, succi barbæ hircinæ, granorum agre-
ste, chartæ combustæ, sandalorum alborum, corticum thu-
ris, terræ sigil. corticum granatorum, folii scorix ferri, co-
riandri sicci. ana. de quo accipiantur drach. iiii. & cum lana
succida, siue non lota supponatur prius imbibita aqua myr-
ti, & teneatur tota nocte. Sessiones, siue enchatismata fiât
cum prædictis istis, & barba hircina, cauda equina, balau-
stis, calamento ro. myrto, xylocaratis, filiquis, gallis, & hu-
iusmodi. dixit Gal. in de experimentis, quòd, cum multa de-
derit intus, & extra styptica, non contulerint; clysterizauit
matricem cum succo arnoglossæ, dedit per os, & sanauit. uæ
lent coaguli hædi, cerui, uel uituli drach. ii. cum aqua deco-
ctio. citoniorum. item pannus infusus in aqua frigida deco-
ctio. rerum stypticantium cum modico aceti frequenter re-
nibus alchatim, & fœmori, siue pectini reiteratus. aliud.
Recip. caliginem durum furni, & cum eo commisce succu
barbæ hircinæ, grana agreste, chartam de panno combustã,
sandalos, & gypsum, & totum cum lana supponatur teneat-
urq; tota nocte. item Recip. cotum, & intinge in succo ar-
noglossæ, uel cõsolidæ, & super aspergas puluerem trochi-
sci de charabe, & suppone. & ex ultimis nascalibus est na-
scale ex colophonia, camphora, scoria ferri cum succo sola-
tri confectũ, & cum coto suppositum. clystere optimum.
R. succi uirgæ pastoris. ʒ. ii. decoc. corticu granatorum, extre-
mitatum myrti, nucũ cupressi, gallarum, ros. balaustiarum
ana. ʒ. i. ʒ. uel. ii. & iniiciatur tepidũ. & nota, quòd cum istis
succis commiscere glutina sang. retinètia, est ualdè canoni-
cum, ut sunt dragagantum, gummi ara. & hmõi. suffumigiũ
R. mastice colophonix, gummi ara. boli. ara. sangu. drach.
ana. ponatur super prunas, & recipiat fumum. ex herbis e-
tiam confice, ut supra de tenesmo. item decoque ex rebus
stypticis; ut sunt uiola saracenicã, pentaphilon, plantaginis
glandes, nucis cupressi, & hmõi, & da cum sy. ro. aut myr-
tino, miua citoniorũ, & hmõi, & cum bulliunt; pone in pe-
tiola hæmatitem, bolũ ar. trochiscos de charabe, & hmõi,
& ex te confice. linimentum, de quo in ultimis habui expe-
rientiam in domina quadam filtrina, quæ passa erat fluxum
menstruorum. xiiii. mensibus. **R**. succi plantaginis lib. ʒ. suc-
arnoglossæ. ʒ. ii. semperuiuæ. ʒ. i. ʒ. lapidis hæmatitis. ʒ. i. bo-
li arm. ʒ. ii. sang. dra. ʒ. i. terræ sigil. ʒ. vi. lycii, hypoquistidos
ana. ʒ. ʒ. acaciæ. ʒ. viii. charabæ. ʒ. iiii. cupullarum glandium
nucum cupressi, balaustiarũ. ana. ʒ. iiii. omnia subtiliter pul-
uerizentur, & cum albuminibus ouorũ, & pauco aceto fiat
linimentum, & petia una magna in eo intincta anteponat,
& alia retro, & tempore calido sint frigidæ, & hyeme, &
frigido calidæ, uel tepidæ. pilu. experte. Recip. trochisci de
charabe, de terra sigillata, de spodio. ana. fiant pilulæ cum
succo arnoglossæ, detur tres pro uice mane, & sero. & sunt
expertæ. ad idem fac cum ouo tortellos de calendula, de
quibus mulier omni mane accipiat; sunt mirabiles, & effi-
caces. item enula campana cum ouo sumpta idem ope-
ratur. item **R**. lepulculum paruum, & totum combure in
olla in furno & pulueriza, & da ad bibendum cum uino.
succus polygonix cum litargirio probatus est. item. Recip.
mummix, san. dra. opij tebaici. ana. tempera cum lacte mu-
lieris, & fiat suppositorium. pilulæ de bdellio sunt usua-
les, & solæ, & cum aliis stypticis exhibitæ. item trochisci

de charabe cum aqua plantaginis usuale est. item. R. coral-
lorum rub. 3. i. aquæ plantaginis. 3. iij. misce detur ante cœ-
nam; cum itur dormitum nulla cœna præcedente, & est ex-
perta. idem operatur sy. de myrto cum aqua plantaginis,
& cœna non præcedente. & ualet stercus asininum in ore
uulæ positum exiccatum, & recens. emplastra confice ex
herbis, & pulueribus constrictiuis, oleis stypticis, frigidis
farina hordei, & aceto. & hæc ex datis facilia sunt compo-
sita. itaq; &c. ultimò recurre ad ea, quæ de fluxu sang. na-
rium, de fluxu sang. à pectore, siue de eius exitu per os, de
mictu sang. de fluxu dysenterico scripta sunt, ubi plurima
& utilia tuo inuenies proposito. quare stude, & require, &
memorare eius, quod sæpe dictum est, q̄ cum his frigidis
commisceantur quandoq; calida propter complexionē na-
turalem matricis, aut aliquo modo; ab his tot frigidis tuea-
tur, ne fiat lapsus in deterius. nota, q̄ ad cognoscendum, si
cum sang. sit alius humor mixtus; debet mulier lauare pan-
num, & post exiccationem eius in umbra debet considera-
re, si fuerit ibi color citrinus, aut liuidus: primus super cho-
leram, secundus super phlegma. quòd, si fuerit tandem ru-
beus; arguet ei non esse commixtum aliquod extraneum.
sed de his plenius de signis. & hæc sic sufficiant.

De fluxu humiditatum aliarum. Rub. 8.

DE FLUXU humiditatum aliarum à sanguine mēstruo
dicto ab Auicē. cursus matricis, unde contingit quandoq;
ut à matricæ fluant humiditates albæ, citrinæ, eruginosæ,
& alterius generis à sanguine mēstruo. & uidi, à mulie-
ribus intellexi, quæ differunt à mēstruis; quoniã mēstrua
à uenis oris matricis ueniūt. hæc uerò à superioribus sunt
delatæ ad matricem tanquam ad sentinam: quod compre-
henditur ex mala dispositione percepta in superioribus;
quia aut in membro particulari, aut in toto; ut quia sentit
grauedo, tumor, malitia digestiōis, malitia anhelitus, &
huiusmodi. & aquosæ, albæ, phlegmaticæ à frigiditate, he-
patis malitia, ac uenarum eius; quia utrobique uirtus dige-
stiuæ est debilitata, & magis, quàm in fluxu mēstruorum.
& æruginosæ, siue citrinæ à caliditate hepatis in malitia,
ac uenarum suarum ad excessiuam caliditatem declinante
etiam digestiuæ debilitata. accidit etiam debilitate digesti-
uæ uenarum matricis. item contingit quandoq; ex ruptu-
ra apostematis naturaliter per illam uiam euacuante, &
quandoq; est se. acuta. & hic scito, q̄ istæ humiditates, si p-
seuerant; reddunt matricem ita lubricam, ut sperma uiri
non retineat, & sic conceptio impeditur. unde Auic. signū
est, sicut cursus spermatis uiri: si ergo sine desiderio; tunc
causa est debilitas matricis, & uasorum eius, & mollifica-
tio ipsorum. & si est cum desiderio, & mordicatione, & cō-
mōtione; tunc causa est tenuitas spermatis, & acuitas eius.
& quandoq; est causa in eo pruritus matricis, & quandoq;
perducit commotio eius matricis ad hoc, ut descendat
sperma. item multum debilitatur ipsa matrix. unde postea
plures, quàm cōueniat, humiditates recipiat; quoniam mē-
bra fortia ad debilia suas expellunt superfluitates. Auicē.
de membris. quare accidit eam infirmari; & ideò succurrē-
dum est ei citius, quàm possibile sit: quod fit cum his cano-
nibus, & complementis eorum.

SIGNA demonstratiua sufficiant tibi de signis eorum
in præsentia per ea, quæ dicta sunt de fluxu mēstruorum in
præcedenti rubrica. scito tamen, q̄ cognoscitur substantia
eius ex colore mēstruo exiccato, & ex colore eius in se-
ipso. & ut dictum est, fit in eis anhelitus difficilis, cadit ap-
petitus, destruitur color, accidit apostema, inflatio oculo-
rum absque dolore secundum plurimum, & quâdoque est
cum dolore.

CURA. canones. ordinatio diætæ, digestio, eūo, diuer-
sio hepatis, aut totius rectificatione tales inde generentur
materie, matricis confortatio, ne recipiat, accidētium cor-
rectio, & est septimus. diætâ ordinetur ad contrariū causæ
ex parte cibi, & potus, & aliarum rerum nō naturalium in
aquoso, phlegmatico ad siccitatem: in eruginoso, citrino
ad humiditatem. cōsimiliter utere digestiuis appropriatis
de quib⁹. iij. tra. & d̄ fluxu hepatico, & diarrhœa: & tu ibi
de euacuatione dicendum, q̄, ubi fuerit aquosus, & si com-
petat euacuatio per pharmaca; competit maximè euacua-

tio per sudorem, & per prouocationem urinæ, ad quam fa-
ciendam stude, & utere exiccatiuis, ut dictum est. quòd, si
fuerint sanguinæ; fac phlebotomiam. quòd, si fuerint citri-
næ, aut æruginosæ: euacua cum appropriatis etiam, si uide-
tur phlebotomia. quod dico, quoniam considerare oportet
complexionem, repletionem, habitudinem, & hepatis di-
spositionē. quòd, si fuerit ex parte febris, aut apostematis,
& huiusmodi curetur cura apostematis: diuersiones fiant,
ut supra cū ligaturis, frictionibus, uentosis, & huiusmodi.
Diuertunt sudare facientia, & prouocantia, de quibus
sæpe actum est.

Confortetur hepar cum his, quæ ipsum confortant in-
tra, & extra, de quibus ad plenum de hepate. xiiij. cap. ma-
trix confortetur, ne recipiat cum stypticis calidis, aut fri-
gidis, ut exigit dispositio ex parte eorum, quæ ad extra, aut
ad intra administrantur, de quibus in præcedentibus rubri-
cis. accidentia uerò, quæ sunt grauedo, dolor, & punctio,
cessabunt his peractis, & etiam pro cura ipsarum require
suis rubricis. & si ista non conferunt ita cito; non desperes
sed continua ipsas res, quando ægritudo ipsa à se difficilis
est curationis. unde memorare dicti Senis nostri. iij. Aph.
ij. sectionis Omnia secundum rationem facienti, si non suc-
cedat secundum rationem; non est transeundum ad aliud,
stante eo, quod à principio uisum est. laudatur balneum sic
cum coopertum, ubi corpus sudet, factum cum aqua salsa,
aut sulphurea, aut cum herbis; ut sunt stœcados, flores, cha-
mæmillæ, rosmarini, & huiusmodi, prout necessitas exigit.
& in dicta aqua projiciantur lapides igniti, ut fumus benè
ad corpus perueniat; nam talis fumus multum exiccat. in-
grediatur lectum, deinde in eo iterum sudet, reitereturq;
balneum, quoties uidebitur opportunum; & ualet maximè
in aquosis phlegmaticis. item ad confortandum, matricē
ne recipiat; sedeat mulier in aqua aluminis, & huiusmodi,
& fiant suffumigia, & alia, ut dictum est in rubricis præce-
dentibus. potenter ualent sessiones in aqua decoctionis fo-
liorum tamarisci, item cinis ligni eius suppositus. unde sci-
to, q̄ magna pars huius curæ pendet ex cura præcedentis
rubricæ. item scito, quòd clysterizatio matricis in hoc casu
si fieri potest, est ex melioribus medicinis ex his, quæ ma-
tricē cōfortant: quæ sunt styptica calida, aut frigida; ut sunt
galla, balauſtia, myrtus, squinantus, nux cupressi, & huius-
modi, ut in principio capituli, & spica. unde secundo cano-
ne de spica. habet proprietatem in retinendo fluxum super-
fluum à matrice. cōsidera secundum, q̄ exigit dispositio ip-
sa. unde Auic. & clysterizata magis operantur.

De clausura oris matricis. Rub. 9.

CONSEQUENDO de mala complexionem matricis pro
nunc dicatur de obturatione oris eius, per quam prohibe-
tur coitus, & exitus mēstruorum quandoq;. unde sciendū
q̄ aliquando super os matricis est aliquid lacertosum, siue
panniculare forte, ac carnosum, aut cicatrix magna ex tu-
ratione ulceris facta. & sicut his modis accidit clausura im-
pediens, ut suprâ; ita & quandoq; ex eisdem accidit in lo-
co medio inter hos uulæ, & os matricis. contingit & quâ-
doq; clausura uirgini à principio generationis, ut suprâ de
oppilatione matricis; & tu ibi. ita ut mēstrua non inueni-
ant uiam, ut exeant. quare redeunt, & retinentur: unde ac-
cidunt dolores, & ægritudines maximè, & mulier denigra-
tur, præfocatur, & quâdoq; oritur. & hic aduerte istas om-
nes causas: quoniam sæpe contingit quibusdam uirginibus
ut, cum incipiunt mēstruari; mēstruentur cum magno
dolore, & in modica quantitate: quorum causa, ut puto,
est clausura ex aliqua harum causarū facta: & tu considera.

SIGNA horum sunt manifesta usui ex his, quæ dicen-
tur suis capitulis.

CURA. Canones quatuor sunt principaliter ante exi-
tum ad curam à medio consideranda.

Primum, q̄ hæc cura non debet, ac commodè fieri po-
test absq; ferro. unde Auic. Curatio clausuræ est cum ferro
& non cum alio. tale autem ferrum est phlebotomus, aut
instrumentum aliquod incidens obtusum, ut ipsi chirurgi-
co uideatur commodius.

Secundū, q̄ tale remouendum ferro est caro, aut panniculus,
quod debet diligenter aduerte specialiter, si est
panniculus

panniculus, & totus subito non remoueat, sed paulatinè; quia dubitandum est, ne perueniat ad cooperiendum ad os matricis, & cum eius incisione abscindatur aliquid de matrice; & tunc sequatur cum ea spasmus, & alia ægritudo perniciosa. item, & ne lædatur pariformiter uesica: unde stet at tentus. unde scito, quod panniculus parum suscipit consolidationem post scissuram.

Tertiū, quod non solum incisione panniculi, sed etiā carnis debet diligenter attendere; ne pertranseat terminum additionis, ne inde talis sequatur incōmoda, de quibus nunc.

Quartum, quod scissura fiat notabilis; quoniam, si mulier imprægnatur; parua clausura impedit exitum foetus: unde tunc ponitur mulier in periculo mortis, & etiam foetus.

Quintum, quod quæ applicantur, sint actu calida, & nullo modo frigida.

Quibus præmissis faciat medicus patientem stare super sedem cum paucis sustentaculo ad posteriora cum coxis apertis, & tunc, si clausura est in ore uulvæ, & extrinseca; fiat incisio notabilis, ut dictum est, cum ferro, & imponatur lana infusa in oleo, & uino styptico duobus diebus, uel tribus, deinde procedatur ad consolidationem. quod, si fuerit intrinseca; utere speculo; nam melius uidebis colligantiā panniculi, aut carnis, tunc procede in scindendo. quod, si superuenit syncopis, aut aliquod tale dimitte, & paulatim procede de die in diem, ut tua nouit prudentia. ita quod in summa, si uidetur posse fieri, quod incisio fiat tota; quia mulier non timeat, sit robusta, incisio pauca, & huiusmodi; fac: si non paulatinè; & de his satis; opus enim plus est chirurgicum, quam physicum. ideò &c.

De apostemate matricis. Rub. 10.

QUONIAM & ipsum facit ad oppilationem, & clausuram; cōsequens est, ut post præcedentē rubricā de eo agatur. apatū itaq; matricis aliud calidum, aliud frigidum.

CAUSA apatis matricis aut est primitiua; sicut casus, & percussio, & multitudo coitus, & specialiter cum habente uirgā grossam, aut disruptio facta ab obstetrice, cum foetum recipit: aut incisio non debitè facta, de qua in præcedenti rub. prouocans materias, & faciens ipsas currere, & in regiones eius intermedias, & has causas adiuuās est quādoq; frigiditas extrinseca. ex causis autem antecedentibus sunt repletio totius, humores quatuor fluentes, aquositas, aut uentositas grossa, quæ permanet, & non resoluit, retentio mēstruorum, mala cōplexio matricis. & ex coniunctis sunt debilitas matricis, propter quam retinentur materię, & non resoluuntur. item mēstruum ipsum retentum, aut sperma ipsum retentum, & sem plurimum fit ex mēstruorum retentione, & humor faciens tale apostema quāq; est adustus, quāque non. & uult, ut supra Halya. secundum plurimum apatis matricis est calidum, aut durum. sed subiectum talis apatis est matrix quandoq; secundum plures partes eius, & loca, & tale est aliis deterius, quandoq; est in altero laterum tantum, quandoq; in ore matricis, quandoq; in concauo eius; & tunc, cum est, sicut in profundo, non sanatur; & ideò, anteq̄ interponas te ad curam eius; debes diligenter inuestigare, si sanabile est; aut non. uñ scito, quod, si non fit cita acceleratio pro eius cura; difficulter sanatur. deinde, & aliquādo est eius cura impossibilis, & præcipuè quando est durū, & ex materia melancholica; quoniam eius curæ tardatio perducit mulierem ad hydropem, & ad cancrum conuertitur. tu itaque sollicitus esto.

SIGNA demonstratiua, dolor in matrice continuus cum pulsatione, cum febre satis acuta, cum tumore, siue inflatione pectinis grauior, & coarctatione percepta ita, ut & uentositas egredi non possit. quod, si fuerit in parte anteriori matricis; erit strangulatoria cum dolore ipso, etiam in illis & apostema erit maius, & durius, quā in cōcauo. quod, si fuerit in parte eius posteriori; erit dolor in dorso & sub hypochondriis, & retentio foecis, seu uētris constipatio. quod, si fuerit in parte superiori; dolor sentitur super umbilicum si inferiori, sub umbilico: si in lateribus; dolor est in coxis, inguinibus, & cruribus. quod, si in omnibus partibus fuerit matricis; fe. erit acuta, cum dolore capitis, colli, uerticis, oculorum & huiusmodi; ut statim de his. & in quacunq; parte fuerit apostema, declinat ad contrarium illius matrix, & fit

A difficilis somnus super contrarium eius, & fit difficilis motus localis, sessio, & consequitur partem ægram, & claudicat apud deambulationem. & quidam dicunt, quod, si fuerit in fundo matricis; dolor est in diaphragmate usque ad muliebria, anhelitus difficultas.

Signa, si fuerit apatis calidum; dolor erit acutus cum febre horripilatione, pulsatione, siti, linguæ nigredine, & multiplicatur sudor in extremitatibus, & quandoq; perducit ad abscisionem uocis, spasmū, & syncopim, & erit urina tinctā rubea, & pauca, & frequēs eo, quod mulier cogitur ad frequentē mictum maximè, quoniam est in parte anteriori, & quāq; est liuida putredine ei communicata. quod, si fuerit calidū sanguineum, uel cholericum; apparebunt signa sanguinis, aut cholerae sæpe dicta. & communicantur accidentia mala ab ipso alijs membris; quæ ipsum per communitatem sic sequuntur; ut sunt cerebrum, cui cum communicat; erit dolor in capite in syncipite, collo, radice oculorum, profunditate eorum cum grauitate, & quāq; dolor procedit usque ad crus, ad focilia, & iuncturas, & dolent duæ partes dorfi, & duo inguina, & pecten, & inflammantur quāq; in myrach ipsum. quod, si communicat stomacho; dolet, & accidit in ea tristitia, angustia, & nausea, singultus, corrumpitur digestio, & appetitus.

Signa, si apatis fuerit frigidū phlegmaticū; tandem erunt significationes illic ex parte dolorum, sed remissi multū cum grauitate, inflatione in pectine, anchis, & coxis, cum mollitie extremitatum, & pectinis, & sunt sicut hypofartici.

Signa apatis fuerit durum, illud comprehendit tactus, & est illic difficultas ex parte urinæ, & foecis, aut unius tantum, & non est dolor fortis, & extenuatur cum eo corpus, & propriè crura etiam debilitantur, & cum magnificatur uenter ex eo inflant pedes, & accidit, sicut hydropisis, & propriè quā durities est sparsa, & quāq; fit mulier ex eo hydropica. & cum non resoluitur durities, festinat ad cancrum, & signum, quod est cancer, quia uisu comprehenditur, quod factum est apatis inæqualis figuræ, a quo prodeunt uenæ nigrae tumidae, & est adhuc cum duritie, quam lædit tactus, & est mali coloris horribile aspectu trahens ad rubedinem, quāq; ad uiriditatem, & plumbeitatem, & ab eo emanat uirus sordidum, & foetet. & ita de alijs signis cæcri quærendis à principio tertia quarti de ipso.

Signa autem quā apostema matricis uenit ad sanationem, quia dolor rectificatur, & augmentantur febres, & diuersificatur, & accidentia fortificantur, quod, cum collecta erit sanies; sedabitur dolor, febris, & alia accidentia, iuxta illud. Dum pus conficitur. sed in exitu saniei accidit rigor.

PROGNOSTICA. Omne apatis matricis difficile curatur sed difficilior, quod approximat interiori parti. unde Aui. Et, si fuerit profundū; non est possibile, ut sanetur. quoniam rūpit apatis matricis, & sanies est alba, iuncta, æqualis, & sine odore malo; spes est salutis. quod, si fuerit uirulentum, foetidū, diuersorum colorum; pessimum.

CVRA apatis calidi canones ordinatio diætæ, digestio si morbus ipse morā patit. euacuatio diuersio, localiū diuersorum applicatio sem caularum, & temporum diuersitatem accidentium correctio, siue mitigatio.

Diætæ ordinē ad contrariū causæ. unde in apate calido cōpetunt cibi humorē grossum generātes: unde Halybas poscæ maluis, & spinachiis. uñ cōuenit, & lactuca, portulaca, cucurbita, succus hordei, uinū granatorum, ægreste, berberis, ribes, carnes hœdi, pullos cum eisdē conditę, & hmōi, & Aui. apate calido. Oportet, ut prohibeat cibus, aut minoretur i diebus primis usque ad tres, & prohibeat aqua penitus & maximè in die primo, & habitet in domo odoris supple frigidi, & uigilet, quantum potest, de quo infra.

Pro secundo recurre ad quartum tra. de sy. & aliis in cā calida ualentibus; ut sunt sy. ro. uio. de nenuphare, & hmōi aut de fumo terræ, si materia fuerit adusta; & ideò elige secundum materiæ exigentiam.

Pro tertio, & quarto simul in principio competit phlebotomia, & maximè si fuerit ex sang. aut ex alio humore calido sanguini commixto, & de ipsa phlebotomia fienda hic benè aduerte. inquit Aui. Et rectius quidem in principio est ut phlebotometur basilica; quare prohibet effusionem

materia; deinde consequenter adhibeatur saphena; ut trahatur sanguis ad locum, & succurratur ei, quod fecit incurtere phlebotomia ex nocumento basilicæ communitate. & oportet, ut fiat phlebotomia pedibus eleuatis ad superiora, & ipsa sic iacens superueniat ad summum in extrahendo sanguinem, quem debes euacuare in maiori, aut in minori quantitate, ut exigit dispositio ætatis, habitudinis, uirtutis, & accidentis, & huiusmodi. euacuationes autem fiant ex parte solutiouorum materiam peccantem respicientium administrando per os, & per inferius clysteria, suppositoria, & huiusmodi: & de solutiuis appropriatis habes supra. iiii. tra. & cum ipsis medicinis administres, quæ nauream sedet diuersiones autem facito, ut dictum est cum phlebotomia, uentosis, ligaturis, frictionibus ad superiora, & hoc in prin. & maximè commendatur, si bis fieri pōt. & hic nota, q̄ hæc phlebotomia diuersua cōpetit, ubi tale fuerit ex casu, percussione, ruptura, & huiusmodi, & in princ. semper est fienda nullo contradicente. & magis competit, & proprius ubi tale apostema fuerit ex menstruorum retentione: quod seundum plurimum euenit.

Localium administratio fiat diuersimodè s̄m causarum, & temporum diuersitatem. & antequā ipsum canonem magis declarem; prius narrabo aliqua simplicia in apostemate calido conuenientia; & sunt rosa, camphora, lens excorticata, cortices granatorum, balaustræ, extremitates uitis, arnoglossa, solatrū, endiuiā, lac, uirga pastoralis, succus portulacæ, psyllium, semperuiua, rasura cucurbitæ, uiola, farina hordei, & huiusmodi frigida & styptica de quibus ad plenum supra. xvi. cap. de dysenteria: plura enim enumerabuntur calida matrici conuenientia, q̄ frigida, ut infra. & causa; qm̄ matrix est membrum frigidum. sit itaque primus canon in complemento istius quinti repercussio. administratur itaque repercussiuā ista aut per modum emplastri, aut enchatismatis, aut embrochæ, aut selsionis factæ in decoctione harum rerum cum aqua dulci, aut supponendo petias infusas in succis earum, aut iniiciendo cum clysteri, de quo statim. & tu ex his compone, & applica renibus, & alchathim, & fœmori, & alijs simul, aut emplastra, aut alia. laudatur tamē emplastrum de papauere dissoluto in oleo omphacino aut ros. cum farina hordei, & succo arnoglossæ, & huiusmodi. sed hic nota, q̄ huiusmodi frigida, & styptica non debent multum continuari; ne induretur ap̄a. item, ubi sit fortis dolor, non est uerendum ponere cum alijs nenuphar, mandragora, & hm̄i, de quibus in complemento. vi. canonis. cum que ap̄a ad augmentū uenit; sit secundus canon, qui est mollificatio cum resolutione, & prohibitione fluxus materiæ. complent autem canonem, quæ mollificant, & resoluunt, mixta cum stypticis; cuiusmodi sunt althæa, fœnugræcum, chamæmilla, melilotum, anethum, malua, corocus, puluis molendini, semen lini, lana succida, spica, arnoglossa, blitis & hm̄i frigida, de quibus actum est hic ante. tu itaque cōmisce, ut necessitas postulabit. unde de stypticis plus pone in prin. augmēti, & in fine minus, in medio medio, in statu uerò sit canon tertius. q̄ est augmentatio resolutiuorum super repercussiuā. ideoq; ipsa minorabis, etiam augebis resolutiuā, mixta tamen cum lenitiuis, & mollificatiuis. & caue, ne ista hora administres prouocantia menstrua. in declinatione uerò sit quartus, qui est administratio resolutiuorū, à quibus non separabis mollificatiua; sed in minori quantitate, ne accideret induratio; ut sunt silybrium, sanfucus, laurus, polypodium, laudanum, de quo dicit, q̄, si supponit; resoluit ipsum, & hm̄i, ut supra, & infra de ap̄atibus frigidis: nā, quæ ponentur de ap̄atibus frigidis, sunt hoc loco afferenda; & tu illa amplectere. & cum sedatus erit dolor in declinatione, & uidebitur tibi, poteris administrare ex diureticis, & si tibi ex ulcere fluat sanguis; administra, quæ sanguinē retinent, de quibus de fluxu sanguinis nariū, & eius exitu per os. si ap̄a uenerit ad saniationē; administra maturantia. & confert ad hoc emplastrū factum ex decoct. dactylorum cum oleo ros. & farina hordei. itē iuuat ad eius et̄ maturationē emplastrum de fœnugræco, farina tritici, decoct. ficuū mixta cū s̄mo colūbino. & fermentum quicquid; additur, dum est propinquum, ut aperiatur. itē ualet emplastrum de de hyssopo, adipēs anatis, anseris, uaccæ, medullæ cerui, bu-

Matrix
membrum
frigidum.

E tyro, & similibus, & pessarium ex his factum continuo administratur. cumq; ad tantam deuenit maturationem, ut eius apertura sit necessaria; tunc, si ipsum fuerit propinquū ori matricis; sectio erit possibilis cū instrumento. q̄, si fuerit in profundo, & ex se non aperiatur; necesse est arte iuari cū iniectione succi scabiosæ cū nasturtio, & hm̄i, de quibus de ap̄ate hepatis. & selsiones et̄ iuuabunt in hoc casu, de quibus infra in complemento. vi. canonis. facta autem apertura, & sanie ueniente per uulnam administra mundificatiua, & abstergentia ex melle ros. colato cum aqua hordei iniecto, item cū uino petijs, suppositorijs, & alijs. itē ualet mel ros. mixtum cum farina hordei, fœnugræci; item & terbentina cum his mixta, & imposita contenta, item, & uitel la ouorum cum farina hordei ex melle ro. & tu non solum attendas ad mundificationem ulceris; sed etiam uentris cū clysterijs, & alijs lenitiuis, ut uidebitur. post autem mundificationem incarna, & ualet ad hoc. R. mellis ros. colati. lib. ʒ. thuris, gallarum cupressi, mummiæ. ana. ʒ. ʒ. misce prius abluas cum uino nigro, styptico, calido iniecto cum instru-

F mento, de quo infra statim. ualet & unguentum basilicon iniectum cum oleo ro. & præcipue quæ est spissa. quod, si fuerit subtilis; adiugas de stypticis aliquid. quandoq; autē egreditur pus tale per uescicam; & tūc da in potu lac, & maximè asinæ, & semina melonis cum sy. ros. quoniā hæc prohibent ulcerationem, & sunt mundificantia, & abstergentia, deinde da styptica cōsolidantia. & abstine eo casu a fortibus diureticis; ne accidat inde ulceratio, & ne ducant materias alias, & multas. ita q̄ leuibus diureticis utere. quandoq; egreditur per intestina, ut uidi in uicina mea; & tunc oportet clysterizare cum aqua hordei, in qua sunt decoctæ balaustræ, & imponatur oleum ro. zuch. ro. & hm̄i. deinde administratur incarnatiua iniecta per clystere, ut supra, & ponantur unguenta super locum, & iniiciantur. si fistulabitur; curetur cum resolutiuis exiccantibus, & stypticis, ut supra de fistulis ani. & hic aduerte, q̄, cum tale apostema sit morbus acutus; principium eius erit circa dies tres, & status erit circa diem. vii. in medio autem erit augmētum, & post septimum declinatio; quia in quartodecimo declinabitur iuxta illud Senis nostri Hip. Acutæ ægritudines. & quæ promissum est dicere de instrumento, cum quo sit iniectio; ne in longum rem ipsam protrahā; hinc, quæ dicenda sunt scribam de eo, non minus in præcedentibus, quàm in sequentibus ualitura. unde sciendum, q̄ clystere tale debet esse factum ad modum uirgæ, & debet esse. x. uel. xij. digitorum secundū longū, ut manu teneri possit ultra illud, quod in uulnam mittetur. in cuius extremitate debet esse foramen rotundum paruum, & per istam extremitatem ingreditur. in extremitate, quæ exterius remanet, debet foramen esse magnum ita, ut per ipsum ingredi possit lignū, stupa, uel petia fortiter inuolutū in eius extremitate ita, quod trahēdo tale lignum ad se, & ponendo extremitatē clysteris in liquorē trahatur liquor ad intra. deinde fortiter comprimendo lignū liquor expellitur, & tale instrumentū appellat in uulgaro nostro Il schizarolo, de quo supra dictū ē. cū isto itaq; instrumento in prin. possunt immitti repercussiuā ex decoctione mellis ros. dissoluti cum camphora, psyllio, & hm̄i similiter suo modo in augmēto statu, & declinatione. tu itaque considera, & pone ex datis.

H Pro ultimo, & sexto corrigant accidentia. unde, quia in somnietas accidere consuevit; prouoca somnū cū exhibitis intus, & extrā inungendo &c. ut supra. i. cap. de superflua uigilia; & tu ibi. secundò attendendum est mitigationi doloris, quæ fit cum selsione in aqua decoctionis chamæmilla, fœnugræ. seminis lini, meliloti, anethi, papaueris, psyllij mandragoræ, & huiusmodi, & non pertrahat aquæ umbilicum. aut ex his, & similibus fiant fomentationes, emplastra unguenta, sacculi, & huiusmodi. item fiant iniectiones ex his ad intra, aut cum oleo ro. camphora, succis herbarum frigidis, & huiusmodi. & semper habe menti, q̄ matrix est frigida cōplexionis. quare caue his frigidis. itē ualet oleū ro. cū albumine oui percussum pinguedine gallinæ, & aquæ arnoglossæ iniectum, siue styllatum. quod, si dolor multum infestauerit; adde aliquid opij. item ualet collyrium album & cum opio cum lacte instillatum. item aqua decoctionis corticum

corticum mandragoræ, papaueris, & huiusmodi. item decoct. facta ex coriandro, papauere, solatro, addito oleo ro. item lac asinæ, succus arnoglossæ coniunctim, & diuisim. & in summa applica anodina, aut in fessioibus, aut in clysteribus, emplastris, suppositorijs, fomentis, unguentis, & similibus. suppositorium mitigans in causa calida. R. ro. siccarū. ʒ. iii. seminis lactucæ, & amili. ana. ʒ. i. terratur cribellentur, & cū oleo ro. & lacte mulieris confice. ad idem. R. cera, olei chamæmillini, adipis anatis, opij. an. & supponitur cum lana. ad idem. R. se. lini cōtriti, maluauisci. ana. ʒ. v. uitelli oui elixati, croci. ana. ʒ. ii. opij, seminis iusquiami, ana. ʒ. i. confice. tertio consuevit uenire cordis passio, ad quam sequitur syncopis, sudor frigidus, uocis ablatio, & debilitas stomachi, pro quorum remotione recurre suis locis supra. & hæc satis.

De apostemate frigido matricis. Rub. 11.

IN APOSTEMATE frigido eius, cuius signa posita sunt in præcedenti rubrica, oportet suo modo seruare eos canones, qui de calido scripti sunt. unde dixtam ordina ad contrariū causæ, & abstine utrobique; in principio ab aperiuiuis, & prouocatiuis, & stude, ut cibusetiā minore, stetq; in aere calido, abstineat omnino à potu aquæ frigidæ. De phlebotomia in principio fiat, ut dictum est de calido, & minorem quantitatem sanguinis euacuando.

De digestiuo, si tolerat, da de his, quæ conueniunt, de quibus tract. iiii. & similiter de euacuatuiuis eodē loco, & uomitus uehementis est iuuamenti ad illud. diuersiones fiant ut supra; sed non ita fortes.

Et, antequam cōpleatur quintus; numerabo aliqua simplicia, & cōposita, quibus perfici habeat. & ex calidis apatiibus, ac tumoribus matricis conuenientibus sunt agnus castus, sessio in decoct. eius, adeps anseris, ciconiæ, althæa, amurca olei, anethū, butyrū, calamus aromaticus, cheyri, cerotum hyssopi Mes. secūdo antido. cinnamomū, emplastrū philagrii Aui. secūdo antidota. fœnugræcū, laudanum lini semen, liliū, matricaria, oleū anethi, pulegiū, pix, ruta, spica, squinantum, ireos, hyssopus, zurūbet. tu itaq; in principio administra repercussiuua ex calidis, & frigidis mixta in augmento, statu, & declinatione te habe, ut dictū est de calido. & pro his clarius habendis relege, q̄ de apate frigido stomachi, ac hepatis, renū, & uesciæ dicta sunt: & tu ibi. uñ fac iniectiones, sessiones, emplastra, nascalialia, suffumigia, embrochas, siue fomentationes, & huiusmodi cum calidis pariformiter, ut de calido dictum est.

Pro mitigatione doloris audi Aui. de eo nō est cū dolore, de quo sit curandū. tu tamē habes anodina calida iā dicta sæpe, & supra in tract. v. quibus utere fm uaria ingenia dicta. laudat sessio hæc. R. sansuci, balsamitæ siccæ, abrotani, se. caulium, fœnugræci, sem. lini, chamæmillæ, melliloti, ana. partes æquales, & est Ras. ix. Almanforis.

De apostemate duro matricis. Rub. 12.

CUM autem apostema matricis non resoluitur, neque ad saniam peruenit; tunc facta resolutione partium subtilium ad duritiem uenit, quod tactus ostendit, & sic durum causatur apostema.

SIGNA cuius de apostemate matricis dicta sunt.

CVRA. in cuius cura dixtam ordina ad contrarium causæ; qm̄ aliqñ talis humor faciens apostema est melancholia, aliqñ talis per adustionē factus, aliqñ humor grossus in se. unde in primo conueniunt spinachia, borago, lactuca, cucurbita, carnes hœdi, pullorū & hm̄oi. & in secūdo carnes arietū, gallinarū, uitella ouorū, sapa, zucc. cinnamo. liquiritia, uinum dul. clarum, lymphatum, modicum; & hm̄oi.

Secundò da digestiua ex appropriatis supra. iiii. tracta.

Tertio euacua cū conuenientibus allegato loco. quarto localia applica lenientia, & mollificatia, ex quibus sunt adeps lupi, anseris, ciconiæ, althæa, bitumen iudaicū, ebullus, fœnugræcum, mucillago eius, ficus, laudanum, semen lini, liliū, malua, matricaria, medulla cerui, uituli, oleum de lilio, de croco, oppopanacum, bdellium, amoniacum, origanū, pix, terbentina, hyssopus herba, hyssopus humida. in horum autem applicatione diuersa sunt ingenia secundum, quod dictū est in præcedentibus capitulis. unde fac sessiones quasi cōtinuas in aqua decoct. radicem mal-

A uauisci, maluarum, uiol. anethi, florum chamæmillæ, fœnugræci, & hm̄oi, & cum his semper ponat aliquid olei, & deinde supra locū ponatur diaquilon ad serophulas, uel emplastrum de lilio, amoniaco, storace, oleo de semine lini, uel de lilio, aut de chamæmillâ dissoluta adinuicem, & cum cera. item clysterizetur matrix sæpe cum mollificatibus, sicut cū oleo de chamæmillâ, mucillagine, seminis lini, uel fœnugræci, aut oleo anethino mixto cū storace liquida uel cum aqua decoct. maluauisci, meliloti, in qua dissoluatur oleum de semine lini, & mel ros. & aliquando amoniacum, aliquando bdellium. item ad extra ungetur cū ungueto hoc locus durus. R. pinguedinis anseris, gallinæ, anatis. ana. ʒ. i. butyri. ʒ. iii. bdellij, amoniaci, ana. ʒ. ʒ. olei chamæmillini, aut de semine lini. ʒ. ii. dissoluantur gummæ in oleo, & liquefiant cum butyro, & pinguedinibus in caciola ad ignem, & coletur. cumq; uideris, quod hac uia apostema ipsum neq; resoluitur, neq; mollificatur; sed eius durities crescit, & dolor, & fe. & grauitas loci; tunc scias apostemata deuenire ad cæcum. & cū cancer factus est; nō curatur; sed moritur B mulier iuxta illud Senis. xxxviii. aph. vi. sect. Cancros occultos omnes melius est nō curare; curati enim cito pereunt; nō curati uerò longius tēpus perdurant. sed de isto in rubrica propria infra. q̄, si remittetur durities, dolor, & feb. tūc deueniet ad saniam. q̄ cū cōtigerit; aperi, mundifica, absterge, consolida, ut dictū est. unguentum expertum ad durū apostema matricis. R. folia capparidis, infundatur in aqua, donec leniantur, & teratur cum eis caulibus cum aqua mellis, & ex his cū cera citrina fac unguentū. item flores caulium, & folia eius sunt conuenientia hoc casu fm Aui. sed aduerte, q̄ sessiones sunt in similibus multum efficaces & ideo cū eis iusta cum potes alia ingenia parte operare cū clysteribus, suppositorijs, & huiusmodi, ut supra de calido, & frigido. quinto mitiga dolores cū mitigantibus sæpe dictis, de quibus supra. v. tracta. ut sunt althæa, anethū, fœnugræcum, semen lini, fœx olei, etiā addendo frigida opiata, si fortissimus foret, & aliter nō faciendo sessiones, nascalialia, clysteria, & hm̄oi, ut dictum est. & hæc de duro apostemate sufficient.

De cancro in matrice. Rubrica. 13.

CANCER absolutè fit ex materia per adustionem sanguinis ad melancholicum conuersa infiltrata, & inserta in uenis circūstantibus loco apostematis ipsius, per quas uenas natura ipsa transmittit continuè humiditates melancholicas in eis contentas ad ipsum apostema in augmentum malitiæ eius, & quantitatis cōtinuæ. ex quibus apparet, q̄ uenæ sunt radix ipsius. & ideo, cū accidit in mēbro, à quo ipsum cum suis radicibus euelli nō potest; redditur incurabilis: & hoc uoluit Ga. vi. apho. in commeto aphor. allegati iuxta finem præcedentis rubricæ. ex quo intelligitur, q̄, cum tale matricis eo modo curari non possit; ipse est in eo loco incurabilis saltem uera cura. cum autē blanditiua potest curari, id est, mederi, & de hac potes te intro mittere, & in fine honorem non habebis; sed tu parentibus prius notifica.

SIGNA supra de signis apostematum eius.

CVRA autē blāditiua sit hæc. primò dietā ordina ad contrariū causæ; q̄ sit frigida caliditatis extictiua, & humida & plus humida: nā ex frigidis nō debet esse multum eleuata; sed temperamento propinqua: & tu supra. iii. tract.

Deinde materiam digeras. & de appropriatis usualibus sunt sy. de epithymo, sy. de fumo terræ, & hæc dabis cum aquis suis continuando.

Tertio euacua cū euacuatuiuis materia adustæ, de quibus supra. iiii. tracta. ualent & pilulæ foetidæ, & indæ, & de fumo terræ, & huiusmodi. & de phlebotomia inquit Aui. & euacuatione sanguinis ex basilica asidua, & saphenæ post ipsum in quibusdam horum.

Quarto applica localia. unde laudat sessio facta omni die in aqua decoct. ros. maluarum, radicis maluauisci, in qua ponitur oleum ro. item epithemetur locus continuè cum ungueto, quod sic fit. R. olei ros. uel nenupharis, aut papaueris. ʒ. i. cera. ʒ. ʒ. camphoræ. ʒ. i. ʒ. liquefiat cera, & caphora puluerizata ultimo loco ponatur. & cū his adde aquam ro. itē clysterizetur matrix sæpe cum aqua decoctio

nis cāphoræ, nenupharis, papa. al. & ro. ru. & aliquantulū iusquiami, parum tñ, & specialiter si dolor ultra debitum augmentaretur. ad idem ualet, selsio in aqua decoctionis pſyllij, papaueris al. nenupharis, uiol. item cum eisdem fomentet, deinde injiciatur unguentum de camphora dictū. inquit Aui. Et unguento arasum est proprietates mirabilis. & hæc sufficiant de cancro matricis.

De ulceratione matricis putrefactæ, & corrosione. Rubrica. 14.

Posit determinationem apostematum matricis cōueniēs uidetur de ulceribus eius mentionē facere. ulceratur itaq; matrix, sicut & alia membra, & specialiter nervosa ut stomachus, & intestina.

CAUSA. & ulcerū suorū causa est; ut in reliquis; quia ab intrinseco humiditates acutæ mordicantes, & hmōi: aut ab extrinseco; ut casus, percussio, incisio facta in apate eius: aut difficultas partus, aut administratio medicinæ acutæ, aut grossities, siue magnitudo uirgæ, & hmōi. & istæ eadē causæ qñq; sunt causa putrefactionis, & corrosionis matricis, quæ corrosio, & putrefactio accidūt ex ipsis ulceribus in profundo stantibus non mundificatis, & retētis in profundo. item & qñq; causa est corruptio embrionis: unde de eis omnibus unicā rubricā feci. sed hic nota, q̄ Auicē. differentiā ponit inter cancerum, & corrosionem; quoniam in corrosione nō est grauitas, neq; durities, & sequitur eā quies in horis quibusdā. & propriē post exitum eius, quod egreditur, non est lōgitudō plurimi spatij in curatione cōueniente. spatium uerō cācri est assidui doloris: & est ibi pulsatio longi spatij.

SIGNA demonstratiua, qñ. si non erunt multum humida, & qñ erunt ex phlegmate falso, pruritus loci nō benē tolerabilis, priuatio superflue humiditatis currētis ex loco, & foetor cum quadā acuitate, & quod ex matrice emanat sanguis mali coloris mixti cum ueneno & sanie indigesta. quod, si fuerit multum humida; erit foetor, & malus, & intolerabilis, & ardor cum pruritu non erit ita intēsus, cursus humiditatis plurimæ, quasi continuē, in qua est uenenu indigestū, nigrum, uiride, uel liuidum, mixtū aliquando cum sanie, uel sanguine.

Signa si fuerit ulcera sequētia apertionem apostematū; tunc signa præcesserunt &c.

CURA, canones. in cura autē ulcerum corrosionis, aut putrefactionis à causa intrinseca, quia ab acuitate materiæ quia sit adusta, aut quia falsa, acuta, mordicatiua.

Dietam prius ordina ad contrarium causæ ex parte cibi, & potus.

Deinde da digestiua alterantia, de quibus tract. iiii.

Tertiō euacuatia, ut eodē loco. administra clysteria cū ipsis euacuatuis appropriatis materiæ, & decoctiones appropriatas eisdem ex malua, uiol. sena, polypodio, fumo terræ, epithymo, & eiusmodi. item, si cætera cōsentiūt; fiat phlebotomia ex basilica. unde Halyabas. In cura ulcerum matricis. si ori matricis pustulæ acciderint; basilicæ utendum est phlebotomo: si particularia, consentiunt, aut saphenam minue, ut suprā.

Quartō administra ex selsionibus, emplastris, fomētis, clysteris, nascalibus, & unguentis, & hmōi. ex conuenientibus calidis, & frigidis, ut exigit materia, ex quibus sunt alumē scissum, amurca olei, anethū, arthemisia, foenugracum, lac, laudanum, maluauiscus, mastix, medulla uitulli oleum uetus cum agresta, hordeum, portulaca, uirga pastoris, urina, hyssopus humida, lapaciū, fumus terræ, epithymus, & huiusmodi. sed tu prius considera, q̄ horum ulcerū quædam sunt cum putredine, quædam absque putredine, & appellantur simplicia respectu primorum. item q̄ aliquando sunt in profundo, & quædam non. in facto absque putredine curatio est consolidatio, quæ tamē difficilis est. unde Gal. incisio uulnæ difficilis sanatur. in eo uerō quod est oppositum, siue cum sordicie, cura est mundificatio, & consolidatio. unde administra aquam mellis, aut passularū iniicias cum instrumento maximē, si fuerit pfundum, aut decoctione ireos cum hordeo. item mundificat mel ro. cū farina lupinorum, siliginis, foenugraci impositum cum nascali. facta mundificatione consolida cum unguentis, pul-

ueribus, & hmōi habētibus consolidare. & diuersifica; quoniam in principio, cum nondum orta sit caro; administra, sicut unguentum hoc. ℞. litargiri, cerussæ, sarcocollæ. ana. & fiat ex eis cerotum cum oleo ro. & cera. quod, si fuerit sordicies; administra cum eis parum floris æris, & mellis. cum uerō caro incipit nasci; quia extimatur illud extimatione debita dato, quod nō uideatur; administra, sicut hoc. ℞. thuciæ ablutæ. parte ii. climiæ argenti, cerussæ, sarcocollæ, omnium ana. par. i. fiat ex eis cerotum cum oleo ros. & cera, & administretur cum tenta. incarnatiuum, & consolidatiuum bonū. ℞. aloes, thuciæ, hæmatitis, pulueris chartæ combustæ, pulueris cucurbitæ siccæ adustæ, ana. ʒ. i. puluerizetur, & hunc puluerem administra cum lycinio, clysteri, aut aliter, ut uidebitur. in facto casu, & percussione præmissis uniuersalibus sæpe dictis procede, si sordidū est cum abstergentibus, consolidantibus, ut dictum est. quod, si fuerit propter magnitudinem uirgæ; administra illico cōsolidantia ex stypticis; ut balauitia, bolus ar. plantago, terra sigil. albumen oui, dragagantum, succus portulacæ, & hmōi faciendo, selsiones, unguenta, & huiusmodi, ut suprā sæpe. deinde, si ad uirum eundem reddidit; redeat cum cautela; sed tutius est, ut ab eo alienetur. in ulceribus recentis temporis aloes tritum mirabiliter ualet, & thucia optimē quod, si fuerit humiditas multa, ualet cortex pini, & lapis hæmatitis, & medicamē de charta combusta, cucurbita, & alumine usto. Quintō mitiga dolorem, si necesse erit, addendo suprā dictis selsionibus, clysteribus, & aliis semen papaueris, iusquiami, & de camphora. Et, si foret intolerabilis, ut suprā admiscere aliquid opii; non foret incanicum. & sic sufficiant.

De fistulis matricis. Rubrica. 15.

ACCIDIT, quod ulcera hæc, & apata dicta quandoq; in eorū cura prolongātur, aut quia non debite curātur, & ipsa, ppter putredinē multam corrosiuam concauātur, & in fistulas conuertuntur. quare in principio debet esse medicus multum sollicitus: nā ipsæ de difficili curant; immo ex eis aliqua curam non recipiūt. unde, quia opus magis chirurgicum est; tamen etiam quia de ipsis fistulis actum est satis suprā de fistulis ani; hinc de eorū cura faciliter pertransibo à duce meo non recedens hic primō, ut ipse ponendo signa, secundō curam.

SIGNA demonstratiua, longitudo putrefactionis, & ad hærentia doloris, antecessio ulcerum, quæ non sanabatur cum curationibus, & prolongatur spatium, & currit uirus deinde dolores sicut, dolores cācri. & cognoscit locus ei⁹ cū radio, & ubi peruenitur cum eo. & scitur status eius etiam an sit in carne adhuc, aut pertranseat usq; ad os per illud, quod sentit extremitas radii ex leuitate, & molitie, & asperitate, & duritie.

PROGNOSTICA. Fistulæ in aliis locis de difficili curantur, quid erit in his.

CURA canones. quādoq; accidunt in matrice fistulæ, quæ quādoq; pertranseunt carnē, & apparet ab eo, quod uicinū est ex mēbris ita, ut corrūpant os pectinis, & putrefaciant ipsum, & collū matricis, & quādoq; perueniunt ad abradendum pilos pectinis, & incedūt usq; ad partes ani, & lacertorū eius etiā. quare tunc pars earum est in manifesta matricis, & pars est ī interiori parte matricis, & sunt in unoquoq; latere matricis. & quæ ex eis est in profundo non est possibilis, ut curetur, & similiter perueniens ad uesciam. reliqua uerō ab istis curationem habent; & si sit difficilis, & deterior. & eius, quæ peruenit ad abradendū pilos pectinis, & p̄prie cum perforat os foramine paruo, cura est duplex; uera, & mendosa, ut allegato loco, & suprā de tenesmo; & tu ibi. cura uera fit per abscisionē, quæ quia periculosa est propter neruositatē membri; timeť ex ea p̄mixtio rationis spasmus, & amissio uocis, & tādē mors ideō cura eius non est possibilis, nisi eius, quæ posita est in manifesto, & cuius carnem mortuam oportet incidere. cura uerō mendosa est cum ordinatione dietæ, mundificatione corporis, confortatione matricis, & administratione rerum exiccantium ex unguentis, emplastris, iniectionibus, & aliis in fistula conferentibus, pro quibus allegatis duobus locis recurre.

De rhagadijs matricis. Rub. 16.

CONTINGIT rhagadias matrici superuenire: ut ano, quarum descriptio ibi requiratur; sunt enim fixuræ cū quibusdam eminentijs carnosis.

CAUSAE. & ipsarum causæ sunt siccitas uehemens matrici contingens, aut partus difficilis, aut apostema. & in principio, cum accidunt; sunt satis leues, occulti doloris, deinde manifestantur tactu, aut uisu: tactu digitis, ut dicitur. item quia apud coitum sentitur dolor non consuetus; ut in positione cannæ clysteris in ano: uisu; quia uirga exit sanguinolenta. item quia medicus per impositionem speculi ea comprehendit.

CURA. canones in earum cura præter generales intentiones memorando etiã phlebotomiam, si uidebitur conuenire, ut supra de ulceribus. de qua scito, quod facta ex basilica sinistra manus, aut pedis sinistri est maximè iuuatiua. matricem alleuando à cursu materiæ facientis, & conseruantis rhagadias has tres habes. prima est mundificatio si necessaria fuerit, ut supra de ulceribus. secunda est consolidatio earum. tertia est accidentium mitigatio. sed scito, quod earum aliquæ sunt extrinsecæ, quas medicabis cum thucia trita ualdè, & uitella oui, & sine cessatione fiat adhærentia ipsius medicaminis ad eas: item ualet unguentum de cerussa maximè absq; aceto. item, si fuerit calor acutus; ad ministres succum portulacæ, aut lactucæ, aut mucillaginè psyllij, & ista sint ducta, & mota longo spatio in mortario de plumbo. de mitigatione doloris sæpe in præcedentibus rubricis. & quædam profundè, quas medicabis cum suppositorijs, clysteribus, iniectionibus, & huiusmodi: primò, mundificatiuis, ut supra de ulceribus, corrosione. secundò cum stypticis incarnatiuis; sicut unguentum factum ex climia, & plumbo adusto, & unguentum rhagadiarum ani: & tu ibi. item ualet, si nouæ sint, uidelicet clyster ex sanguine dra. bolo ar. aristolochia, myrrha, thure, uel cum lana supponitur. quòd, si senserit mordicationem patiens ex unguentis administratis; addatur unguentum basilicon cum adipe anatis. quòd, si fuerit cum rhagadijs grossitudo uehemens, quam significat longitudo spatij, & paruitas receptionis curationis; administra unguentum de chartis cum oleo ro. si uerò non tolerat illud; ponatur cum eo oleum de lilio, & gluten alimbath. cum ergo quiescunt; curentur cura rhagadiarum purarum, & propriè quando ulcerantur, & quando indigent eis, quæ sunt, sicut cortex æris, aut dragagantū optimè tritum, aut gallia, aut aggregatio eorum. & hæc est cura ducis, quasi tota ad literam posita.

Et, quia tandem consueuerunt dominas molestare, quibus omnino ad plenum est satisfaciendum iuxta posse; hinc ut ibi, & eis magis complaceam, particularem curam describam. unde, quãdo fuerint à siccitate cum calore, & pruritu, & scissuris; sæpe in die fomentetur locus, & humefiat sedendo in aqua decoct. cancrorum, ranarum, limaciarum, & maluæ, & si uis, adde semen lini, deinde exiccetur. locus inungatur cum unguento de cerussa, cui addatur aliquid camphoræ. itè ad idem. R. unguenti populeon. ʒ. ii. caphoræ. ʒ. i. ʒ. cerussæ ablutæ cum aqua ro. ʒ. ʒ. albuminis ouorū numero. i. misce, & icorpora absq; igne. cum autem remotus fuerit pruritus; abluantur rhagadiæ sæpe cum uino calido rubeo decoctionis myrti, thuris, & nucum cupressi, & aloes, uel thuciae, aut mummiae, & sic consolidabuntur. ubi uerò fuerint cum eminentijs; remoueantur eminentiæ illæ cum unguento uiridi, alumine usto, & huiusmodi, & mundificetur locus, & consolidetur, ut dictum est de alijs absq; eminentijs. sed nota, quod aliquando eminentiæ sunt tantæ, quod oportet ferro uti, quas quidam nominant caro addita, quidam sulphur. item quandoq; accidit in matrice, sicut uirga & hæc omnia aut ferro, aut medicina corrosiua, aut ligatione remouentur: quæ chirurgicis relinquo. & hæc sic posita sufficiant.

De pruritu, & priapismo matricis. Rub. 17.

IAM ex cura ulcerum, & rhagadiarum patere potest cura pruritus; cum quasi ex eisdem fiat causis: nam humores cholericis, acuti, salsi, nitrosi, corrosiui, melancholici adusti secundum quod apparet in dispositione coloris menstrui, sunt causa ipsius. unde simili modo te habere debes ex parte dig-

Atæ, digestionis, euacuationis ipsorum humorum cum appropriatis, de quibus. iij. tract. phlebotomia ex nigra, & se cundatione ex basilica, si uidebitur expedire. deinde cum administratione eorum, quæ contrariantur ipsi pruritu secundum suas causas. unde laudatur unguenta posita in præcedenti rubrica circa finem de cerussa. itè. laudantur rosa, sandali, sief memithæ, acetum, oleū ro. succi, portu. caphora, plumbum, thucia, & huiusmodi ex his facie. do em brochas, imponendo cum suppositorijs, iniiciendo cum. ia strumento: & sic diuersimodè secundum diuersa ingenia. expertum ad pruritus. Auic. R. folia menthæ, & cortices granatorum, & lentes excorticatas, & decoque in uino, & supponatur. & laudat suffumigium ex uino, medulla granorum myrti, & citri; sed tu ex datis compone. accidit autem ut ad hunc pruritus, uel ad causas suas sequatur in muliere priapismus; quoniam accidit etiã in mulieribus ex causis dictis in præcedenti capitulo de satyriasi, & priapismo in uiris: in quo mulieres stant semper cum appetitu ad coitum, & habui unam talem in manibus meis. & hic priapismus, de quo est hic sermo, coitu non tollitur; sed magis ex frictione augetur. & cura est, sicut cura pruritus, & ultra frangere caliditatem spermatis cum medicinis infrigidantibus, de quibus allegato loco: & tu ibi: nam ea administra per intra, & ad extra sicut diuersa ingenia sæpe memorata. & ordina dietam, in qua consistit magna pars curæ, &c.

De hæmorrhoidibus matricis. Rub. 18.

QUID sit hæmorrhoidis, supra habitum est in principio. xvij. capituli.

CAUSAE. eueniunt autem matrici, sicut & ano hæmorrhoides successione rhagadiarum, aut apostematum, quæ cum fuerint extra matricem; sanantur, & parum sanantur factæ profundæ. Auic. & ut, dictum fuit in allegato cap. quãdoq; in retentione menstruorum eueniunt mulieribus in ano, & illæ præseruât eas à difficilibus ægritudinibus, quas possent incurrere ex menstruorum retentione.

CURA. Canones seruentur proportionales his, qui dicti sunt de hæmorrhoidibus ani: & tu ibi. sed hic nota, quod aliquando ex uehementia doloris; quia natura medicaminibus nõ iuuatur; oportet eas incidere, in quarum incisione timor magnus est de nimio fluxu sanguinis. & ideò, cum ad tale opus peruenitur; oportet mulierem ponere in loco frigido, & quod post incisionem stet cruribus eleuatis ad parietem per horas duas, uel circa, & super incisuram ponatur attramentum, alumen, cortices thuris, & huiusmodi, etiã aliquando ferrum ignitum, ut allegato loco. & supra uentrem, & dorsum pone infrigidantia ex petijs infusis in aceto; ut in aqua decoct. rerum stypticarum, aut in oleis stypticis, & rebus stypticis frigidis, & est bolus armenus, sandra. acacia, hypoquistidos, & huiusmodi, ut supra de dysenteria. item fiant ex similibus selsionibus. & omnia talia applicentur frigida actu. ligentur extrema. ponatur uento supra dorsum, pectinem, & quæ sequuntur ea; sed prius tenta cum lenificatiuis; ut sunt althæa, chamæmilla, foenugræcum, melilotum, & huiusmodi, si ex his natura iuari potest. quòd, si non; transeas ad ferrum. & hæc sufficiant.

De inflatione matricis, & cognitione eius. Rub. 19.

MULIEBRIBVS quandoq; accidit, ut earum matricis inflentur aut propter casum, uel percussione, aut partus difficultatem, aut propter aliud, quodcūq; sit, à quo debilitetur complexio earum. unde materiæ in eis contentæ uentofentur, & ipsas inflent. item & oppilatio eueniens propter frigus coarctans in concauitate matricis, uentofitate, quæ quidem uentofitas quandoq; coarctatur in concauitate, quandoq; in angulis, quandoq; in uillis eius: & secundum hoc dolor accidit maior, & minor. & propter illud, quod dictum est de cognitione eius sequendo duces. cum accidit dolor; extenditur usq; ad pectinem, & dilatatur in inguinibus, & deriuatur usq; ad coxas, & eleuat ad diaphragma, & stomachum, & habet uocem, sicut uox tympani, & hydropisis tympanitis. & quandoq; est permutabilis, & associatur ei pulsio, & punctio, & punctura, quam euaporationes cum uirtutibus caliditatis sedant. & redit cum reditu frigoris, & compressio permutat eam in rugitū, & augmentatur cum ea pecten, & fortasse remanet hæc uentofitas

tas spatio uitæ. & existimât quidam, quòd dominûs matricis super sperma, resoluit hanc uentositatem, quasi non sit.

PROGNOSTICA. Illa, quæ est in uacuitate, est debilior: deinde, quæ est in angulis: postea, quæ est in concauitate.

CVRA. canones. ordinatio diætæ, digestio, euacuatio & administratio rerum, confortantium matricem, & uentositatem carminantium. diætæ ad contrarium causæ ordinatæ. digestio, & euacuatio fiat cû appropriatis suprâ .iiii. tractatibus. quæ autem matricem confortant, & specialiter ex calidis, habuisti in principio ca. de mala cõplexione matricis. collyria, clysteria sunt maximè conuenientia ex oleis calidis, anodinis, resolutiuis; ut est oleum anethi, chamæmillæ, liliorum alb. rutæ, cum uino aromatico. itè ad extra emplastrum ex ruta, agno casto, cimino, centaurea, aniso, maiorana calamento, ameos, & hmõ cum oleis dictis, & croco. itè conueniunt sersiones in aquis decoctionum prædictarum rerum. tu itaq; diuersa operare ingenia, ut sæpe dictum est itaq; administra per superius, & inferius intus, & extrâ uentositatem carminantia. sicq; eã annihilabis, & quæ confecerunt colicæ ex uentositate, huic afferantur loco tanquam utillima: & tu ibi. & nota hic, quòd filatum linum coctum cum aqua, & cineribus maximè ex stipitibus caulium factis efficaciter iuuat ad uentositatem matricis annullandû. inquit princeps de cura uentositatis eius. cura est, ut sumat omni die. .j. i. .j. de diamarte cû. .j. i. cimino, & sexta. .j. i. masticis. ualet in hoc casu triphera Gale. descriptione posita in Mes. in qua non ponitur opiatum aliquid, & ideò continuari potest philonium persicum, & illud descriptione Mes. in his tamen opiata ponuntur, & consimiliter in diamarte. si ergo uti potest omni die, & securi triphera Gal. considera. & hæc sufficiant.

De augmento matricis, exitu, & conuersione ipsius & est secundum medicos matricis præcipitatio. Rubrica. 20.

MATRIX consueta est quandoq; se ad superiora mouere: & inde accidit dispositio mala suffocatio dicta, de qua in sequenti rubrica. quandoq; se mouet ad inferiora ita, ut eius appareat manifesta egressio matricis. quòd, si ad alterum latus moueatur; incuruatio matricis, aut eius inclinatio dicitur. quidam appellant talem eius motum præcipitationem matricis. & cõiter diffinitur sic, præcipitatio matricis est eius declinatio ad alterum duorum laterum, aut ad posterius, aut ad os uulvæ cum eius egressione aliquã. & hanc descriptionem claudit in se rubrica hæc ex Auice. posita; quæ matrix inflatur per uentositatē in ea clausam, & quæq; apostematur maximè, cum egreditur uulvã, & intramitti non potest. hinc ab Aui. scribitur de augmento. item quia cum sentitur cum nocumento in altero laterum uideatur esse ob hoc magnificata: & ideò &c.

CAUSA præcipitationis eius est omne illud, quod est causa, uel esse potest mollificationis neruorum, siue ligamentorum sustentantium eam. unde, cum mollificati sunt; descendit maximè, quãdo mollificatio est in radicibus eorum. quæ, si fuerit in his, quæ sunt in altero laterum tantum; declinabit ad illud tantum. & tale est aut mala complexio frigida pura, quam acquirit ex sersione super lapidem, balneatione in aqua frigida, nimio aquæ frigidæ potu, & huiusmodi aut materialis; ut humor phlegmaticus, uiscosus, & est in plurimum: aut putrefactio ligamenti accidens ex apostemate, & hmõ. item & declinationis causa est quãdoque durities matricis causata in altero laterum propter repletionem illius lateris ex humoribus grossis uiscosis facientibus illam, quæ ex tactu comprehenditur: aut causa primitiua; ut casus, percussio, fortis uociferatio, sternutatio fortis, & assidua, strepitus fortis ex somno, uel alio, ob quod mulier sit terrefacta: unde accidat fluxus inordinatus humiditatum phlegmaticarum ad matricem ob debilitatem uirtutis sic subito continentis, & non regulati pro tunc. Item quia eo casu matrix infrigidatur multum ex retentione spirituum, & frigiditas est causa illius tunc aut propter difficultatem partus, aut propterea quia obstetrix multum laborauit in trahendo foetum, & secundinam, aut exitus subitus foetus: quæ omnia sunt causa mollificationis, & extensionis ligamentorum sustentantium matricem in loco suo.

E & idè operatur auditus malorum nouorum; ut est mors filiorum, terrores omnes fortes, portare grauiã pòdera, & huiusmodi: & tu etiam pro his recurre ad causas mollificationis suprâ de paralyfi. item causa est quandoq; naturalis. unde Plato inquit. uentriculi, qui in uulua dicuntur, cum sint quasi animati; concupiscunt filios procreare, si diu permanserint. quæ tinctum non afferant, angustiantur, & nequeunt in uno loco manere; pro corpus enim moti uias spiritus oppilat, anhelitum etiam corrumpunt. quare magna, & diuersa accidètia mulieribus fiunt. unde, quæ frequenter decipiuntur medici credentes talia accidentia ex alia prouenire causa. & ideò sollicitè considera habitudinem, complexionem &c. ipsius mulieris.

SIGNA demonstratiua, quia mulieri accidit dolor in pectine magnus, & in alchatin, & dorso, & cum his sunt quandoq; febres, accidit quãdoq; difficultas foecis, & uirina; quia matrix comprimit meatus. & accidit spasmus, tremor, & timor absq; causa, & sentit rem rotundam in pectine, & sentit apud uulvam rem descendentem leuis tactus, & propriè completur conuersio, & egreditur, quod intrinse cum est manifestè, & est cum tumore in loco, ad què declinat, quod tactus, aut digitorum intromissio declarat. & in eo est dolor, & grauedo. quòd, si cadet, sentit dolor uersus inferiora, & quæ notabiliter apparet extrâ aliquando. quòd, si fuerit intrinseca; comprehenditur digito imposito: nam si foramen matricis est in directo alterius foraminis; nulla est dislocatio: si non, scilicet, quòd, si fuerit tortuosum; erit ibi dislocatio.

PROGNOSTICA. si passio hæc perseuerabit; de difficili, aut nunquam curabitur, non sperat curatio, nisi eius, quæ recens est in adolescentia. Aui. de cura eius.

CVRA. canones ordinatio diætæ, digestio materis, euacuatio eiusdè, particularium administratio, accidentium correctio. & hic in primis audi uerbû Aui. de cura eius, nõ speratur curatio nisi eius, quæ recens est in adolescentia. & ideò salutem noli nisi cum cautela promittere.

Diætæ ordinetur ad contrarium causæ. quòd si causa fuerit absq; materia; sola sufficiunt alterantia. sed aduerte, quæ causa immaterialis, cum prolongatur; efficitur materialis debilitando locum, in quo nutrimentum non digeritur, & pro magna parte fortia membra mittunt ad debile. item quia matrix est cloaca: ideò magis est in ea suspicandû. tu itaq; diætã ordina ad contrarium causæ ex positis suprâ tract. iiii. & tu ibi pro omnibus.

Digestio etiam fiat cum appropriatis positis suprâ tract. iiii. sed aduerte, quæ, ut suprâ in princ. cap. acetum, & aceto sa lædunt matricem; & tamen, ubi sit necessaria incisio, nõ esset malum ponere in digestiuis oxymel simplex; quoniã in eo remittitur aceti malitia in neruosis membris, & ex eo maius, ut credo, accidet iuuamētum nocumento. quòd, si causa calida fuerit; quia etiam ab illa potest contingere ut ex dictis patet: & ideò dicebatur secundum plurimum dari potest oxyzacchara.

Euacuatio autè consimiliter fiat cû appropriatis dictis allegato tractatu; sed in principio incipe cum clysteribus lenitiuis, & educantibus materiam, & administratione diureticorum, & solutiua non sint fortia, ne ad locum inferiorem secû ducant materias alias nocentes, ut de aliis suprâ sæpe. & hic nota de phlebotomia, quòd quida dicunt eam maximè conferre, & ipsam faciunt post euacuationem phar maciæ in quarto, uel in quinto die à principio ægritudinis ex saphena interiori. sed credo eã non conuenire nisi materia existente sanguinea, aut sanguini cõmixta, aut quia durities esset in causa ex repletionem facta, quo casu cõpetit phlebotomia saphenæ ex latere opposito declinationi eius & ideò dixit dux. Oportet ergo, ut phlebotome in saphena parte, cui supposita est pars declinationis, si sentit repletio, & dicit obstetrix, quæ uenæ in illa parte sunt tēsæ, & repletæ item in declinatione ad inferius competit ex basilica.

IN ADMINISTRANDO particularia nota hos canones. primus est matricis ad locum suum reductio. secundus est eius reductæ conseruatio. & in expediendo primû nota prius, quæ licet conuersio matricis ad superiora non cadat sub descriptione præcipitationis data, quæ est assignata secundum

secundum cœm scholam; tñ etiam talis motus eius ad superiora; sicut placet Francisco de pedemontium addendo suam particulam claudi poterit. & ipsa recipit curam. ex parte diætæ, digestionis, euacuationis, etiã ex parte phlebotomiæ saphenæ, & utriusq; ut dictum est, trahendo ipsã ad inferius. si itaq; declinat ad superius; fac phlebotomiã ex saphenis, deinde ueni ad canones duos iam positos. unde in primis fac fortiter mulierem sternutare, item retinere anhelitum comprimendo ad inferius. item pone uentosas in inguinibus, coxis, & pectine. liga coxas ligatione dolorosa, & hmõ. deinde fac obstetricem inungere sibi manum, & digitos ex adipe gallinæ, aut anatis, & cum manu cõprimendo, & tractando, secernendo, ut poterit, ad locũ suum reducat. item applicet odorifera ante os matricis; ut est galliæ muscatæ, suffumigatio, & est medicina propria; matrix enim ad odorifera sui proprietate mouetur, & foetida fugit: & ideò talia naribus applicentur, ut infra in sequenti rubrica de præfocatione. & ideò uisum est plus attingere præfocationi cõuersio eius ad superiora, quàm præcipitationi, & tu considera. ubi autem fuerit declinatio ad inferiora; tunc præcipiat obstetrix, ut mulier in lecto iaceat & quiescat in eo, deinde q̄ crura eleuet ad superiora, deinde manibus inunctis, ut dictum est, quærat intromittere matricem. item intromittat digitos subleuando, ad æquandõ, & ad certitudinem ducendo, & hoc dico, ubi faciliter intromitti possit. quòd si prius indiges mollificatione cù balneo, aut fomentatione, & hmõ, & lenitiuis mollificatiuis; ante omnia illud agas. item per contrarium uetosa ponantur super radicem suminis, super dorsum, super umbilicum, & huiusmodi, conuertentia ipsam ad motum sursum. mulierque ipsa etiam cum suo motu ex parte crurium, & totius corporis se iuuet.

Quibus peractis ueni ad secundũ, & administra p̄ interiori, & exteriori styptica ex parte emplastrũ, linimentorũ, fomentationũ, & hmõ. unde pone suppositoria lana in tincta in uino decoctionis rerũ stypticarũ; ut sunt myrtus, cortex granati, acacia, lens excorticata, & hmõ, ut supra de fluxu menstruorum; & tu ibi. item fac, ut nō sentiat foetida, sed odorifera naribus appone. fugiat sternutatione, tussim, & hmõ habetia ipsam ad inferiora mouere; sed stet, ut supra, i lecto semper supra dorsum, & quieta, & hoc si descenderet ad anteriora. quòd, si ad posteriora; super uentrem: si altero laterum; super latus oppositum, in quibus duobus casibus operare cum complemento duorum canones sic positorum.

Tacti sunt modi operandi in cura hmõ dispositionis, nec positi sunt canones s̄m seriem causarũ, ut breuiloquus sum, quos sub breuitate colligam, quorũ complementum ex habitis in rubricis præcedentibus est manifestum. nam cura malæ complexionis patet in rubrica de mala complexionis ipsius; & tu ibi, si ex casu, & percussione; fac phlebotomiam, & diuerte, ut dictum est. intromitte, & age, ut hic ante. & consimiliter, si ex mollificatione facta ex humoribus digeris, & euacues, ut in secundo, & tertio can. digestionum ad hoc. R̄. arthemisiæ, ireos, enulæ, radicem liliorũ, & camedreos, camepitheos, iringorum, rorismarini, radicis apii, buglossæ, adianthos, ana. M. i. maratri, epithimi, florũ utriusque stœcados, petrosellini, sparagi, spicæ celticæ, & quinanti, liquiritiæ mundæ, ana. ʒ. i. zucch. lib. iiii. uini granatorum lib. ʒ. fiat syrupus, de quo utatur mane, & sero cù aqua pluuiali, aut aqua fontis semel chalybeata. solutiuum fiat deinde ex speciebus benedictæ, & agarico cum sal gemma. deinde applicetur emplastrum ex mastice, thure, terbentina, colophonia, oppopanaco, galbano, & serapino, & sic consimiliter procede in aliis suo modo. accidentia autem exitus matricis consequentia sunt dolor, apostematia, inflatio, excoaratio. & horum correctio suis requiratur rubricis; & tu ibi.

RESTAT modo aliquid dicere de cura; quando causa est naturalis, & aliqua adiungere remedia dispositioni conuenientia, de qua in rubrica.

Expediendo primũ dico, q̄ alterum duorũ facere oportet, aut mulierem uiro inungere; ut concipiat, & eam iuuare ad hoc. quòd, si fieri nō potest honestè ac religiose; tunc

A iuuetur cum exiccãtib; sperma dictis de gonorrhæa, pollutione, & coitus exuberatione.

B Pro secundo dicitur, q̄ folia porri torrefacta, & aspersa oleo nucũ, si applicetur loco, ad quem declinat matrix; redit ad statũ suum. itẽ cinis testarum oui, de quibus pulli sũt extracti, superaspergatur uulua exeũti, & super extẽdatur pix liquida reuocabitur ex toto. suffumigatio ex stercore bouino ad ipsam ualet. itẽ suppositoriũ de assa foetida. multa per te cõponere potes ex positis stypticis matrici conuenientibus, quæ styptica non debent esse frigida tantum; sed commiscenda sunt cum calidis stypticis propter cõplexionem eius. sed te oportet moderare, q̄ aliquñ frigida debent uincere, quandoq; calida debent supra frigida obtinere. & tu benè cõsidera: nam aliquando in exhibitione eorum, & similibus accidit ulceratio, pruritus, & huiusmodi. & hæc tibi sufficiant.

De præfocatione matricis, & de aqua congregata in ea. Rubrica. 21.

PRAEFOCATIO matricis est dispositio, in qua mulier uidetur, ut syncopizata, aut epileptica sentiens ex ea suffocari, aut strangulari. cuius causa est conuersio matricis ad superiora, aut eleuatio uaporũ malorũ ex spermate retento circa testiculos matricis, uel menstruo retento, uel humiditates malæ, albæ, ob quæ diaphragma comprimitur, & constringitur: quo compresso premitur & cor. quare debite dilatari nō potest, & fumos capinosos a se expellere, & aerem in sui refrigeriũ debite attrahere. unde uidetur patienti, q̄ suffocetur, & tali nocumento etiam epiglotti communicato uox amittit. unde etiã uidetur propter cõitatem ad gulam, q̄ stranguletur, & mulieres patientes ex matrice frequẽter dicunt sentire circa gulã nocumentum. uñ quibusdam uidetur, q̄ habeant bolum strangulantem, & quibusdam difficultatem attrahedi aerem, & hmõ. Et dictum est conuersio matricis ad superiora; ut ponatur differentia inter ipsam, & præcipitationem: & hoc s̄m cœm scholam; licet Hip. ʒ. i. apho. v. sectionis per præcipitationem intelligat suffocationem. sed, ut sæpe dictum est, à medico de nominibus non est disputandum. dicta itaq; est præfocatio à suo effectu. de differentia uerò eius inter syncopim, & epilepsiam dicitur in de signis. & hæc passio consueuit cõtingere uiduis, & seruantibus castitatem, & his, quibus menstrua retinentur. item uirginibus in primis cum sint uiripotentes: item & monialibus, rarò autem maritatis. & deterior est ex spermatis corruptione. unde tam sperma retentum, quàm etiam menstruum corrumpitur, & corruptum corrumpit calorem naturalem. unde infrigidatur matrix: & hoc est, quod princeps dixit. Et fit conuersio eius, quod retinetur inde ad frigus secundum plurimum.

Item & mala ualde est illa, quæ destruit anhelitum s̄m apparentiam manifestam, & in qua destruit sensus, & motus ita, ut uideat, q̄ mulier sit mortua: & ista è secundũ plurimũ ex spermate. & seuior in gradu tertio est, ad quã sequit tetanus, spasmus, syncopis sine nocumento in ratione, & sensu. etiam frequẽter moriuntur, cum paroxysmus prolõgatur. & tẽpus proportionatũ est autũnus. Et habet hæc ægritudo periodos secundũ plurimũ; sed quibusdam accidit omni die, & illud est raro, ægritudo in se pessima est. & patere potest ex causa assignata; quia uapor faciens eam malus est, & uenenosus cordi, ac cerebro occurrens non mirum si quandoque interficit.

CAUSAE, quidã autẽ causam assignantes dixerũt, aliã primitiuam, aliã antecedentẽ, aliã coniunctã. primitiua, ut frigus constringens, superfluitates ad intra, exercitiũ dissoluens, quies multiplicans, cibus grossus melancholicus aptus in sanguinẽ putridũ cõuerti, somnus multus, coitus dimissio, & hmõ, antecedens complexionalis: mala cõplexio frigida, quare superfluitates resolui, & cõsumi nō possunt. Cõpositionalis; angustia uiarũ, & hmõ. antecedens humoralis; ut menstrũ, aut sperma, peccãtia quantitate, aut qualitate tantũ. coniuncta; ut uapor malus eleuatus cordi & cerebro cõcatus. item ex partu cõpositionis; quia contractus matricis neruorum, & uenarũ ad radices suas. quare accidit compressio diaphragmatis, malus situs matricis & aliorum membrorum.

SIGNA

Signa demonstratiua. quia, cum accidit mulieri præfocatio; contrahuntur genua eius uersus pectus, & cadit supra dorsum suum, uelut mortua. & si tunc uocatur; benè se uocari intelligit, & est, uelut syncopizata iacens, aut epileptica sine manifesto anhelitu. & ante eius aduentum accidit mulieri quædã crurium debilitas, & pigritatio in locutione, citrinitas faciei, & quandoq; rubedo, & similiter oculorum, qui aliquando egrediuntur ad exteriora, quandoq; stant clausi ita, ut nō aperiat eos, dyspnœa, pulsus cordis, dolor capitis, & quandoq; sitis. & cum iã est in proximo; accidit destructio uocis, spasmus in manibus præcipuè cum rubedine maxillarum, & stridor dentium.

Signa. si sit causa retentionis menstruum; signum, qd mulier est aliquantulum benè sana, uidua. boni regiminis, & menstrua defecere, aut menstrua retenta sunt: quod indicat quandoq; generatio lactis in mammillis dicente Hip. Si mulier, quæ neq; grauida est, & c. ut in fine capituli, & est una alia deterior, & acutior secundum, qd menstrua retenta sunt deteriora; quoniam ex eis quædam cholericæ, quædam melancholicæ, ut supra de retentione menstruum, aut nimio eorum fluxu. unde ex phlegmaticis leuiora ex cholericis grauiora patietur accidentia hæc.

Signa. si fuerit ex spermate: cognoscitur; quia tunc menstrua non sunt retenta; sed benè dimissus est coitus consuetus, & est cum difficultate anhelitus, ut prima. & magnificatur in eis timor magis, quàm ex menstruis. & quandoq; contingit, ut obstetrix digitis commoueat matricem spasmodicam, & faciat descendere sperma grossum, & sanatur. nunquid autem accidit uiris; dicendum, qd etiam uiris accidit præua, & mala accidentia ex retentione spermatis, ut supra de eo, quem dimissio coitus lædit; non tamen sic frequenter eo, qd labore resoluitur in uiris. habet præterea mulier menstruum melancholicum malum, quod notabiliter lædit principalia ita, ut quandoq; mors inde sequatur, & accidit quandoq; eas mori; non sic uerò uiris. sed, quare non sic accidit prægnantibus, in quibus menstrua longo tempore retenta fuere; dicendum, qd, licet in eis menstrua retenta sint; ex puriori tamen parte embrio nutritur, & qd superflui partui à natura reſeruat uti, sicque, ne putrefiat, uel congeletur. studiosè introclusum in panniculo secundinæ conseruatur, ex quo matrix non patitur, & fumus ad superiora principalia non ascendit, nisi grandis sit causa. & illud est raro.

E r q u i a hæc ægritudo conuenientiã habet cū aliquibus alijs; idè, si eorum ponentur signa distinctina; clarior erit notificatio: & idè à narratione multorum signorum supersedeo. conuenit autem epilepsia, spasmus, syncopi, apoplexia, lethargia. inter ipsam tamen, & epilepsiam est differentia; quia epilepsia accidit absq; menstruum retentione, & in coeuntibus magis, & spumatos, & maximè in ea, quæ est fortis. item epileptica non narrat casum suum; cum euacuatur à paroxysmo, sicut facit præfocata, nisi præfocatio esset difficilis ualde, & immoderata: nec epileptica sentit aliquod sursum eleuari usq; ad os stomachi, & deponi; sed bene præfocata: immò sentit præfocata, qd sit aliquid, quod trahat pectus ad superiora, & qd à matrice aliquid eleuatur. & tu pro alijs signis recurre ad ea, quæ de epilepsia. inter ipsam, & apoplexiam; quia in apoplexia nō est gemitus, ut in præfocata. item in apoplexia sensus, & motus integrè est ablatus; in hac uerò non. inter ipsam, & lethargiam; quia in lethargia est febris continua, & pulsus undosus, & principium est dolor in capite. in præfocatione uerò pulsus est diuersus, & principium nocenti in partibus inferioribus. inter ipsam, & spasmum, quia præfocatio subito accidit, nō sic spasmus, licet cū ea sit spasmus.

Prognostica. cum uides eam euenire; prognostica de eius euasione. similiter itè cū apparèt humiditates aliquæ à matrice exire; spera eius resolutionem. peior inter alias est, quæ ducit ad difficultatem anhelitus, & cum paroxysmus prolongatur; quandoq; moritur. habui socrum, quæ frequenter præfocabatur, & terminabatur præfocatio in dolore capitis duorum, aut quatuor dierum, erat sexaginta sex annorum; & idè existimo, quod non menstruis retentione, neq; ex spermate contigisset, sed magis ex materiabus

E phlegmaticis putridis, & etiam in ea per uiam indigestionis multiplicatis. in aliquibus aliquando terminatur ad dolorem genu, dorſi, & huiusmodi. & quandoq; perducit ad peripneumoniam, & ad squinantia, & ad apostemata dorſi & pectoris. postremò attende, si quandoq; occurrerit, quod diceretur, qd esset mortua, qd tu facias omnino illa, quæ supra de apoplexia, ex parte etiã sepulturæ, & huiusmodi.

C y r a. canones. primus uelocitas curationis eius, secundus ordinatio diætæ: & hoc respectu eius, quæ est in potentia, & in actu, tertius digestio, quartus euacuatio, quintus accidentium correctio. & antequam ad complementum horum descendam, aliqua enumerabo ex simplicibus, & compositis in hac ipsa dispositione conuenientia: & sunt acetum squilliticum, agaricus, ambra, suffumigium, amygdalæ amaræ, oleum earum, anisum intus & extrâ, aries suffumigium cornu eius, aristolochia sumpta, aromaticum muscatum Mes. arthemisia, asphaltum per nares suffumigium bethonica cum hydromelle bibita, blactæ bizantiæ suffumigium capilli uſti, castoreum, cerui cornu uſtum; ciminum cum uino sumptum, confectio Hermetis in quinto Auic. confectio mirabilis dicta Mes. de cura tussis humidæ, crocus diptamnus, gallia, galbanum, garyophylli sumpti, iuniperus laudanum, lignum aloes, linum fumus combustum, maiorana, nascæ, muscus, opopanax, pastinacha, pœonia, granæ eius quindecim nigra cum mellicrato, & est aliquorum secretum peucedanum, suffumigium, pix, odor, pulegium, plantago, rubea, serapinum odoratum, siseleos, terbentina fumus per os sumptus, urtica, semen eius cum sapa, uultur, suffumigium ex pennis eius. item suffumigium ex pennis perdicis, & est usuale, & plus commendatum. item suffumigium factum ex tribus, uel quatuor candelis de seuo simul iunctis ipsis accensis, deinde extinctis. primus canon respicit suffocationem, quando est in actu, & in primo occurſu medici ad patientem. secundus, & tertius, & quartus respiciunt eam; quando est in potentia, siue in habitu.

Pro complemento primi dico, quod, cum occurrerit patienti, debes esse sollicitus in remediando; quoniam hæc passio quandoq; interimit, ut supra. & expediendo ipsum canonem hos canones diligenter aduerte: primus diuersio, secundus uirtutis exiccatio, tertius administratio eorum, quæ matricem conuertunt ad inferiora, aut quæ materia aut malos fumos in ea existentes expellat, uel retropellat. & hi tres canones simul incedunt in cura eius ita festina. primus completur forti frictione pedum; & eorum ligatione dolorosa. item fiant ligationes in coxis primò, deinde in cruribus, deinde in pedibus, hoc est, descendèdo. itè inungantur pedes cū oleo laurino. item apponantur uentose in coxis in inguinibus in parte contraria parti, ad quæ declinat matrix. & hæc, & similia per exterius trahunt inferiora, & phlebotomia. per interius impone enema carminans, & resoluens uentositatem ex calamento, arthemisia, & alijs materialibus, de quibus supra in rubrica de mala complexionem eius; maximè prolongatur paroxysmus. item impone suppositoria ex laudano, gallia muscata & huiusmodi, ad quæ declinat matrix à proprietate, ut in præcedenti rubrica. facq; deinde obstetricem inungere sibi digitos ex oleis odoriferis, ut est oleum de been, oleum de maiorana, de spica, & huiusmodi odoriferis. & intromittat, & titillationem faciat, & est ex primis remedijs fiendis. fac de inde suffumigium ex musco, ambra, xyloaloe, & huiusmodi terantur enim hæc, & super lapidem ignitum aspergantur. & pro tunc naribus apponentur foetida ex assa foetida, castoreo, fumo petiarum combustarum, pennarum perdicis, & sunt propriè uulturis, & aliarum. item cum candelis de seuo, ut dictum est, & cū alijs foetidis, de quibus paulò ante, quidam suffumigant cum euphorbio, ut Auic. & alijs, quæ inducunt mordicationem, sed non est in usu. stomachum inunge ex rebus resoluentibus uentositatem in eo, de quibus supra de dolore stomachi. item, si fieri potest cum penna, aut alio modo, prouoca uomitum, est quandoq; faciens sedare ipsam. item asperge faciem aqua ro. item introduce sternutationem cum cōdisi, pipere, elleboro, & huiusmodi. item naribus appone sulphur ignitum, & fumum eius item pro complemento secundi uoca ipsam forti uoce nō

mine proprio. item trahe pilos temporum, & fac sonos & clamores fortes circa aures eius. & ex his patet complementum tertij. quod, si per hæc omnia non redibit anhelitus; tunc super caput eius fundatur oleum feruens, & sit ex confortantibus cerebrum; ut est oleum de spica, de been, de balsamo, & huiusmodi, & cauterize synciput, si non fuerit prohibens. quod, si fuerit ex retentione menstruorum; tunc phlebotomia saphenæ confert. unde Auic. & quandoque euadit cum phlebotomia, quam non facies, si fuerit ex retentione spermatis, ut infra, & fortior est phlebotomia sub poplite, ut supra de retentione menstruorum.

SECUNDVS completur cum prohibitione eorum, quæ multiplicat sanguinem, & sperma, ut supra de exuberantia spermatis. unde euitet uinum specialiter; licet syncopis eum requirat, ut supra de syncopi secundo capitulo. nam aqua est hoc in casu conuenientior. item carnes, & maxime carnes melancholicas, & cibos melancholicos. ite utat his quæ sperma exiccant, quibus supra de pollutione, & gonorrhæa.

PRO TERTIO digeratur materia maxime ipsa existente uiscosa cum oxymelle squillitico, cum syrupo de radicibus & alijs similibus habentibus uirtutem subtiliandi, incidendi, & aperiendi, & prouocandi, de quibus. 4. trac. & hic nota, quod Constantinus in pantechni reprobatur acetum, & oxymel in isto casu; quia matrix est neruosa. & Auic. laudat. & tu considera; nam consueuit solui; quoniam pauca debet esse acetositas; ut de syrupo acetoso in passionibus neruorum.

PRO QUARTO fiat euacuatio cum hierapigra, cum pilulis foetidis, & huiusmodi materiam respicientibus, de quibus. 4. tract. directis cum appropriatis ad matricem. quod, si fuerit ex retentione menstruorum; phlebotomia facito. & si fieri non potest, ut in multis pinguibus; uetosas pone cum frictionibus super locum saphenæ; aut applica sanguifugas & da prouocantia menstrua per os, & similia per inferius applica, ut supra de retentione menstruorum, ex syrups electarijs, suppositorijs, & alijs, ut ibi ad plenum. facq; frequenter, quod mulier met sibi imponat digitos suos inunctos pinguedine anatis, aut gallinæ, aut olei nardini, & fricet. sit itaq; studium tuum, ut causa rescindatur cum frequentata euacuatione. quod, si ex retentione spermatis; tunc stude, ut mulier uiro tradatur, si id honestè fieri potest. item intromittat obstetrix frequenter digitos inunctos ex aliquo odorifero, ut in complemento primi, & tantum fricet, ut inde dolorem inducat; fortasse sanabitur. item intromitte res mordacitias commotionem facientes; ut sunt piper, cordumeni, zinziber, & sunt mirabiles in hoc. item da, quæ sperma exiccant, ut supra de gonorrhœa, & pollutione. & in fine ponam aliqua utilia huic proposito priori. & sunt ex mulieribus, quæ ingeniantur coire aduicem cum instrumento simili uirgæ uirili, & ex eo delectantur, & conferunt. & ut dictum est in fine complementi primi, caue ne facias in hoc casu phlebotomiam; quoniam infrigidat; immò administra ea, quæ calefaciunt.

ACCIDENTIA continua in hac ægritudo sunt syncopis, ablatio anhelitus, dolor ex spasmis, & huiusmodi. ad quæ omnia remouenda procede cum his, quæ dicta sunt in complemento primi canonis, & etiam suis require rubricis curam iam positam, & administra mithridatum, confectionem de diamusco. & non timeas de commotione matricis; quoniam cum alijs iam positis hic administratis maioris sunt inuamenti, quam sit nocuum inde contingens. & post hæc aduerte, quod ubi hæc passio fieret in prægnantibus, tu debes abstinere à phlebotomia, solutione uentris, & stare contentus in administrando olea exterius resoluentia calida iam dicta. ita quod in summa, cum mulier redierit post tres, aut quatuor dies; digere, euacua, clysteria impone, & suppositoria, da alternis diebus theriacam, mithridatum, confectionem de diamusco, & huiusmodi habentibus confortare cor, & cerebrum, & defensare ipsum à uapore uenoso. laudatur ab Auic. maxime, quando est ex retentione menstruorum euphorbium: inquit. Euphorbium uero est ualde forte in hoc faciens descendere menstrua statim. intellige suppositum. sumat saepe mulier. 3. i. pulueris agni casti cum. 3. i. mellis ro. & aqua calida, & uidebis mirabile. ite pone petiam in fortissimo aceto, & ipsam impone naribus

A est efficax in facièdo descendere matricem. item laudatur uentosa magna, cum super umbilicum ponitur. item quanto citius potes, post paroxysmum da theriacam, & huiusmodi contrariantia ueneno: etià in paroxysmo, si fieri potest. item uentrem à stomacho usq; ad muliebria emplastra ex rebus carminantibus uentositatem: & laudatur in hoc absinthium, hyssopus, calamentum, filix, leuisticum. item hora paroxysmi intromissio instrumenti in uulua confert. expertum est uinum decoctionis sigilli sanctæ Mariæ bibitum. item intromissio radicis satyrionis post frictionem cum oleo sperma descendere facit. item folia urticæ trita, & supposita statim remedium dant. expertum pluries sal gemma, & nitrum conficiantur cum aceto, & cum aceto supponantur. item ualent optimè pilulæ duæ datæ confectæ ex galbano albo, & assa foetida; statim descendere faciunt. item nota de granis pœonia dicta; sunt enim optima in passionibus. ad idem pilulæ ex castoreo, & myrrha confectæ cum aqua mellis exhibitæ. item detur cimini. 3. i. cum aqua decoctionis agni casti, aut cum aqua rutæ, & ex decoctionibus bonis, quibus & mulier uti potest, ut de puluere agni casti dictum est. ex suppositorijs. R. storacis liquidæ. 3. iij. seminis urticæ. 3. iij. fiant ex eis lycinia, & supponantur. serapinum aut garyophylli quando est ex retentione spermatis; uidentur habere præminetia. postremò aduerte, quod in uirginibus, in quibus non possunt intromitti, & c. magis conferunt suffumigia. item prædices, ne mulier sit sepulta ante duos dies, nisi fueris certus de eius morte per bombam carminatum, & ciathum aquæ positum super cor, ut supra de appoplexia: & tu ibi.

B ADDITVR huic rubricæ rubrica de aqua in matrice, & efficiuntur mulieres sicut hydropicæ. quandoque accidit apostema eis molle in inferioribus, & ipsam sentiunt, cum mouentur, & multiplicatur humiditas currens in matrice. tu itaq; post paroxysmum procede cum phlebotomia, si in diget, & fac eas uti clysteribus hydropicorum prouocantibus menstrua, & prouocantibus urinam, & utere. exiccantibus aquam emplastris exiccantibus hydropicorum, exercitio, & huiusmodi. suppositio autem ellebori albi confert ei, & trahit aquam plurimam. Auic. recurre supra ad capitulum de mania in fine, ubi & remedia inuenies in proposito utilia. & hæc sufficiant de præfocatione matricis.

C De impregnatione, & embrionis generatione. Rub. 22.

D ET, LICET hi termini imprægnatio, generatio, & conceptio non raro, ut synonymi accipiantur, differunt tamen secundum eorum rationes formales, in quibus tantum insistere uolo de eis, ut medico attinet expediendo. conceptio est feminis à matrice comprehensio, & est actus primus ipsi matrici attributus. generatio est embrionis factio, siue productio, & est actus secundus embrionem respiciens. imprægnatio autem est uentris mulieris ob foetum plenitudo, & est actus tertius, & ultimus. embrio autem est quid ex spermate, & sang. in matrice confectum, se animæ intellectiue subijcere intendens. & dicitur embrio, ut Nicolaus noster andriensis ab e, quod est extra, & brios membra; quia absq; membris; nam membra eius sunt aduicem confusa, & non distincta. unde, quando distincta sunt; appellari debet tale non embrio; sed infra scilicet quando mouetur secundum membra sua, ut Conciliator differentia. 36. auctoritate Hip. & pro euidetia dictorum, & dicendorum sciendum, quod cum ex coitu maris cum foemella fieri debet imprægnatio matris, unitur secundum se totam ad recipiendum sperma cum auiditate, & desiderio: & ideo uenit cum uirtute attractiua, & retentiua simul omittendo expulsiuam; quia mulieres si stant attentæ; sentiunt fortem exiccationem uirgæ; quia sentiunt eam à matrice plus consueto constringi, & sic similiter homines; & est unum de signis imprægnationis, de quibus infra. ex quo infertur, quod primò ad imprægnationem concurrat sperma uiri. nunquid autem eo tempore concurrat sperma mulieris; respondeo, ut medicus, quod sic, quia utrunq; materialiter, & uirile etiam formaliter. nec in hac magna discordia inter philosophos, & medicos me hic non interpono; tum quia inutilis esset nostro proposito hæc disceptatio; tum quia non sum tanti, ut de

his iudicium faciam aliud ab eo, quod uisum est magno medico Gale. & sequacibus. & si ultra consequi debet imprægnatio, siue generatio; necessarium est, & matricem, & semen esse benè dispositum, ut est uidere in terra nascentibus; quoniam requiritur terræ debita dispositio, & præparatio, & seminis bonitas; quia non fit corruptum, aut aliter malè dispositum. requiritur ergo, ut matrix non sit excedenter calida; ne sua caliditate semen comburat: aut frigida; ne congelet: aut sicca; ne nimium exiccet: nec nimis humida; ne obtundat caliditatem spermatis, & faciat ipsum extra lubricitatem iuxta illud Hippo. Quæcunque frigidus, & spissos uteros habent, non concipiunt. & est sententia Gale. in commento. & de matricis mala, & bona dispositione dicitur in rubrica de causis sterilitatis: & tu ibi. debet itaque sperma esse generatiuum, cuius bonæ conditiones, & malæ dictæ sunt supra rubrica propria: & tu ibi. præter has conditiones requiritur etiam influxus cœlestis, qui multum facit in generatione, ut est uidere in terra iuxta illud Philosophi secundo phys. Sol, & homo generant hominem: & hæc conditio à paucis medicis scrutatur. uenientibus itaq; duobus spermatis maris. f. & foeminae ad unum, eodèq; tempore proiectis, & collectis in altera cellularum matricis; quia de gemellis infra, & ipsis sic permixtis nõ superueniente aliqua causa ex parte regiminis, aut causa aliqua ex his, quæ faciunt abortum, & imprægnationem impediunt, de quibus infra, diuina semper gratia concurrente, conceptio fit, & inde infans generatur. unã tanta auiditate super hæc duo spermata matrix colligit, ut eius os claudatur sic, qd puncta acus ingredi non possit. unde Aui. de signis imprægnationis. ita, ut nõ ingreditur ipsum stylus, & est sententia Hip. 5. 1. apho. v. sectionis, est signum distinctiuum inter imprægnationem & molam efficacissimum. in hæc autem spermata sic in unum collecta agit uirtus informatiua alterando, digerendo, & calefaciendo caliditate spiritus gignitiui caliditatem ipsorum spermatum etiam mediãte caliditate arteriarum, & uenarum ad matricem uenientium. unde materia ipsa spumofatur, & rarificatur etiam à proposito, ut inde uescicæ, & loca uacua generentur, in quibus contineri debent membra ipsa principalia. generantur itaq; uescicæ tres, quarum una est in medio, & in profundo, & hoc à uirtute informatiua eligente sibi talem materiam, & locum ipsum, siue in qua uescica cor ipsum primò generatur. deinde facit aliam in latere dextro quam implet sanguine, & in eo generatur hepar. tertiam facit, & ipsam in summo collocat, quã implet sanguine ad albedinem decliui; ex quo facit deinde cerebrum, deinde operatur uirtus ipsa, & ex spermate ipso, & sanguine facit umbilicum; & hæc omnia facta sunt ex partibus purioribus spermatis. deinde sic est digestione in aliis membris refecatur superfluum magis terreum, ex quo fit, siue generat post productionem prædictorum secundina, siue panniculus in quo contineri, siue claudi debeat infans. ex quibus habes in summa, quod primò generantur membra ipsa principalia deinde umbilicus. quod intellige sic, quod primò ipsa confusæ, & indistinctæ, & postea umbilicus; sed prius ipsis generatur umbilicus distinctè, & completè: & hoc ideò, quoniam ad complementum ipsorum requiritur nutrimentum, quare trahi, & mitti debet ad ipsa membra complenda, & augmentanda: & in hoc est non parua perscrutatio. an. s. umbilicus prius generetur, relinquo theoreticis. habes secundò, quod embryo ipse siue more Hipp. spermaticum illud inuolutum est panniculo dicto secundina, per quam alligatur matri mediãtib; uenis, & arteriis ipsius matricis, ut infra dicitur de panniculis foetus suo loco. & ut clarè intelligas; scito, quod in primis sex in diebus, prout rationalis coniectura antiquorum, & experientia demonstrat; format embryo, quo ad membra principalia, & umbilicum, confusè non petendo aliquid à matrice; quoniam nondum est indigentia nutrimenti. deinde incipit lineare uirtus ipsa, & punctuare: unde tunc facit alas pectoris: & hoc in aliis tribus diebus post illos sex à principio conceptionis: & sic habes nouè, & hoc tempore trahitur embryo à matrice, & quoniam fit antecessio aut postpositio die uno, deinde sex diebus sequentibus, &

E sunt quindecim, penetrat sanguis in toto, & fit illud. unde creatur completè, & quadoq; antecedit die uno, aut duobus & duodecim sequentibus diebus fit illa humiditas sanguinea caro. & sic habes uigintiseptè dies à principio conceptionis, in quo tempore apparent membra ipsa tria principalia manifesta, & caro ipsa, & iam separantur alia à contactu aliorum, & eo tempore incipit humiditas pro nucha generanda extendi, & quadoq; postponitur, aut antecedit diebus duobus, aut tribus. deinde post nouem dies sequentes separatur caput ab humeris, & extremitates à lateribus, & uentre, ut discernat sensus in quibusdam eorum, & occultent in quibusdam ipsa organa ita, ut sentiant post illud in 40. diebus completis 35. diebus à principio conceptionis hoc enim tempus est medium inter longius, & breuius; nã longius est. 45. dies communiter; breuius est. 30. nã non inuenitur in abortu masculus completus ante 30. dies, cuius complementum in matrice uelocius est, quam foemellæ; quã uis extra uterum fit contrarium, cuius causam scrutare. & dictum est cõiter; quia aliquando reperitur foetus natus in decem, & ultra, & infra. & si uis uidere complementum abortis; pone eum in aqua aliquibus diebus mutando eam, & uidebis si completum erit sicut membra ipsa, & liniationes. Gilbertus loquens uniuersaliter mihi placuit, ut uniuersale cum particulari coniungeret; ut ex particulari doctrina in uniuersali plenior habeatur: inquit. suscepto igitur semine in matrice auara amplexante ipsum clauditur strictissimè; ut nihil euadere possit, aut ex semine, aut ex sanguine menstruo, spiritus effusis & calore proprio, & naturali matricis fit digestio, & dealbatur. deinde; ut dicunt, ex calore inualecente, & humiditate infusa, & collecta ad ipsum generatur rubedo, & fit ad modum sanguinis aliquantulum coagulati; nam necesse fuit ipsum ingrossari; ut membra robusta ex eo generentur: nã ex terrestribus materialiter habent membra generari; ex terra enim, & aqua omnia procreantur animalia. inde dicit Aristoteles. quoniam animal nõ quiescit, nisi in terra, & aqua, quapropter agente calore fit cõdensatio, & solidatio: & agere immutatiua, quod carneum est, mutatur in carne, quod osseum in os, quod neruosum in neruos; sicq; de similibus agente mirabiliter natura omnia membra formantur, & mediante humiditate substantiali continuantur, & coniunguntur, & copulantur ad suos terminos, & procedunt in compositionem ex simplicibus, & compositorum cõtinuitate, super quã meretur recipi anima rationalis, nutriuntur membra, & augmentantur, & indurantur; & cū magnificentur, indigent maiori aere, & euertatione, & respuit clausuram, & fortassis nutritum recalcitrat, ut prodeat. igitur in principio dñatur Saturnus, qui est utraque qualitate principium retentionis: & hoc quasi per sex, aut septem dies. deinde dñante Ioue fit digestio, & laxatio, et fiunt motus nociui, & aggrauationes pgnanti, & incipiunt accidentia quærelosa erumpere, & sicut quosdam Saturnus primo mense dominatur, & operatur retinendo, & conseruando sicut operationes debitas planetarum. unde statim claudere incipit per septem horas. deinde continente Saturno Iuppiter relaxat, & digerit, & dealbat sex, uel septè diebus. deinde agente Marte fit decoctio, & acquiritur rubedo, imprimis enim suum calorem, & hoc nouem diebus. deinde agente calore Solis, & aspectu, consolidatur materia, & firmatur maiori parte, quoniam 12. diebus, & sic in primo mense isti planetæ habent hanc actionem, sicut tñ aliquos omnes planetæ habent actionem sub Saturno. in secundo mense habet dominium Iuppiter: unde fit relaxatio, & dilatio materiae, & retentio menstruorum & emergunt fortiora, & symptomata, & incipiunt effigiem suscipere. & in tertio mense dominatur Mars, & formantur membra, & rigescunt parum. & quarto dominatur Sol supra formata, & suscipiunt uitam, & modum dilationis in eis, quia est principium uiuificationis. in quinto dominatur Venus solidans, & nutriens uiuificata, & augmentans. deinde in sexto dominatur Mercurius, materiam bonã, & benè nutriens, & augmentans, malam in simili conseruans. & in his semper membris rectificandis recalcitrare nititur, sed uirtute debili repugnante non potest. unde expectat septimum, in quo dominatur Luna, quæ est principium humiditatis:

Fœtus fit primo die

tatis, unde fit relaxatio ligamentorum foetus, & neruorum clauderium os matricis. iuuante ergo humido relaxante & frigidityte astringente neruos uigoratur expulsio; fortificatur enim matrix, confortatur a frigidityte Lunae, & maturatus foetus expellitur: & signum; quia praecessit motus circa medium grauari; qm̄ tempus recalcitrationis adaequatur temporibus formationis semper. si autem non maturatur in septimo; non expectes expulsionem in octauo; qm̄ hoc tempore Saturnus habet dominiu; & ideo addo, qd̄ octimensis moritur sm̄ plurimum. & sequitur. sed in nono fiet ad bonum, & in decimo; nec tunc omnino sine calumnia, & quibusdam in undecimo; qm̄ sub Ioue, aut Marte aut sole fieri potest expulsio; sed, qm̄ in nono motus uitae praecessit post quartum mensem circa medium quinti, ut diximus. non ergo in sex, aut octo fit partus ad bonu. in septimo, & in nono ad bonum. in decimo, & in undecimo. qm̄q; ad bonum, qm̄q; ad malum. ut igitur diximus ad tempus formationis, & motus adaequatur tempus recalcitrationis. & sm̄ hoc considera tempus motus, si adsit in quarto, uel in quinto, & iudica de exitu in septimo, & nono. haec ille. habuisti usque modo, qualiter foetus, siue infans successiue productus est.

Restat, ut promissum est, declarare, quo est in panniculis suis alligatus, quo respirat, quo nutrimentum capiat, quo & superfluitates a se emittit. & pro primo scito, quod dictum est, post confusam productione membrorum principalium, & umbilici natura ipsa, siue uirtus generatiua producit ex parte impuriori spermatum panniculum unum solidum secundina dictum: aut quia secundo fit; quia prius embrio: aut quia primo exit foetus, deinde secundo hic panniculus, & hoc coiter. dico coiter; quia aliquando simul cum foetu exit; unde mulieres dicunt, qd̄ quando exit foetus sic inuolutus, siue uestitus; signum est, qd̄ debet esse religiosus, siue cappatus. & a quibusdam dicitur dura mater per similitudinem ab ea, quae cerebrum inuoluit. stat itaq; in hoc panniculo inuolutus, & alligatus matrici per uenas, & arterias matricis. disseminatas per ipsum panniculum mediantibus suis orificiis infixis ipsi panniculo. & istae sunt uerae cotylidones, quibus foetus alligatur, ut supra in principio capituli, quauis quidam, ut Dynus dicat super capitulo de generatione embrionis, qd̄ humiditas ideo glutinativa, quae conglutinantur uena secundinae, & arteriae cum uenis, & arteriis matricis sit cotylidon, sed de hoc allegato loco. aduertendum ad claram notitiam hmoi panniculi, & eorum quae dicuntur, & pro parte dicta sunt, qd̄ hic panniculus secundina dictus est panniculus durus, grossus ex duobus panniculis subtilibus compositus; nam, sicut dicimus de zirbo, quod est panniculus unus, & tñ compositus est ex duobus subtilibus ortis circa spondiles, & coxas, & inter quos meseraice contextuntur, similiter est de secundina, ipsa enim habet duos panniculos subtiles, inter quos contextae sunt uena, & arteria. nam debes imaginari, quod ab hepate embrionis, & specialiter a parte gibbosa oritur uena una, quae dicitur umbilicalis, quae peruenit usque ad umbilicum una deinde bifurcatur, & per panniculū dictum disseminatur; ut radices arboris, & orificia ipsarum uenarum munitarū, & sic disseminatarū perueniunt ad orificia uenarum matricis; quibus panniculus ipse matrici alligatur, & per quod glutinum glutinantur, & tale, ut dictum est, cotylidon a Dyno dicitur: & haec est ex operatiōibus mirabilibus Iesu Dei nostri. coicae itaq; pars sanguinis utilis menstrui retenti per has uenas matricis ipsis uenis disseminatis deferentibus ipsum sanguinem usque ad hepar, & sic ex ipso nutritur. de qua parte sanguinis require supra de menstruis, & retentione eorū. & sic patet, quo nutritur foetus. oriuntur namque ab arteria ascendente, & descendente iuxta dorsū arteriae duae, quae etiam per umbilicum egrediuntur, & disseminantur, & obuiant orificiis arteriarum matricis in panniculo infixarum, & per illas defertur aer ad refrigerium cordis: & sic patet, quo respirat. praeter autem dictū panniculum est sub eo panniculus biles dictus, in quo recipitur urina pueri. & soluendo multa dubia uelis imaginari, qd̄ a uesica ad umbilicum uenit quoddam effusoriū, per quod deinde ad ipsum panniculum urina mittitur, & est

A sententia Gal. tertio de utilitate particularum quinto ca. unde dicit, qd̄ inter arterias, & uenas ab umbilico egredientes est uas medium, per quod urina mittitur, & uocatur ab eo uracum. dubium autem fuit, quo urina ad eum perueniebat, an per renes retrocedendo, aut per aliam uiam.

Item est & alius panniculus, qui nominatur abgas, in quo recipitur sudor; nam, quia urina mordicat, & sudor; & ideo hos natura inuenit panniculos, in quibus contineri debeant haec superfluitates, & sunt omnes circueuntes ipsum foetū, & se circūut sicut sphaera ita, qd̄ inter biles, & abgas includitur urina, abgas, & hymen cadit sudor, & quia nihil duri & stercorosi facit; non fuit necessarius quartus pro superfluitate stercoris; fecit tñ natura alium panniculū, qui est, sicut hymen aperiens ipsum, & circūuoluens; ut ab humiditatibus aliquo modo non offendatur. ex quibus omnibus patet, quomodo alligatus est matrici, quomodo respirat, quomodo nutritur, & quomodo superfluitates emittit. reperi tñ in his aliqualem diuersitatem in diuersis. sed haec tibi sufficiant pro ueritate pro ea parte, quae spectat nostro proposito. scito tñ hic plura, ac plurima dubia cadere, de quibus fortasse aliquid in fine.

Est itaq; completus sermo de eo usq; ad eius manifestum, & perfectum complementū quantū ad initiū sensus omnis quo tempore dicitur embrio esse informatus. restat, ut breuiter dicatur de eius complemento usq; ad tempus exitus eius unde sciendū, qd̄ tempus motus est ad tempus informationis duplum ita, qd̄ qui informatus est in 35. mouetur in 70. & tempus exitus, siue ortus est triplum ad tempus motus. qui ergo mouetur in 70. nascitur in 200. & 10. hoc est septimo mense, & qui informatur in quadraginta diebus mouetur in 80. & nascitur in 200. & 40. hoc est in octauo mense, & est raro, & nunquam uel rarissime uiuit. ut Aristo. 10. problematū. & Auic. 21. de generatione embrionis. & qui informatur in 45. mouetur in 90. & nascitur in 270. hoc est in nono mense, & quandoq; antecedit, & postponitur per duos dies tres, uel circa, uel plures, quae intelligi habent non interueniente impedimento, aut ex parte matris, uel infantis; quia infirmi fuerunt, &c. aut ex parte regiminis, & sic de aliis. & scito, qd̄ non est inuentus masculus completus ante triginta dies, ut supra, & foemina ante quadraginta. & sunt ex mulieribus, quae portant foetum usque ad decimum mensem, uel circa. & Auic. dixit nono de animalibus, qd̄ infans quidam ortus est in decimoquarto mense habens duos dentes & tu causas ex dictis scrutare.

SIGNA demonstratiua. unde, quia coiter cum suspicantur de impragnatione; urinam medicis ostendunt, sicq; per ipsam uolunt super impragnatione ab eis prognosticari; hinc prius de urina praegnantium agendum foret. sed quia longa uidi experientia ea quandoq; medicum decipere, & non raro; ideo, ut ab ea firmiter deponatur iudicium uolui prius alia annotare signa, quae cum signis urinae iudicium efficax faciant; etiam quia hoc ordine medicus melius memoriae ea accommodabit. initium itaq; a capite exordiar ponens ea accidentia, quae in praegnatione euenire consueuerunt. accidit itaq; praegnantia dolor, ac grauedo capitis, uertigo, ac oculorum tenebrositas, & citrinatur albedo oculorum, & quandoque profundantur, & lucescunt, ut habentiu uermes, & mollificantur palpebrae eius, & acuitur aspectus, & pupillae oculorum minorantur, & faciei color minuitur ita, ut in aliquibus pannus, in aliquibus letigines in superficie earum orientur. ex parte gulae, quia, cum mouetur modicum mulier arteriae, quae sunt in fontanella gulae, plus solito pulsant: & est signum forte. accidit ex parte stomachi nausea, uomitus, & quasi omni die specialiter cum surgit, & praecipue in primis mensibus, & in quibusdam durat plus eructatio acetosa, & commouetur appetitus ad cibos extraneos, & quandoq; figitur in uno tñ, ut in cameris, pomis, &c. et praecipue in primis duobus mensibus. mamillae incipiunt tumere, et capita mamillarum circui sanguine ad fuscum declinante. et est cum pulsu cordis. et sentit grauedinem, aut pondus circa pecten, et aliquando nocumentum, et dolorem in alchatim, et dolor percipitur paruus inter umbilicum, et receptionem, et accidit eis grauedo, et pigritia in toto: unde grauida dicitur quasi gra-

uis facta. item, cum trahit ad se anhelicum, uenter non notabiliter detumescit. item in eis umbilicus egreditur, & cōtinuè amplius magnificatur.

Et descendendo ad fœmoralia, & pudibunda ex parte mulieris. primò quia, cum imprægnata est mulier; mēstrua retinentur: aut si menstruat; pauca est menstruatio eius, & hoc in muliere benè sana. & hoc est primum signum, & efficax, super quo fundant se mulieres. secundum, si mulier sentiet se illa hora sperma emittere, qua & uir. & licet hoc ponatur unum ex signis ab authoribus, tamen tantum pronunc dico, q̄ habui honestam mulierē, & dignam fide, quæ retulit, q̄ multoties imprægnata fuit, quibus temporibus nunquam percepit se spermatizare simul cum uiro suo. tertium, q̄ mulier percepit in emissione spermatis uiri uirgam ab ore matricis uehementer constringi in honestum petita. item, q̄ labia uulvæ sunt sicca, & q̄ accidit ei constipatio uētris, & difficultas retinendi urinam, maximè aliquantulum magnificato fœtu. item & ei accidit, ut abhorreat coitum, & magis, quæ est ex masculo. item cum coitur cum tali post coitum dolet sub umbilico, nec sentit se emittere sperma. item accidit prægnanti, ut in principio mollificetur corpus propter retentionem menstruorum; nā in principio, quia paucò cibo indiget embrio; superfluitates supfluentes corpus mollificant. cū uerò illas magnitudine sui embrio ad se trahit, & cōsumit; reddit corpus suæ naturali dispositioni, & uenæ corporis citrinantur, & uirides fiunt. & dicunt quidam, q̄ est signum efficax tumor uenarum, uel earum apparentia maior solito, quæ sunt iuxta lachrymalia domestica in naso. ultimò quantum ad hoc habeatur signum tale, imponat obstetrix digitum suum longum in uuluum, & quærat, si os matricis est uehementer clausum cum siccitate percepta. q̄, si; tunc est signū certum, & efficax, & est sententia Hip. 5. 1. apho. v. sectionis. & Gale. in commento expressè multum. ex parte quidē uiri; ut quia post coitum sentit tempore, & inuenit caput uirgæ multū exiccatum, & quia percepit fortem clausionem oris matricis super ipsam uirgam hora eiectionis spermatis. signum autem à pulsu sumptum est, quia magnificatur, uelocitatur & inspissatur propter duplicem necessitatem, quarum una est ex parte euentationis matris, alia ex parte fœtus. signū autem ab urina sumptum, q̄ te magno scio expectare desiderio, est, quia in principio usq; ad sex menses exclusiue est citrina ad subalbedinem declinans; nam nō est multum colorata; quia multo sanguine trāsmissio ad matricem magna trahit cholera pars. item quia calor retrahitur ad matricē alias deferens partes: clara; quia clausa matrice superfluitates consuetæ cum ea non mittuntur. & hæc habet uerū, quando mulier non est consueta in tempore suæ imprægnationis menstruari in superficie habens nebulam: quoniam reuocato calore materiæ in matrice retentæ superflue ab ipso sic fortificato subtiliantur, & subtiliatæ cum urina propulsa superiora petunt, & nebulam constituunt. in medio eius est, uelut cotum carminatum, quod est ex eadem materia, sed minus latificata. ideoq; locum occupat inferiorem illo, & calore diaphoneitatē recipit, & carminationem à uentositate, quam prægnantes multiplicant, ut statim. & attende has materias non per os matricis egredi: sed ad uenas reuerti, & per eas tandem ad uias renum duci. loquor ad sophistam. apparent quādoq; granula cū ea ascendētia, & descendētia, quæ sunt materiæ, in quas ingressa est uentositas, quæ in prægnante est multiplicata propter oppilationem fortem. unde ex eis aliquæ grauiores, aliquæ leuiores: & ideo quædam descendunt, quædam ascendunt. & nō sunt hæc grana diaphona propter eorum paruitatem, sed raro uidentur, & uidentur hæc esse in primo mictu urinæ nam, cum stat; resoluuntur, & euanescent, & in principio, & usq; ad sextum mensem non turbatur; quia urina propter fortem clausionem est pura; quia cum ea non commiscantur humiditates aliæ nisi, ut supra sit consueta. in sexto uel septimo, uel circa urina est coloris aquæ cicerum rub. uel pedum citrinorum, quia aqua, in qua cocti sunt pedes uituli cum pelle, quia in eo tēpore natura fortis facta emit tit aliquid sanguinis cum urina, & habet uerum in muliere latorum pororum: nam in ea, quæ strictorum, non sic: & ra-

E ro hic color in prægnantibus apparet. in fine uerò imprægnationis est citrina ad rubedinem declinans, & cum comouetur, turbatur. & hic aduerte, q̄ hæc omnia, uel quasi omnia consueuerunt in mola apparere, de qua infra. unde multi experti medici fuerunt indicantes molaticam esse prægnantem: & econuersò.

Præter autem hæc signa dantur experimenta secundum Hip. Mulierem si uis uidere, si conceperit, mellicratum da ei bibere, & habet ueritatem in ea, quæ non est consueta bibere aquam mellis. & est proportio aquæ ad mel dupla. bulliant ad consumptionem tertiæ partis. dentur. 5. sex, cū uadit dormitum. si itaq; dolorem fortem, & tensionem in uentre sentiet, & specialiter circa umbilicum, iudiciū erit de imprægnatione: si uerò non; non. aliud fatigetur in die, & in sero suffumigetur cū traiectorio, & sit benè exterius coopertus locus ita, ut fumus egredi non possit; tunc, si sentit odorem per nasum, & per os, non erit prægnans. itē in ieiuno supponedo allium, & dormiendo super ipsum si sentit saporem in ore, & odorem, non est prægnans: si non, est prægnans. aliud. R. aristolochiæ. 3. i. teratur, & cum melle confice, & supponatur cum lana uiridi ad mane usq; ad meridiem. in ieiuno tunc, si dulcescit saliuua, concipiens erit: & similiter, si amara sit. q̄, si saporem non percipiet, non erit prægnans.

PROGNOSTICA. puellæ uiripotentes in primis cum cōeunt, sunt uelocis imprægnationis propter fortitudinem caliditatis earum, & paruitatem adipis matricum ipsarum & humiditatis earum. & cum imprægnatur puella nondū secuta quindecim annos; timetur ei mors propter paruitatem matricis. & cum prægnati accidit febris acuta; periculum est mortis, interficit enim fœtum. cum accidit apostema calidum in matricem prægnantis, mors subsequitur. quod, si fuerit phlegmon, speratur, & raro, quandoq; cum eo euasio. apostema autem cholericum est malum ualde. de ipsa imprægnatione habetur apho. plures: & tu ad illos in fine capituli. si prægnanti superueniat durities hepatis, aut tumor uentris: aut nunquam, aut cum magna difficultate sanatur. & hæc satis.

G De ingenijs, & alijs ad imprægnationem faciendibus. Rub. 23.

CVM VIR, & mulier diuersarum complexionum, ut infra cupiunt filios procreare ex eorum coniunctione naturali, remotis, aut non impediendibus his, quæ imprægnationem prohibent, de quibus in sequenti rubrica, hos canones seruare debent. primus est ordinatio diætæ, secundus digestio, tertius euacuatio, quartus remotio causæ prohibentis imprægnationem, si qua est. quintus est præparatio uiri, antequam ad coitum ueniat. sextus est mundificatio mulieris à menstruis. septimus est interpositio notabilis temporis, antequam ad coitum ueniant, ut inde fiant desiderantes. octauus est præparatio matricis antequam ad coitum ueniant. nonus est electio horæ. decimus est ludi prolongatio, ex quo mulier multum incitetur, & in coitu ipso delectetur ultra naturalem delectationem. undecimus præparatio uiri in spermatis emissionem. duodecimus præparatio mulieris post spermatis receptionem. & scito, antequam ad complementum horum uenias, ne delusus sis in hoc negotio, in quo plurimi se delusos inuenerunt, quod prius debes diligenter considerare, si imprægnatio ex ipsis fieri potest: nam multa impediunt eam, quibus nō est cura possibilibus. ut primò ex parte ætatis; nam, cum menstrua deficiunt, mulier nullo modo est fœcunda, & consueuerunt deficere communiter in quadragesimo quinto anno, sed hoc supra de menstruis: uir autem fœcundus usque ad annum septuagesimum, & usque ad nonagesimum. sed nonstro tempore dominus Nicolaus de Palauicinis habuit filium in. 100. anno. secundò idem accidit ex parte instrumenti, ut cum nimis breue sit; aut nimis magnum, ut supra in capitulo præcedenti rubrica de spermate non generante: & tu ibi. item tertio, quando orificia menstrui oppilata sunt. item ex medicina curationem non recipit. q̄ oportet alterū ipsorū mutare sociū: reliqua autē ab istis difficultatibus, aut prohibētibus imprægnationē curationē recipiūt ex medicinis, de quib; & eorū causis in sequētib; rubricis.

Pro cōplemēto primi utatur mulier, & uir ipse regimi-
ne tēperato ex parte cibi, & potus, & aliarū sex rerū nō na-
turaliū. unde cibi sint boni digestibiles, boni sanguinis, &
spermatis generatiui, exercitio, & somno, & ceteris utat̄
ad temperatē uiuendū, praeuēns se ab his, quae sperma de-
struūt, & inficiūt ex parte malae complexionis, & speciali-
ter frigidae, & nimis frigidae, aut nimis calidae. & quae autē
sunt tales, habes super tertio tractatu, & quinto. & tu ibi.

Secundus perficiat̄ cum digestiuis materiae peccantis,
praeuēdo ab acetosis, acutis, mordicatiuis, & huiusmodi
quae matricem laedunt, de quibus in principio capituli de
mala complexionē matricis.

Tertius adimpletur cū euacuatuiis appropriatis; ut est
agaricus, benedicta, & hmōi; ut supra de mala cōplexione
cum materia: & haec omnia fiant, ut sperma ipsum mundum
sit, & nullo alio infectum, & alteratum.

Pro expeditione quarti oportet te expectare usq; ad se-
quētem rubricā, in qua ponēt̄ cura eorū, quae impregnatio-
nē prohibent: & ideo Ani. unū fecit capitulū de ambobus.

Pro quinto uerō, & aliis non dubitabo scribere, quae
sunt utilia generationi: & si non uideāt̄ auditui honesta
debet autem uir abstinere a coitu, & ipsum nō frequētare;
quā eius frequentatio reddit sperma nō prolificum, etiam
longa dimissio coitus. difficile enim est medium inuenire:
sed oportet, ut medicus consideret complexionem, & cor-
porum cōpositionem, & habitudinem. unde quibusdā plus
& quibusdā minus debet interdicerē, inspecta aetate, cō-
suetudine, & regimine. istud ergo prudentiae medici relin-
quo, quod calamo scribi non potest. uolo enim ex hoc di-
cere, quod sperma sit bonū, grādinolū, &c. & ex hoc uir,
& mulier efficiant̄ desiderantes magis. secundo debet uir
se cū aromaticis suffumigare, de quibus infra de ipsa mulie-
re: & caput uirgae cum aliquo ex aromaticis inungere, ut
dicitur: & hoc quando uadit ad lectū expectans infra par-
uum spatium coire; ut uerbi gratia per unam horam. ter-
tiō debet uir mulierem tangere; ut circa mamillas, & le-
uiter, & specialiter capita mamillarum oscula iungere, &
uerba prouocantia dicere, & cum uirga uuluae appropin-
quando, non intromittendo, & ultimō tāgendo, & aliqua-
liter fricando locum medium inter uuluam, & anum, & est
locus maximē delectationis: deinde uirgam intromittere,
& aliquantulum prolongare ludum; ut super hoc expectetur
emissio spermatis mulieris. q̄ oculi eius rubeant, & anhe-
litus eleuetur, & quod cum lingua balbutiet. itē, cū uirga
est intus; mulier stringat coxas, & uir non se moueat ducē-
do anum sursum, & deorsum; ne aer ingrediatur corrūpens
sperma. stet itaq; sic fixus emittēdo, & cum sentit, se emit-
tat ipsum totum liberē non stringendo uirgam, & emitten-
do tractim, & cum emittit eleuet crura; & dorsum mulieri
applicet, quantum potest trahendo natices mulieres ad se
cum manibus. & pro tunc mulier ipsa eleuet posteriora;
ut melius ad fundum ueniat matricis sperma ipsum, dein-
de stringat mulier coxas, & crura, super quae se extendat
uir, & de ea descendat non subito, sed stet tantū, quod sen-
tiat eiectum totum; deinde paulatinē descendat, ne subita
fiat aeris ingressio sperma corrūpentis, & cum mulier
sentit ingressum spermatis naribus suis; apponat̄ odorife-
ra, & ipsa aliquantulum teneat. uerū tale odoriferū non cō-
ueniret ante receptionem spermatis; immo noceret faciē-
do matricem ascendere, ut supra; ita, q̄ ante receptionem
spermatis conuenit, ut foetida naribus apponantur, stetq;
mulier sic extensa, & resupina per horā, uel circa, & si po-
test; dormiat, & iterum semper anhelitum ad se trahat, &
cōtineat, ut potest, & omne suum conamen ad ipsum sper-
ma retinendum apponat.

Pro sexto sciat mulier, q̄ ad ipsum coitū, quo ad imprae-
gnationem expectat, debet uenire post eius mundificatio-
nem a suis menstruis immediatē; ne semē immissum, existe-
tibus menstruis, aliquo modo inficiatur, aut alteretur.

Septimi complementum iam habitum est in expeditio-
ne quinti.

Pro octauo uerō debet mulier, antequā ad actū ueniat
matricem ad cōceptionem disponere cum suffumigiis, &
balneis, collyriis, & hmōi in matricem impositis: & hoc

A per tēpus notabile; ut per horas. ii. iiii. & hic aduerte, quod
oportet te prius cognoscere cōplexionē matricis, ut scias,
quibus, & qualibus aromaticis suffumigari habeat. quodq;
de uiro ipso intelligo, & hoc, ne sicut empiricus agas. sunt
tamen quaedā, ut alias uirtute coelesti dotata, quibus com-
pletur intentio, de quibus infra. sed tu tamen noli comple-
xionem negligere. hic autem non insisto in exemplis; quo-
niā ego in fine rubricae te copiosum de simplicibus, & cō-
positis faciam.

Pro nono recurre supra in praecedenti capitulo in rubri-
ca propria de horis coitus. un̄ in summa hora coitus debet
esse post digestionē primā, & secundā expulsis superfluita-
tibus ipsis, si est possibile, et dictis digestionibus genitis, &
specialiter urina: & hoc est cōmuniter circa matutina, sal-
tem in regulariter uiuentibus, & tūc debet esse coena par-
ua. & conuerso uerō, ubi quis eligeret sibi diem negli-
gendo noctem.

Complementum decimi ex hoc est habitū, & consimili-
ter undecimi, & duodecimi ibi.

B ET, UT PROMISSO satisfaciam; enumerabo simpli-
cia, & composita pro complemento aliquorum canonum
iam dictorum etiam ualentia, & ea, quae dicentur in se-
quenti rubrica.

Ad impraegnationē autē ualēt anseris masculi syluestris
sed cum succo prasi in modum collyrii suppositum, arta-
nitae radix supposita, arthemisia, bauciae syluestris semen bi-
bitū, bistorta suffumigata, & cū aromatibus data, coagulū
leporis post purgationem menstrui immediatē sumptum
item & bibitū. costus cum oleo in bombace suppositus, &
maximē in causa frigida: & ideo, ut supra causā prius scruta-
re. dens pueri septē annorū in argento ligatus uel auro
gestatus brachio. chirānus, egecea & est cōfectio Mes. 2.
antidotarii. galla, oleum de gagate. Mes. 1. 2. antid. melissa,
oua perdicū, pronia, & grana eius, porrum sepe comestū,
satyrion, testiculi galli cum sanguine eius sub lecto positi,
uitul. carnes cū aristolochia comestae, urticae semē cum ui-
rō sumptū, xylobalsamus suffumigatus, laudanū suppositū,
laurus, fomentum ex eo, & pulegio, & rore marino, & azi-
mo, olibanum suffumigatum.

C Pro complemento octauī faciat mulier sibi balneū per
horas quatuor ex flore chamemillae, meliloti, spica celtica
polio, fiseleos, lauro, & huiusmodi, & decocta sint in aqua,
in quo balneo sedeat usq; ad umbilicum: quod balneum si
non uellet facere, aut non possit; faciat fomentum ex dictis,
aut addendo rosas, gallas, flores citri, & hmōi ex aromati-
cis, ut causa exigit, & cum consimilibus. & sic crura, & pe-
des lauet sibi uir, antequā lectum ingrediatur, & mulier ex
aromatibus se suffumiget; ut ex trochiscis de gallia mus. de
laudano, uel de laudano ipso, item cum musco, ambra, &
huiusmodi calidis, si causa est frigida, ut fm plurimū est, ut
insequenti rubrica dicitur. quod, si fuerit ex causa calida
appone frigida aromatica; ut rosae, uiolae, nenuphar, & hu-
iusmodi. & uir ipse ex ipsis uirgam inungat cū adipe anse-
ris, aut oleo de balsamo, aut de lilio, & huiusmodi, quae ad
impraegnationē faciūt, de quibus copiosē in rubrica sequē-
ti dicitur. item ad intra reponat sibi collyrium hoc in die,
quo uult uenire ad coitum. R. carpobal. xylobal. fiseleos,
storacis, semina pronia, myrrha. ana. ʒ. i. terantur, & fiant
troc. cum oleo rosato. in quo dissoluatur muscus, & cum
oleo balsamo, aut fac in modum suppositorii, & hoc cau-
sa existēte frigida. & tu semper benē considera. quod, si fue-
rit ex calida; fac collyrium similiter ex frigidis. non multi-
plico hic, quā in fine multa ponam, & specialiter in rubri-
ca sequenti. in omni causa ualet puluis matricis leporis ad
solem exiccatae, qui detur cum uino tepido muscato mu-
lieri exeūti de balneo, & antequā coeat per duas horas, &
est multum expertum apud aliquos. ad idem puluis radi-
cis filipendulae cum uino, super quem dormiat, deinde
coeat. item usus tripherae magnae in causa frigida, item in
causa calida usus mandragorae. arthemisia cum bistorta,
& nuce muscata, & mellis in modum electarii cum uino
sumpta mane, & sero potenter ualet. dosis drach. ii. cum
uino. ad idem. R. fel totum caprioli masculi, si mascu-
lum uis, satyrionis. ʒ. iiii. mell. ʒ. iiii. & reponē, & cum sup-
ponē.

pone. quòd, si cupis foemellam; sit capriolæ fel. item & est efficax ferratura, siue rasura eboris data in potu cum uino quando mulier propinqua est coitui. item semen fiseleos, & est bonum, & expertum Aui. ad idem pessarium ex adipis anseris cum lacte bizantiæ, musco, cypero, spica, anetho, origano, ameos, hyssopo, bdellio, testiculis uulpis. ite ualent nux cupressi, baccæ lauri, gallia, & amomum, foliū cordumeni, & omne tale calidum, stypticum, & aromaticum maximè confert. item supponatur coaguli leporis cū oleo, uino, de quo aliquid supra: & hoc post mundificationem mulieris à menstruis. pessarium bonū. R. croci, amomi, spicæ, meliloti. ana. ʒ. iii. ʒ. folij cordumeni. ʒ. i. adipis anseris, uitelli ouorū ana. ʒ. ii. olei nardini. ʒ. ʒ. supponatur cum lana azurina tribus diebus continuis omni die renouādo. item sumatur allium siccum, aut humidum, & fundatur super ipsum quantū ipsum est de oleo ros. aut sisamino & decoquatur, donec in decoctione dissoluatur, & recedat aquositas ab eo, & supponatur cum lana; est enim mirabile bonum. Auic. & hic nota, quòd ante usum suppositoriorum debet fieri emundatio, & purgatio humiditatum à matrice cum colloquintida, agarico, benedicta, & hmōi. & hunc canonem bene nota, & applica ad tertium principalem. item appone gummi, aut masticem, & hmōi ex appropriatis, & dictis, quæ matricem confortent, resoluāt humiditatem eius, & huiusmodi.

Et tu nota complexionem matricis; qm̄, si impedimentū est ex causa calida in matrice, & tu imponis calida, grāde inde sequetur nocumentū in conceptione. & ideo cōprehende, quomodo res procedit ab his, qui semper in tali casu dāt calida; oleum de castoreo inunctū super renes, & uirilia, item suffumigatio facta ex nepita, & eius frequens intromissio multū ualet. item mulier post mundificationē à menstruis lauet &c. cū uino nigro odorifero, & postea cū uino decoctionis nepitæ se suffumiget. item inungatur uirilia uiri, & mulieris, cum succo satyriomis, & aspergatur puluere uulvæ leporis, auget delectationem, & est præciosissimum. omne coagulum comestum, uel suppositum post menstrua conceptum iuuat. item. R. coagulum unum leporis, & adiuicem misce cum modico mellis, & faciat pessarium, quod teneat tribus diebus, ac tribus noctibus, & his diebus bibat omni mane de rasura eboris cum uino deinde coeat, & licet sit sterilis; concipiet. item suffumigatio cum ligno aloes. triphera data cum uino decoctionis mandragoræ mirabilis iuuat ad imprægnandum: rosa cum modico musci. filer montanus datur capris, & omnibus aliis animalibus, quando uolunt coire, & statim concipiunt, item testiculi mustellæ masculi super se gestati inuoluti in pelle asinina faciunt, ut mulier imprægaetur. ad idem suffumigetur mulier cum aqua decoctionis arthemisiæ, & foliorum synapis, & nasturtii. utatur singulis diebus diathos ante prandium, & cuminata alexandrina post prandium, & imponat sibi suppositorium in matrice, quod sit de cinnamomo, garyophil. cortice quercus, cupulis glandium puluerizatis, & laudano mixtis, & intromittatur per dies viii. ante tempus menstruorum. facta autem purgatione eorum intret balneum, siue semicupium factum ex decoctione nepitæ, pulegii, hederæ terrestres, saluiæ, arthemisiæ, & exeunti à balneo detur triphera magna cum uino optimo: deinde in matutinis coeat uir cum ea cum modis, & ingeniis dictis. uolo autem in præsentia, quòd tibi sufficiant, quæ scripta sunt hic nam in sequen. rub. ponentur specialia remedia ad hoc secundum speciales causas sterilitatis, & difficultatis imprægnationis facientes. attende, quòd quidam faciunt capitulum, siue rubricam post hanc de eis, quæ prohibent imprægnationem, & abortum faciunt; & quoniam uidetur legi Christianæ aduersari eius perscrutatio; hinc sub silentio de his prætereo. ergo. &c.

De sterilitate, & causis imprægnationem difficultantibus.

Rubrica. 24. STERILITAS quandoq; est propter naturalē cōplexionē matricis malam, ut quia nimis sicca, aut nimis humida, calida, aut frigida, ut supra. quandoq; est accidentalis nō fixa; sed beneficio medici remouibilis ē; quoniā corpus re-

duci potest, sed maxima difficultate, & qui laborabit longa, oportet tētare, & applicare remedia; & forte nō exibit cum honore; quoniam etiam non patiuntur mulieres omnia sibi fieri, quæ deberent: & ideo consulo, ut te nō intro mittas; nam de remissione accidentali rarissimè reportatur honor: & ideo, hęc itaq; sterilitas accidentalis nō est aliud quā quædā difficultas imprægnationis, seu conceptionis denegatio, à medico tamē remouibilis. cuius causa ex parte matricis s̄m plurimū mala est cōplexio frigida. de naturali autē dici pōt, q̄ est una omnino priuatio; quoniam lapsus est tantus, quòd reduci non poterit, aut maxima cum difficultate, ut dictum est. sed de his satis.

CAUSAE. ad causas redeo. causæ itaque sterilitatis, & difficultatis, ut supra, sunt aut ex parte ipsius uiri sumptæ, aut ex parte mulieris, aut ex parte erroris ab utrisque in actu coitus, aut post contingentiam. ex parte quidem uiri primò; ut quia habet cōplexionem similem complexioni mulieris, aut quia læsus est in principalibus, & maximè in corde, & cerebro, & hepate, itē in stomacho, & splene. aut quia semen eius non est prolificū, aut quia cā est in instrumentis quia. s̄m in uirga, aut in uasis spermatis: quæ oīa declarari habent, antequā ad alias causas accedamus. uir nanque cōplexione frigidus debet se copulare mulieri calidæ; ut in ipso semine accidat temperamentū, & non augeat distemperamentū in eo ex copulatione sui ad mulierem frigidā, uñ qui tales sunt, non prolificāt, nisi sociū permutēt. & hic loquor de muliere, & uiro in ætate perfecta suis membris integris, & sanis apparētibus, accidit autē læsio in mēbris principalibus; ut in corde, & cum est in eo tristitia, & timor, aut mala complexio ipsum debilitans: aut in cerebro dolor, aut nocumentum quoddā in hepate, aut in stomacho nauseatiua satietas, ppter quæ omnia debiles generentur spiritus, & semē. unde, quia effectus, qui est generatio, est fortis ualde, debet & causa sua principalis esse fortis: & hanc causam sic ex eis sumptam benè consideres, semen autem debet esse temperatum in suis qualitatibus non excedens, grossum, non fluidum, sed uiscosum, album, grandinosum, odoris florum palmæ, & sambuci super quod, cū muscæ cadunt, comedunt de eo; ut xx i. tertii de signis sterilitatis, & ii. de generatione animalium. cum ergo tale non sit infantis, ebrii, & crapulosi, decrepiti, & eius, qui plurimo utitur coitu, & illius, qui non est sanus: nam, cū ex omnibus membris cura sperma, & ex infirmis infirmum; hoc non redditur prolificum, & conceptioni aptum: quodque de semine muliebri intellige, & forte frequēs coitus met est causa sterilitatis, id est, difficultatis imprægnationis: cōsidera, item ineptificatur sperma, quo ad conceptionē propter malā complexionē calidā, aut frigidam; omnis enim immoderata qualitas deicit actū propriæ uirtutis. infirigidat aut sperma dupliciter; aut naturaliter ex eo, quia ab alimēto frigido decidit; unde comedētes fructus frigidos, res frigidas, alias acetosas, bibēs aquā, & multum frigidā, ut non pauca faciunt mulieres, & uiri, & qui ocio utunt, tristes, & huiusmodi, sperma faciunt naturaliter frigidum; accidit uerò ex causa extrinseca ei occurrente: ut ex parte aeris, & aliorū, ut infra de spermate mulieris statim: & tibi. itē ex retētionē eius longa; quoniā tunc resoluuntur spiritus. item si longo tempore in matrice retinetur, antequā ipsa super ipsum colligatur, ut supra; quia scilicet mulier nondū emiserit; tunc enim resoluuntur spiritus, & frigiditas matricis corrumpit eos quantum ad hunc actum. & ita intellige de qualitatibus passiuis; nimia enim siccitas, aut humiditas idē operantur. siccitas etiam spermatis quandoque ita exiccat, ut exiccet humidum nutrimentale, ex quo debet foetus compleri: unde non sequitur conceptio. item accidit quāq; ut ipsum non sit prolificum, quādo est ex materia aliqua generatū, quæ à proprietate habet; ut sperma infocūdū generet, de quo &c. item non foecundat homo quā cum puella coit non habēte sufficientē quantitatem menstrui; ut est anno. xii. uel. xiii. accidit læsio in instrumentis primò in uirga ipsa; quia sit nimis breuis non potens attingere ad collum matricis: aut quia homo est pinguis, & sua carnosa piguedine, & magnitudinē uētris uirga reddit deper accidēs breuis, & non potest impedita ad locū peruenire:

nire: aut eius nimia longitudo. unde sperma in frigidat ex longitudine uirgæ; antequam ad locum perueniat debitum in matrice: aut tortuositas uirgæ, propter breuitatem ligamenti. unde uirga sic tortuosa facta, aut breuis nimis non emittit sperma ad guttur oris matricis. ite quia mollificata sit, aut spasmodica. secundo accidit læsio in testiculis, aut uasis spermatis propter malam complexionem frigidam eis contingente ex emplastris frigidis, aut unguentis continuatis; aut quia debiles facti sunt communitate nocuentis quod eis accidit propter extractionem lapidis ex uesica. unde credunt aliqui, quod in tali incisione incidatur neruus aliquis, qui deferebat aliquid spermatis ad testiculos.

Causa autem mulieris est aut quia eius complexio, seu semen eius non uenit ad æquationem, id est, temperamentum cum spermate uiri; immo adauget distemperamentum, ut supra de causa uiri dictum est. secundo quia læsa est in principalibus, ut de uiro dictum est. sed hæc læsio plus notanda est in uiro, aut quia eius semen non est prolificum; & hoc respectu ætatis, aut alterius causæ facientis hoc, ut supra de spermate non prolifico, & in de causis ex parte uiri dictum est: aut quia in matrice, & partibus eius. causa autem matricis est aut mala complexio frigida corrumpens sperma congelans ipsum, & est semper plurimum, ut accidit eis ex potu nimio aque frigide, & usu rerum frigidarum, ut etiam de uiro dictum est unde. lxii. aph. v. sect. Quæcunq; frigidus, & spissos uteros habent, non concipiunt: consimiliter si fuerit nimis calida adurens. item si nimis sicca exiccans, aut quia nimis humida. unde semen lubricat, & non retinetur. item impeditur, ne matrix fortiter colligatur super semen. item idem contingit ex mala complexione præter naturam communicata ei a febre habita, uel ab alio membro læso. & mala complexio dicta quæq; est materialis, & est secundum plurimum. unde in matrice adsunt humores mali, qui commiscunt spermati & corrumpunt illud. unde aut sua caliditate resoluunt, aut frigiditate congelant, aut siccitate exiccant, aut humiditate lubricare faciunt, & debilitat retentiuas; & hoc est semper plurimum causa debilitatis: ite ab eis etiam debilitatur uirtus attractiuas; quia non attrahit sperma cum fortitudine. item ampliat collum matricis; unde non se æquat uirgæ, & non fit debita corrugatio, & collectio super sperma ipsum, ut in quibusdam matricibus. ite oppilatio in uasis spermatis; quia sperma descendere non potest in debita quantitate, & substantia; quia paucum, & subtile descendit; aut oppilatio in uenis matricis menstrualibus; quia non peruenit nutrimentum in debita quantitate. item oppilatio collis; ut ex pinguedine multa; ut accidit in ualde crassa iuxta illud Senis. xlii. aph. v. sect. Quæcunq; præter naturam crassa non concipiunt utero, ipsa omentum os uteri comprimit; nam sperma penetrare non potest ad locum debitum conceptioni.

Ita, si in ore matricis fuerit caro addita uerrucosa, aut non uerrucosa, aut consolidatio facta ex uulnere, aut apostema aut hæmorrhoides, aut sicut uirga dura, & sic de aliis causis facientibus oppilationem; ut frigus uehementis oppilat. ite idem contingit, si uir coit cum muliere matrice non existente in loco suo, &c. Item accidit sterilitas, siue difficultas in prægnationis cõitate totius corporis mulieris quando. scilicet est uehementer humida, & est sic causa lubricationis, ut supra. quæq; accidit propter pinguedinem multam supra zirbum, ut matrix ad inferiora ea pinguedine grauata premit sperma ad inferiora, & educit ipsum, & ea impedit ingressio spermatis in matricem. item & contingit sterilitas extenuatione magna totius, aut in matrice deficiente nutrimento, & cõuenienti quantitate seminis. item facit difficultatem in prægnationis uentositas grossa in matrice separans spermata, & in eis inducens malam complexionem; & unam cognoui, quæ ex hac causa non imprægnabatur. item impedit nimis fluxus mestrurorum, & eorum nimia retentio; nam matricem multum debilitat utrunq;.

Errores autem impediens utrosq; sunt primò, ut cum uir, & mulier non sunt cum anore copulatis inde ex hoc efficiunt non desiderantes. secundo cum uir, & mulier sunt diuisi in tempore emissionis spermatis ipsorum & ita requirit, ut eodem tempore emittat. & quia mulier consueuit plus tardare, quam uir; ideo debet se retinere uir, ut potest ab emissionem. & quidam

A curiosi ligant sibi testiculos ligatione leui, ut prohibeatur citus cursus spermatis, & cum mulier sentit se propinquam emissioni statim dissoluit; & emittit quæ citius potest; sed quantum ualeat ex dicendis, & dictis, compone. aliter & melius ipsa inunctio digiti in oleo liliorum alborum fricet leuiter os uuluarum, & ex isto apparet, quomodo requiritur, ut ambo simul emittant; cuius contrarium senserunt plures philosophi. ego autem à fide digna habui ipsam fuisse decies imprægnatam & nunquam sensisse se emisisse &c.

Item, ut cum mulier post coitum immediate surgit, & laboriose mouetur; probatum est, & nihil ualeat. item ex alijs quæ dicent de abortu infra, nec me in his extendo excusans, ut supra propter prauos, & malos uiros. ad difficultatem in prægnationis facit immoderata qualitas aeris; ut cum nimis calidus, nimis frigidus, uel corruptus, pestiferus. item & constellatio influens in corpora regionis; unde quasdam regiones uidemus esse subtiles. item tussis fortis, sternutatio post coitum, motus laboriosus, quies multa, quæ causa est multarum superfluitatum; & ideo utile est dominabus exercitium, superfluus cibus, & potus, & inordinatus, superflua uigilia; superflua inanitio ex parte sanguinis, & aliorum humorum, naturalis, uel uiolenta, siue accidentalis ut est fluxus uentris, uomitus superfluus, item superflua repletio suffocatiua seminum, accidentia animæ superflua, superfluum gaudium, superflua tristitia, superfluus timor, & huiusmodi, superflua balneatio in aqua frigida, aut uehementer calida; & huiusmodi. postremo hic ante positionem canonum attende, quod quidam, cui fuit incisa uirga ex cancro, & remansit ualde breuis solitus ante imprægnare, imprægnauit deinde; nec mirandum, sicut nec de muliere imprægnata in balneo lauelli, in quo mali homines spermatazauerant. item idem fecit quidam alius, cuius uirga non fuit trium digitorum, quando erat extensa. hos credo iuuat attractio fortis matricis. scias præterea ante canonum positionem, quod mulier, quæ parit, & imprægnatur, minus infirma est, quam sterilis, ueruntamen est debilius corporis, quam ipsa, & uelocius fit anus. sterilis autem non est plurimum ægritudinum, & tardatur eius senectus, & est quasi iuuenis in plurimo suæ ætatis. Auicenna. de causis sterilitatis in fine.

C SIGNA demonstratiua. in ponendo signa sterilitatis eum obseruabo ordinem, quæ de causis posui initium faciens ab his, quæ uiro attinet. si fuerit uir similis complexionis cum muliere, cognoscitur, per quæ dicta sunt de signis in principio operis nostri. quod, si fuerit ex nocumento in aliquo principalium illud contingens; scietur per signa dispositionum ipsorum à medico ipso diligenter examinanda, de quibus supra suis rubricis. ex parte seminis; quia semen debet habere conditiones iam supra dictas: & de semine, siue spermate generante, & non generante signa, quæ alia habentur ex parte causarum extrinsecarum iam narratarum.

D Ex parte uero complexionis spermatis; quia nimis calidum cuius caliditas ab ipsa etiam muliere comprehenditur in emissionem eius in matricem; item & ab ipso uiro, quonia in transitu eius sentit ipsum quasi mordicatum, & calidum ualde. item ex aspectu coloris eius; ut, cum in petia proiectum fuerit; color eius albus ad citrinitatem declinare manifeste uidetur; hoc tamen inhonestum puto. item ad ipsum calefaciendum, ut dictum est de in frigidatione ipsius, maxime facit regimen calidum. item & ætas, complexio, habitudo, qui pilos multos habet, & grossos, & in urina apparet resolutiones longæ, & rubræ, & huiusmodi. item & testiculorum ipsorum caliditas, quorum signa supra in præcedenti capitulo posita sunt. & tu ibi. similiter, si fuerit nimis frigidum, ut quia fluidum multum, non digestum, non pruritiuum, priuatio pilorum in genitalibus & imberbes. item & in exitu non sentitur calidum; immo frigidum sic etiam à muliere. item ex colore, odore, quia nullius odoris, aut foetoris debilitas in coitu, & paucitas, ideo in erectione, & huiusmodi de signis frigiditatis testiculorum. item complexio, habitudo, regimen, ut dictum est, & alia, quæ de eius in frigidatione dicta sunt in præcedenti rubrica. quod, si sterilitas acciderit propter defectum instrumenti; quia sit ligamentum capitis uirgæ nimis breue signum, quoniam

caput uirgæ est armatum; quia uersus partem testiculorum tendit, ut dictum supra de ligamento linguæ. & egreditur sperma filiosum non simul cum impetu, sed successiuè, & tortuosè, siue malo modo. quòd, si fuerit propter paruitatè uirgæ, aut eius magnitudinem; ex re ipsa comprehenditur. breuis quidem uirga non est sufficiens instrumentum ad portandum semen ad locum conceptionis. sed quid dicemus de illa, quæ imprægnata est in balneo lauelli? considera. in uirga autem longa debilitatur spiritus gignitiuus, antequam ueniat ad locum cõceptionis. & idè Aristoteles in de animalibus primo. xix. ca. uirga mediocris generationi magis consona quæ, si uirgæ, aut testiculis nocuum accideret ex causa alia primitiua, ut dictum est de causis; id comprehendetur relatione ægrotantis.

SIGNA ex parte quidem mulieris, & hic prius nota, quòd, ut Aristoteles primo de generatione animalium quædam mulieres habent ex dispositione sua naturali, ut prima ætate non concipiant, sed secunda, & tertia sic: quædam nec prima nec secunda, sed tertia sic. unde uisum est quandoque in ciuitate nostra, ut mulier, quæ in prima, aut secunda ætate concipere non potuit, in tertia, quia in quadragesimo quinto anno concepit; & tu considera causas horum: nam præcedente ætate matrici acquiritur dispositio ad conceptionem, aut ab ea impediens remouetur. & sequendo de ipsa possunt in muliere esse causæ proportionales, ut in uiro conceptionem impediens; ut primò quia mulier similis est complexionis cum uiro. & tu per signa loco allegato comprehendes. quòd, si ex parte membrorum principalium; etiam illud cognosces, quoniam oportet causam esse ualdè uehementem, & multo plus in muliere; quoniam magis ipsa passiuè, quam actiuè concurrat. ex parte quidem spermatis; quia nimis frigidum, aut calidum, ut de spermate uiri dictum est: tamen plus attendendum est de spermate uiri; quia muliebri si concurrat magis passiuè, quam actiuè. ex parte matricis; quia sit nimis calida, & iam signa eius posita sunt in principio capituli. unde tales sunt communiter extenuatæ, multorum pilorum, & grossorum, & specialiter in scemore. & paucitas menstruorum, & grossitudo ipsorum, & ipsorum nigredo. quòd, si fuerit mala complexio frigida; menstrua erunt subtilia, aquosa, & paruitas rubedinis eo & pilorum, paucitas in pectine, paucitas menstruorum in quantitate, tarditas, uel raritas in tempore, flauitas pilorum, rari, exiles, & debiles ualdè. quòd, si fuerit propter lubricitatem matricis, signum, quia ex ea currunt assiduè humiditates plurimæ, & quòd sit embryonis abortus, antequam magnificetur, & quòd mollities apparet in mammillis, & toto corpore, & specialiter in anchis, & pigritia ad motum, & ad operationes, & ita de alijs signis frigiditatis eius supra, & quòd sperma retinere non potest: & ista causa ut plurimum uenit iuncta cum frigiditate. signa quando ex siccitate: extenuatio mulieris, & paucitas menstruorum, & eorum raritas, & grossitudo, & uulua siccitas assidua, & asperitas loci cum priuatione humiditatis, hora coitus. quòd, si ex uentositate grossa in matrice; inflatio seminis, & partium eius, perceptio uentositatis in matrice, & exitus eius ab ore suo: & sic de alijs supra de inflatione matricis, noceri à rebus inflatiuis, rugitus, & commotio in uentre, dolor subito ueniens, subito recedens, & ita de alijs signis uentositatis. si per amplitudinem colli; ut in quibusdam meretricibus scitur; quoniam nunquam sentitur uirga ab eo capi, uel congrui. quòd, si fuerit propter oppilationem in uasis, collo, & huiusmodi; scitur per signa supra dicta de oppilationem matricis; & tu discurre illa, quæ ibi scripta sunt quòd, si fuerit propter nimiam pinguedinem; signa sunt manifesta ex habitudine mulieris: nam, quòd mulier pinguis & repleta uidetur, & uenter eius ad inferiora descendit cum pinguedine ultimata, uel quasi, & benè manifestatur consideranti; tunc propter eam non imprægnatur; nam in matrice, siue in locum generationis comprehenditur ipsam esse impediens. quòd, si mulier esset extenuata circa pectus & spatulas, & ad inferiora, & coxas, & apparet in ipsa uentris extensio ultra mensuram, & multiplicatio pinguedinis & spissitudo in loco scemoris, & umbilici anhelitus, & eius commotio, & læderetur qualibet uentositate, & ster-

Ecoris retentione, aut aggregatione uentositatis in uentre, & esset apparens constrictio, uel oppilatio oris matricis; apud tactum obstetricis iam certificatus eris de eo, quòd intendis. quòd, si propter nimiam extenuationem maxime inferiorum, aut nimium fluxum aut nimiam menstruorum retentionem; scietur illud uisu, & iudicio. de erroribus autè loqui malum puto propter malos homines: nam bonæ, & boni communiter errores impediens non committunt. & idè de eis nihil sufficiat, quòd dictum est supra de ingenijs, & modo imprægnandi. signa aliarum rerum extrinsecarum de quibus in de causis iam manifesta sunt etiam consideranti; & idè de his nihil aliud.

Præter hæc signa ponunt ab auctoribus experiētia quædam. prima, ut dictum est supra, suffumigetur: si odor sentit; parata est: si non; sterilis iudicanda. & hoc est signum Hipp. ut in si. capituli ualens in uirginibus, & corruptis, & idè per hoc potes comprehendere; si est causa uiri, uel mulieris. similiter agatur de allio, ut in præcedenti rubrica. item dicitur, quod, si semen foecundæ proijciatur in scutella plena aqua; ibi ad fundum, & sterilis nabit. item intingatur loca nasi iuxta lachrymalia domestica croco distemperato modico sputi; si sentiet in ore eius mulier odorem, & saporem eius; foecunda erit: si sterilis; non. & clarius signum, quando in oculo ponitur collyrium, & eius sapor ad os peruenit; quia signum, quod uia à cerebro ad inferiora aperta sunt, quarum clausio est causa sterilitatis, ut de uenis, & arterijs post aures dicebatur.

PROGNOSTICA. Mulier sterilis magis conseruat iuentutem; sed foecunda uiuit magis sana. si matrix uulneratur, deinde cicatrizetur; non concipiet. quòd, si sic; timendum est de morte matris tempore partus; quoniam orificium factum inobediens dilatationi. paruitas uirgæ naturalis curationem non recipit: de longitudine eius considera, quæ dicta sunt supra. hæmorrhoides, & excrementa matricis male recipiunt curam. nec sis uagus ad te intromittendum; quia pauci exeunt cum honore. similiter neque tortuositas foraminis uirgæ.

CYRA. canones ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, & specialiter causæ sterilitatis, seu difficultatis imprægnationis abscisio. & tu primò rememorare eorum, quæ dicta sunt in princ. præcedentis rubricæ de sterilitate non curabili, & tu ibi. secundo aduerte, quia, ut dictum est, ad imprægnationem faciendam requiritur quædam proportio, & conuenientia maris ad foeminam naturalis. unde accidit ex inæqualitate naturali inter eos existente conceptionem non fieri. & hæc inæqualitatem medicus raro cognoscit, & forte est cognitu impossibilis; & idè prius attendere debet medicus uelle cognoscere hæc inæqualitatem; ut, si est naturalis, aut accidentalis. quòd, si fuerit naturalis; aut est perpetua, aut temporalis; ut dixit Philosophus de generatione animalium. lib. ii. cap. i. usque; quo ueniente ambo ad æqualitatem opportunam; & idè uidetur, quòd quædam sunt .xxij. & medio tempore usque; .xxij. annum; antequam concipiatur. & in casibus, ut in primo, quando, scilicet, est perpetua; non se intromittat. si temporalis; leuibus procedat cum remedijs propter honorem artis non aptis, nisi prodesse, & nullo modo lædatur. quòd, si fuerit accidentalis; cautè agatur, nec fortibus procedatur cum remedijs, ac periculosus: nam & quidam stolidi, & uetula cum talibus procedunt, & non æquāt; sed distemperant, & mulieres ad hydropem perducunt etiam ad alias malas egritudines, & tandem ipsas perimunt. stat itaq; intentio medici in hac re complenda in dando modum hominibus iam positum in præcedenti rub. & in obseruatione canonum hic positorum.

Diætæ itaq; ordinet ad cõtrarium causæ ex parte cibi, & potus; ut si est calida cum frigidis; si frigida, quæ est secundum plurimum cum calidis. sed memorare, quod matrix est complexio nis frigida. & lege, quæ matrici nocet posita in prin. huius capituli. & pro cibis, & potibus recurre supra. iij. tra. & cõsimiliter dic de alijs quinque rebus non naturalibus, de quibus pro parte actum est in præcedenti rubrica.

Materia calida digeratur, & frigida similiter cum digestiuis appropriatis in. iij. tract. & cuita acetosa specialiter multæ acetositas.

Euacuatio fiat secundum exigentiam: nā humores purga cum appropriatis allegato tracta. sed hic scito, q̄ jagarius est medicina matricis ppria. q̄ si senseris oppilationē in uenis; fac phlebotomiam ex saphena, uel ex uena poplitis, ut supra de retentione menstruorum.

PRO COMPLEMENTO quarti procedendum est diuersimodē secundum diuersitatem causarum. unde primō, si fuerit merito complexionis, quia mulier fuerit inæqualis, nō est cura ei tentanda, licet teneatur, q̄ reductio corporum sit possibilis. unde auxiliū in hoc est socij permutatio, quæ uiuendo castē, & secundum legem Christi fieri non debet. quōd, si fuerit, quia læsio sit in principalibus; stude in eius remotione confortando ea, & alterando cum aromatibus conuenientibus, ut supra in proprijs rubricis. itē cū multiplicantibus sperma, ut supra in cura nocenti erectionis: & tu ibi. & eo tēpore præcipuē, ut tardēt coitum, & raro coeant, aliasq; passiones ledentes, si habent, deponant, cibis, & potibus utantur ipsorū confortatiuis. in facta propter semen attende causam. q̄ si fuerit mala complexio calida, aut frigida; eam corrige, si naturalis fuerit; quia ex usu cibiorum talium. permuta itaq; regimen ad cōtrariū cū cibis, & potibus conuenientibus bonis aptis sperma bonū facere. & iube à nociuis abstinere, & remoue malam complexionem introductam cum dicendis in fine, & dictis supra. in longa retentione fac eos frequētare coitum, & moderare. quōd, si fuerit ex longa retentione spermatis in matrice; stude cum ludis, ut mulier, quāmcitius potest, emitat. in ea, quæ est propter aliquam qualitatem ex passiuis, remoue eam, & multa exempla habuisti, & infra habebis. quōd, si infectum est ex mixtione cum aliquo habente proprietatem corrumpere; euacua cum diureticis, & alijs, & rectifica regimen. itē, si læditur communicata ei læsione ab aliquo membro, siue principali, siue non, aut à toto; corrige; ut de principalibus hic ante dictū est exhibendo diuretica calida, ut exigit dispositio. itē, si fuerit infectum ex commixtione alicuius mali humoris; euacua cum pharmaco sanguinem euacuante; ut & bonum inde semen generari habeat. quōd, si ex causa fuerit extrinseca; corrige, & eam remoue, & quod ex ea relictum est modis iam dictis. ea uerō, quæ est ex defectu instrumentorum primō, si fuerit, quia uirga nimis breuis, aut nimis longa, curam nō habet, & præcipuē quando nimis est longa; nā breuis aliquādo concipit, ut supra, nisi fuerit ualdē breuis. & delectationem aliquā facere non possit in matrice. & quidā iuuant uirgam breuem cum applicatione uentosarum in inguinibus: inuatur tamen ipsa breuis in iuuentute tempore per augmentastico. & si aliquis est modus curæ huic; credo, q̄ sit talis, ut habens uirgam breuem eligat mulierem paruā & cum coit, mulier eleuet posteriora, & ipse uehementer adhæreat mulieri, & non se moueant, & sic sperma ad locū emittetur debitum. consimiliter habens magnā eligat mulierem magnam habentem anchas longas, & extensas, & ut dictum est de parua, adhæreat quanto plus poterunt, & sic neq; sperma, neq; spiritus debilitabitur, quāuis transeat per uiam longam: nam ex tali adhærentia continuabitur calor matricis, & uulua, qui faciet ad conseruationem spiritus, & spermatis. quando autem accidit ex tortuositate propter breuitatem ligamenti, cura perfecta est incisio ligamenti, & eius curatio sic, q̄ amplius non adhæreat. q̄ si fuerit propter mollificationē; curetur cura mollificationis, & paralysis uirgæ, de qua in præcedenti cap. in ea autē quæ est propter malam complexionem inductam in testiculis, & uasis spermaticis, cura est remotio ipsius, cuius curam habuisti supra in præcedenti cap. de eis: & tu ibi. de ea quæ est ob incisionem lapidis, dicendum, q̄ aliqui credunt q̄ ei non sit cura: & hæc est sententia uulgi. tamen ex uerbis Auic. uidetur, q̄ cura sit possibilis, & hoc confortando locum incisum cum unguētis, emplastris, cerotis, & huiusmodi, & ad intra administrando ea confortantia uescicam dicta supra de mala complexionem uescicæ: & tu ibi.

Et licet consueuit quandoq; accidere difficultas imprægnationis ex parte uiri, ut dictum est; tamen frequentius id cōtingit & multo magis ex parte mulieris. & ideo oportet maiorem adhibere curam remouendo, quæ sunt causa

A sterilitatis ex parte complexionis eius; quia, si frigida frigidō coniungitur; non uidetur esse cura aliqua, quā socij mutatio, ut de uiro dictum est; sed semper sit anima carior nato. itē, si contigerit læsione principalium, aut aliorum; age, ut de uiro dictum est. si autē id contigerit ex parte feminis eius, quia scilicet sit infectum; cura per ordinem ut est dictum de semine uiri hic ante, euacuando, alterando, diætā ordinando ad cōtrarium causæ. & si sit propter malam complexionem calidam, temperantia bonum sanguinem, aut frigida, de quibus omnibus tertio tractatu. itē ex alteratis, ut oportet, sed acaram, portulacam, lactucam, & alia talia frigida supra trac. iiii. itē, si non est uxoratus & sit complexionis calidæ, habens sperma calidum; eligat uxorem albam, & mollem, in complexione frigidam. consimiliter, si fuerit ex mala complexione frigida accidentali; remoue ex calidis ex parte cibi, & potus bonum sanguinē generantibus, de quibus tertio tractatu. & utatur aromatibus, & alijs calidis stomachi, ac cordis confortatiuis: & tu in hoc te modera. unde diamargariton, diamuscus, diagalāga, & huiusmodi sunt conuenientia. quōd, si nō fuerit uxoratus, & fuerit complexione naturaliter frigidi seminis productiuus; eligat uxorem tendentem ad brunum, habentem menstrua rubicunda ualdē, & in magna quantitate. uinum autem sit potus, quo uti debet, lymphatum tamen. & nota, q̄ ubi ambo essent æqualis complexionis, conceptio fieret: ubi uerō uterq; esset distemperatus ad calidum, aut ad frigidum, non. unde, quia mulier est sicut subiectum, & passum, ut stante casu distemperantiæ dictæ, debes studere præparare ipsam matricem cum calidis, ut inde fiat conceptio. & ut supra maximē commendantur semen bauciæ, quando teritur, & cum uino potatur, & radix eius, quādo comeditur usq; ad duas lunationes, id est, ad binas mēstruorum purgationes. similiter & ameos cum teritur, & miscet cum medulla uituli, aut cū osse cerui, & cum lana supponitur ante eorum coitus die uno, aut duobus, aut tribus post purgationem. quōd, si contigerit semen non esse prolificiū ex parte ætatis, expecta ætatem; aliter non est ei cura. itē, si cōtingerit hoc idem ex causis alijs, ut quia mulier sic ebria infirma, & huiusmodi, ut supra de uirili dictum; age proportionaliter, ut ibi.

C In facta propter matricem, aut partium eius, tunc per causas discurre. quōd, si fuerit propter malam complexionem frigidam, & est illa, quæ est secundum plurimum; tūc diætā ordina ad contrarium ex cibis, & potibus calidis, ut carnibus pipionū, gallinaceis, & huiusmodi aromaticis cum aromatibus calidis, stomachalibus, & cordialibus. utatur cubebe, & siseleos in ieiuno, uino dulci, rubeo odorifero, ouis forbilibus, confectioibus calidis, ut diambra, & huiusmodi, uel suo modo in cæteris non naturalibus. fiant pessaria calida ex semine pœoniæ, & siseleos, & hmōi, & ex his, & consimilibus clysteria in matrice. itē injiciatur uinum nigrum calidum, decoctionis bdellij, & post illud intromittatur oleum balsami. & remedium hoc à Placentino reputatur mirabile. & hic aduerte, q̄ uniuersalia præcedere debent. fac itaq; purgationes debitas præmittendo digestiua appropriata. itē fac balnea, encathismata, cerotaria, suffumigia, & huiusmodi, calida ex dictis supra, & ex dicendis. consimiliter operare de mala complexione calida ordinando diætā, dirigendo, euacuando, alterando, & confortando, ut supra de mala cōplexione matricis. quōd, si fuerit uitio complexionis siccæ, si opus fuerit; operare cum uniuersalibus: deinde procede ad particularia. unde accidit, ut mulier non concipiat propter malam complexionem siccam etiam sine materia; ut sunt macilentæ extenuatæ: & tūc cura est resumptio, & humectatio totius corporis, & matricis. unde utatur brodijs gallinarum, & carniū pinguium, ouis forbilibus, pulpis in dictis brodijs, & huiusmodi. uino utatur dulci rubeo, & non multum quiescat, & non labore. utatur balneo post cibum ex decoctione maluarum, uolarum, buglossæ, florum chamæmillæ, boraginis, foenugræci, & huiusmodi, cum capite castrati. itē his addat butyrū, & est enchatisma. & similiter circa partes matricis os matricis inungatur saepe cum pinguedine gallinæ, anatis. itē saepe utatur diureticis humidis. itē clysterizetur

sterizetur matrix cum decoctione capitis castrati, in qua bulliant, quæ matricem confortant, non nimis calida addendo oleum uiol. aut pinguedinem anatis, aut gallinæ, aut mucilagines, & huiusmodi. similiter fiant suppositoria; & tu ex datis, & dicendis compone. coitu utatur sæpe; quia matricem humectat, & hoc nisi spermatizaret sæpe; quia sic plus exiccaretur. ubi uerò causa fuerit humiditas superflua quæ sit causa oppilans os matricis, & ora cotylidonom: sitque causa lubricationis spermatis, quod solet esse causa præcipua in hoc. cura est ordinatio diætæ ad contrarium causæ ex cibis, & potibus, ut supra, & ex alijs quinque non naturalibus. digestio, euacuatio, alteratio matricis cum rebus exiccantibus dictis, & dicendis, aut suffumigando omni die, aut clysterizando, aut supponendo ex exiccantijs notis. sunt enim quædam, quæ sunt ita humidæ, quòd sperma intus contineri non potest. unde breuiter post ordinationem diætæ digeratur, & euacuatiua. & pro euacuatiuo uide infra de obseruatione embrionis, & cautela abortus. & post euacuationem sequenti die, uel circa minue ex saphena. & tertia post phlebotomiam da tripheram magnam opiatam cū uino calido. itē fac suppositoria calida ex rebus dictis ad hoc facientibus; ut resolue storacem, & fac suppositorium, & superaspergas garyophyllum, nucem muscatam, & galangam postea fac ipsam ingredi balneum naturale cum regulis suis, aut artificiale ex rebus calidis exiccantijs; ut sunt mentha, maiorana, laurus, & huiusmodi, de quibus supra. deinde uadat dormitum, & recipiat de hoc electario. ℞. spicæ nardi, garyophyllorum, nucis muscate, galangæ, cardamomi piperis longi, ros. storacis, calamitæ, aliptæ, ana. bistortæ ad pondus omnium, confice cum melle ros. addito musco. omni autem sero teneat suppositorium usque ad mediam noctem ex triphera magna cum olibano factum. & ipso extracto supponat sibi aliud ex nuce muscata, ligno aloes, storace, calamita, & garyophyllis factum prius, quàm ponat noctem diebus. & aduerte, quòd statim post mundificationem menstruorum fiat scarificatio in tibijs, deinde fiat fomentum ex aqua pluuiali decoctionis bistortæ, & pulegii. deinde fiat suppositorium ex ambræ, & musco, & alijs prædictis speciebus, & hoc tribus diebus; quarto uerò fiat fomentum prædictum. & tunc uir accedat ad mulierem modis dictis in præcedenti rubrica. nec mireris, si fuit hic prolixus; quia ista solet esse causa præcipua, & plurimum contingens. item, ut hoc sit sicut exemplum ad alias causas. in facta propter amplitudinem cura est uti rebus stypticis constringentibus matricem cum balauistijs, nuce cupressi, gallis, uino nigro, styptico, & huiusmodi. & imponantur suppositoria ex petiis intincta, & madefacta in his. item ex his plantagine, myrrha, thure, mastice, barba hircina, & huiusmodi. fiat balneum, in quo sæpe sedeat, & frequenter balneationem oris matricis cum his, & uino nigro styptico. in facta ex oppilatione uasorum cura est cura oppilationis matricis, de qua supra in sua rubrica. sed arte de ad euacuationem materiæ facientis oppilationem cum clysterijs, suppositorijs, medicinis, per os, item, & exhibendo ex diureticis appropriatis. quòd si fuerit oppilatio ob pinguedinem; cura est extenuatio, & consumptio illius cum rebus calidis exiccantibus; ut balneo calido exiccatiuo, clysterijs exiccantijs, suppositorijs, unguentis, cerotarijs, suffumigijs ex talibus, & specialiter cum his, quæ iuuant ad imprægnationem. item introduce tur diætæ extenuatiua; quia pauci nutrimenti ex panemiliacio, uino paruo austero, carnibus, piscibus salitis, & huiusmodi desiccantijs. ieiunet, parum comedat, exercitetur, uigilet, & huiusmodi. dormiat super stratum durum, & balneum naturale est in hoc utile ualdè. & fiat purgatio sæpe cum pilulis de agarico, foetidis, & huiusmodi. & in hoc casu conuenit phlebotomia etiam reiterata, si uirtus, & ætas consentiant. quòd, si fuerit propter hæmorrhoidas, aut apostema, aut propter carnem additam, & huiusmodi; relinquo chirurgicis; tamen de his habuisti supra rubricis proprijs; & tu ibi. quòd, si fuerit propter pinguedinem zirbi, aut corporis extenuationem; cura ex dictis habita est. in facta propter uentositatem grossam cura est regimen calefactiuum & exiccatiuum ex parte cibi & potus, confectiuum calidarum; ut theriaca, mithridatum, diambra, item usus rerum

uentositatem carminantium. item clysteria carminatiua, suppositoria, embrochæ, suffumigia, & hmōi, ut supra rubrica de uentositate matricis. de errore contingente tantum pro nunc dico, quod mulier post coitum non debet se mouere sed stare, ut in præcedenti rubrica dictum est. item neque tussire, neque sternutare, neque aliquod tale facere, quod habeat causam concutiendi, & mouendi matricem; ne ab ea sperma retineatur. & de his satis propter &c. multa noui habentia impedire conceptum, quæ hic non apposui propter malos uiros, ut feci supra de superflua uigilia. impeditur autem quandoque conceptio cum fascinationibus, & maleficijs, de quibus tantum dicatur, quod quia talia quandoque ponuntur in lecto, aliquando in domo absconduntur. ideò spondili, siue maleficati lectum mutant, & omnia, & domum. dicitur, quod si camera, & domus aspergatur sanguine canino, quòd ipsa ab omni maleficio curabitur. & de his dictum est plenius in præcedenti cap.

Et, quia generationi omnino intēti esse debemus; hic ergo subiungam aliquem particularem modum iam in casu isto obseruatum; ut sit, sicut norma, cum ex alijs prouenit causis. deinde subiungam remedia plura in hoc confrentia ex auctoribus, & doctoribus probata in consilijs, & alijs locis excerpta.

Placentinus noster uir certè optimi iudicii, & ueræ scientiæ dixit, quod hoc modo processit. mundauit mulierem ante menstrua cum aqua decoctionis myrobalanorum, emblicorum, kebulorum, indorum, & ros. ru. & dulcorauit cū zucco ueteri, & dabat. ℞. iiii. uel quinq; cum uino rubeo styptico per horam ante diem, & faciebat bis, antequam menstrua accederent. post autem exitum menstruum quinq; diebus sedeat mulier in aqua decoctionis ros. ru. gallarum, balauistarum, & radicum pœoniæ pistatæ grosso modo. cum uerò exit balneum; se exiccet panno lineo mundo, & intro mittat candelam, uel lycinum inunctum balsamo, & aspersum puluere pœoniæ, uel madefactum in succo pœoniæ, & balsamo. & omni die in ortu solis stomacho ieiuno comedat de semine fiseleos. ℞. ii. per se, uel mixto cum ameos; & in hoc inuenit utilitatem plus alijs. & antequam ponā hic alia; nota benè, & quæ imponuntur in uuluam ad cōceptionem post quartum diem post purgationem menstruum immediate; plus operantur, quàm alijs temporibus; quamuis alijs temporibus ad ipsam conceptionem accedat. & memoro unum fortiter commendatum sic impositum post illos dies. succus pœoniæ cū puluere eius impositum diebus dictis habetur pro mirabili.

Expertum aliud ab eo post purgationem, & ordinationem diætæ fecit tale balneum. ℞. ros. myrtilorum, corticū mandragoræ ana. lib. ℥. pulueris gallarum. lib. ii. pistentur grosso modo, & bulliant in situlis duabus aquæ, in qua ferrarii extinguunt ferrum, & de sero, quando uadit dormitum, in ea aqua sedeat tepida per nouem dies continuè, & hoc post purgationem suorum menstruum prius. & cum intrat lectum; supponat sibi candelam inunctam hoc oleo. ℞. olei ros. ℞. i. granorum musci, ambræ ana. xii. pulueris corticis, mandragoræ cribellati cum pecia subtili. ℞. ℥. misce, & ultima die sui in aurora diei sumat tripheræ magnæ. ℞. i. cū uino rubeo calido, & hoc de quarto in quartum diem omni mense, donec fuerit prægnans. quòd, si in ea imprægnatio fuerit possibilis; cum illo uiro imprægnabitur. sed tu cōprehende, in qua causa debet hoc experimētum habere efficaciam ex dictis.

Quidā præparant mulierē, & matricē eius in causa frigida hoc modo. primò enim dant talem syrupum. ℞. matricæ rii, pulegii, calamenti, radices enulæ, acori, radices solatri, althææ, foeniculi. ana. ℞. ii. cuscute. ℞. ℥. melissæ, prassii, ameos. ana. ℞. ℥. corticum citri. ℞. i. passularum enucleatarum, liquiritiæ. ana. ℞. i. cicerum rub. lib. i. aceti scillitici. ℞. ii. spicæ, cassiæ lignæ. ana. ℞. i. bulliant hæ duo in pecia rara cum alijs dos. ℞. ii. cum aqua garyophyll. post syrupum purgant mulierem, & uirum ipsum, si opus est, cum agarico, pilulis foetidis, benedicta, & huiusmodi, & post purgationem inducūt balneum ex aqua decoctionis foliorum lauri, menthaltri, saluix, origani, pulegii. deinde ordināt clyster ex decoctione mastice, pulpæ colloquintidæ. ℞. ii. in qua dissoluatur hiera, &

Sanguinis
canini a-
sperio si-
gula uene-
ficia ex-
pellit.

ra, & iniiciatur in matricem. deinde ordinant pessariū. **R.** macis, bdellii, galliæ muscatæ. an. 3. ii. pulpæ colloquintidæ 3. i. pulueris hieræ. 3. i. confice cum laudano pessarium longum aptum uenire usq; ad mricis concuum. & aliqui addunt euphorbium. & nota hic, quod nux uomica combusta & in lana supposita matricē à sua humiditate ualdè mūdificat. sic autē purgata mricē attēdūt calefactioni, & exiccationi, cōfortationi matricis cū pessariis, suffumigiis, confectiōibus, & hmōi mrici ipsius cōferentibus ex dictis, & dicendis. medicamen ad hoc expertū. **R.** radicis enulæ campānæ tritæ, & mundæ. lib. i. radic. branchæ ursinæ. lib. 5. sic rasē & tritæ, quæ bulliāt in lib. vii. uini odoriferi albi sufficiēter cū li. iii. lardi ueteris triti, matricariæ. M. i. deinde hæc oīa colent, & colatura ponat in olla noua, & fac bullire, & mitte thuris albi, masticis. ana. 3. 5. ceræ nouæ. 3. vi. & cum oīa sunt liquefacta; depone ab igne, & immitte puluerem hunc **R.** cinnamomi, galliæ, garyophyllorum, fustifolorum, nucif muscatæ, macis, galangæ, spicæ, zinziberis, ana. 3. iii. croci 3. i. aggrega cum spatula, & fac coagulari, & tunc uidebis, & supernabit unctuosum, & species residebunt, & in medio erit uinum. post autem balneum dictū, quo balneet totum corpus inūgat totū corpus, & uentrē cū speciebus, & induat se. deinde redeat ad balneū, & se non lauet; sed brachia, & corpus inūgat, & super pectinē ponat de speciebus dictis, & nō coeat omni die; sed die, qua intrabit balneū cū modis dictis supra. in cuius exitu accipiat de triphera, aut de rasura eboris, ut supra. electarium ad hoc. **R.** secacul albi mundi, & exiccatis, quod prius stetit in aqua satyrionis, testiculorum uulpis. 3. viii. radicis raphani. 3. iii. bauciæ. 3. ii. pinearum mundatarum. 3. i. phisticorum. 3. iii. granorum sifami. 3. iii. zinziberis, been al. & ru. ana. 3. ii. nasturtii, cinnamomi, piperis longi. ana. 3. 5. zuchari. lib. ii. olei sifamini 3. ii. pilulæ solutiæ contra sterilitatem ex causa frigida. **R.** xylobalsami, carpobalsami, cinnamo. siferis montani, assari masticis, seminis anisi, fœniculi, macis, croci. an. 3. i. calami aromatici. squināti, spicæ. ana. 3. 5. myrobalanorū turbith. ana. 3. ii. 5. myrobalanorū citrinorum indorum, & emblicorum. ana. 3. i. 5. aloes succocitrini ad pondus omnium fiant cum succo fœniculi.

Gentilis. electarium ad concipiendū satis efficax. **R.** cinnamomi, cardamomi, garyophyllorum, croci. ana. 3. 5. zinziberis, piperis longi, galangæ, macis, cyperi, nucis muscimini, ligni aloes, cāsiæ lignæ. ana. 3. ii. cubearum. 3. ii. ambra; musci, balsami. an. 3. i. zucc. albisimi q̄ sufficit. dos. 3. ii. q̄n itur dormitū. laudat pro solutiōe Gētilis benedictā, cū diaphœnicone. confectio sua ad idē. **R.** garyophyllorū, cinnamomi, galangæ, zinziberis, xyloaloes. an. 3. i. blactæ bizantiæ, nucif muscatæ, zedoariæ, doronici, seminis ozimi, ofsis de corde cerui, rasuræ eboris, margaritarum, spicæ, croci. ana. scr. i. corallorū ru. trochisci diarrho. sandalorū, citrinorū an. 3. 5. serici crudi scrop. i. ambra; scrop. 5. musci grana. 2. zuchari quod sufficit. fiat cum aqua ros.

Arnaldi de uilla noua modus hic est. Digeratur materia & euacuetur, & matrix mundificetur cum his, quæ imponuntur in ea ex decoctionibus clysterizata, aut cum suppositoriis, ut supra. exemplum decoctionis in præsentī, ut est. **R.** rubæ maioris artemisiæ, sauinæ, absinthii, myrrhæ etiam hmōi bulliant. & de hac accipiātur. 3. iii. cum. 3. i. pulpæ colloquintidæ, & iniiciantur. facta mundificatione utatur hoc electario. **R.** specierum triphera; magnæ sine opio, nucif muscatæ, specierum stomatichon, conseruæ citrangulorū. ana. 3. i. ligni aloes, ambra; ana. 3. ii. cum pauco potu uini. dos. 3. ii. quo utatur alternis diebus.

Puluis ad idem optimus. **R.** testiculi uerris dextri desiccati in umbra, & puluerizati, limaturæ eboris, seminis siferis leos, matricis leporis, & coaguli eius. ana. unc. 5. fiat puluis quo utatur mane, & sero cum brodio cicerum, uel uino, & potest misceri puluis liquiritiæ, uel zuchari. & cum fuerit usa his pluribus diebus; utatur hoc medicamine per modum, qui scribetur. **R.** ambra; storacis calamitæ. ana. 3. i. myrrhæ, masticis, thuris, garyophyllorum, ligni aloes, cinnamomi, nucis muscatæ, nucum cupressi. ana. 3. 5. conficiātur cum oxymelle diuretico, & aqua rosa, & fiat massa una. deinde illa diuidatur in quatuor partes, & ex una fiat pomū

A ambra; ad odorandum, & de secunda fiat pilulæ ad quantitatē ciceris, & quotidie transglutiat de mane tres, & ex tertia parte fiat pessarium; sed inungatur prius cum balsamo. ex quarta parte fiat tale magisteriū, distēperet in aqua calida, & cū una cannula recipiat fumū usq; ad matricē ita, q̄ sentiat calorem supra temperamentū, deinde uadat dormitum, & in matutinis coeat, ut supra in præcedenti rub.

Thadeus senex uir maximè scientiæ, & totius medicinæ lumen sic processit in causa frigida, & humida. ordinauit diætā calefacientē corpus ex cibis, & potibus, confectiōibus, & electariis. deinde digessit, deinde euauit, ordinauit balneum ex rebus, ut supra. deinde purgauit matricem ex tali materia cum pessario purgante; ut. **R.** castorei, agarici, colloquintidæ, masticis. ana. bulliant in uino albo, deinde cum illo uino bulliat mel, ex quo debet fieri pessarium longum, quod ingrediatur collum matricis. sic autem impositū tribus uicibus fiat pessarium confortatiuum. **R.** gallarū cupressi, matricis ceruæ exiccata. ana. bulliant in uino albo ad cōsumptionem medietatis, & de isto uino accipiat lib. i. 5. & dissoluantur in eo. 3. ii. de triphera magna; deinde coletur, & inde fiant clysteria ad matricem tribus diebus, & post mundificationem, & ipsam decoctionē in matrice teneat, quanto plus potest. & in qualibet die post tale clyster fiat tale suffumigium. **R.** myrrhæ, thuris, ligni aloes, storacis calamitæ, cinnamo. ana. quo facto fiat tale suppositoriū in matrice. **R.** coaguli leporis, stercoris eius, mellis. anterantur, & conficiantur, & formentur pessaria in lana. quibus utatur tribus diebus, & tribus noctibus, & bibat omni mane his diebus seraturam eburis; & tunc cum suo uiro coeat: à coitu tamē primò absteineat pluribus diebus. & quando facta fuerunt hæc omnia per ordinē; una uice absteineat ab omnibus medicaminibus localibus, quæ fiunt circa matricē usq; ad alium euentum menstruorum. q̄, si non ex his imprægnata fuerit; fiant illa medicamina secundum modū prædictum, & semper sit stomachus benè dispositus; & quæ sic particulariter scripta sunt, uidentur causam frigidam respicere, & humidā. q̄, si ex aliis fuerit causis; modos dictos proportionaliter obserua curando cum suis contrariis. &

B in summa ex parte uiri tria sunt principaliter attēdēda præmissis uniuersalibus. primum rectificatio suis spermatis, secundum electio horæ coeūdi, tertium modus coeūdi, de quo ad plenum in præcedenti capitulo, & rubricis præcedentibus. ex parte autem mulieris primum semper præmissis uniuersalibus, euacuatio particularis à matrice, si materia fuerit peccans, quæ est fm plurimum frigida, & humida cum pessariis, & clysteriis materialibus, de quibus actū est; & hoc benè considera, si phlebotomia est sic conueniēs ut quasi omnes communiter faciunt. secundum debet esse alteratio, & confortatio in balneis primò, deinde suffumigiis, unctiōibus, & huiusmodi, tertium est hora electionis quartum modus coitus, ut de uiro dictum est. & quidam et ut supra, uiros præparant, & alterant cum balneis, confectiōibus, & huiusmodi, ut uidebitur expedire secundum causæ exigentiam. & ultimò hic nota, q̄, quando talia semel facta sunt; debet medicus expectare, & uidere, si imprægnata est, aut non; q̄n horu s̄ continuatio, si interim imprægnaretur, nociua esset, & fortassis causa abortus. & ideò expectat aliam menstruorum purgationem, quæ erit satis efficax si gnūm imprægnationis, aut non.

C Mulier quædā Paduæ in nostra ciuitate mulieres imprægnabat, & certè q̄q; successit, & nō fuit extra rationē. purgabatur mulieres primò, deinde dabat sibi nouem diebus de hoc puluere. **R.** nucis muscatæ, rasuræ corticum mori, rasuræ corticū nucis, florū roris marini, ligni cupressi mundati, & puluerizati. ana. 3. iii. dosis est coclear. i. cum uino maluatico, aut alio odorifero mane, postea dormiat. deē, si cui placet, cum modis suprædictis. & quia de mundificatione actū est; nota, q̄ cōis terminus mundificationis mēstruorum est dies octauus, aliquæ mundificant in quatuor, aliquæ in sex; & sic de aliis terminis. & ex isto interrogando poteris cōprehendere, si mulier habet ea debite, & in quātitate debita; & si sit hoc ex oppilationē, aut habitudine, aut ægritudine, ut alia causa. unde hoc tibi dabit magnū introitū ad causas sterilitatis. & ideò benè considera. quare &c.

D De

Epichy-
fis. Græcis
Latinis su-
perfecta-
tio, barba-
ris autem
superim-
prægnatio
appellatur

De superimprægnatione, & causis gemellorum, & masculinitatis. Rub. 25.

QVIA dictum est tempore imprægnationis os matricis ita claudi, quod puncta acus ingredi non potest; quæreret aliquis, quomodo igitur fiet superimprægnatio. dicendum, ut satisfaciam rubricæ, quod, ut experientia manifestat, fit superimprægnatio. & licet os matricis claudatur; tamen delectatione noui spermatis aperitur, & ipsum deglutit: ut stomachus, qui clausus est super cibum delectatione adueniente, noui cibi aperitur. item, ut Auic. quibusdam rarissimis stat os matricis non ita clausum, & sunt illæ quæ super imprægnantur, & tales habent foetum primum debilem, & etiam secundum. & sic etiam rarissimè fit superimprægnatio. & mulieres, quibus hoc accidit, sunt quæ corpora tenera habent, & sunt multorum pilorum, multi sanguinis propter fortitudinem caliditatis earum, qua caliditate fortius alijs sperma ad se trahunt.

CAUSA gemellorum cum accidit, ut sperma in multa eijciatur quantitate, & in duabus cellulis matricis diuidat fit duorum embrionum generatio, qui gemelli dicti sunt. quod, si in pluribus separatur partibus; plures inde fiunt. unde Conciliator noster dixit in uilla sua de Ebano sex embryos ab una muliere emisso, quorum quilibet motum habebat. res quippe stupenda multum.

Miraculū.

CAUSAE. De causis autem masculinitatis tantum pronunc dicatur, quod una ex causis generationis masculi est primò caliditas spermatis; quia à uiro calidæ complexionis deciditur, ut est sanguineus, cholericus. secundò quantitas eius, quia multæ est quantitatis; nam maior quantitas eius requiritur pro masculi generatione, quam pro foemellæ; quoniam maior est masculus in creatura. tertio requiritur mundificatio mulieris à menstruis; quoniam sic ipsum sperma remanet magis purum, ne ab eis aliquo modo inficiat, aut alteretur, & maximè quado menstrua sunt aquosa, uel ad frigidum declinantia etiam ex parte complexionis mulieris. quartò, quod a dextro descendat testiculo, & quod est calidior sinistro. item sperma ab eo ueniens est spissius, siue solidius, & melius digestum: & ideò pastores cum uolunt ex uaccis, aut pecudibus masculos fieri, ligant testiculum sinistram tauro, uel arietem. quintò, quod in dextrum latus matricis cadat sperma ipsum. & hoc est documentum antiquum quod matronæ dant filiabus suis, ut statim post coitum se ad dormiendum ponant super latus dextrum: & hoc, quoniam locus ille calidior est. & certè quidam nobilis uenerus mihi compater dixit mihi in fide sua pluries habuisse foemellas: & à quadam muliercula datum est hoc documentum sibi, & semper faciebat deinde eius uxorem stare super latus dextrum, quanto plus poterat tempore coitus. deinde in totum stabat mulier, & super ipsum dormiebat: & quod de cætero faciebat semper masculos, & ego uidi eos. sextò & est causa huiusmodi masculinitatis dispositio spermatis mulieris; ut cum ipsum est calidum, & non frigidum extinguens caliditatem uirilium. item quia mulier est complexionis calidæ. septimò adiuuat regio, ad hoc tempus, & uentus septentrionalis: & hoc non est infrigidando; quia sic esset causa foemellarum; sed calefaciendo per antiparitasim corpora, & membra principalia, à quibus pro tunc sperma decidat calidius iuxta illud Senis Ventus, uer, & hyeme. & ideò uidemus alemanos plus masculinare, & orientales plus foeminizare, & similiter meridionales; ut uetus austrinus causa est foemellarum. & ideò ipso flante non debent coire uolentes masculos. octauò adiuuat ætas, ut illa, quæ est in fine pueritiæ; & illa, quæ est absque senectute aliqua; illa enim calidior est. & ex his inferendum, quod ubi a dextro uiri cadat sperma in sinistram matricis, quod, si generabitur foemina erit masculina: quod si à sinistro in dextrum mulieris, erit masculus effoeminatus. & ideò inferas, quod signum sumptum à continentia foetus in dextro, aut sinistro non est efficax signum super masculum, aut foeminam. sed ego, ut in pluribus inueni uerum iuxta illud Hipp. mares in dextris, foemina in sinistris. & hic nota duo signa ad comprehendendum sperma magis cadere à dextro, quam à sinistro. primū est magnitudo testiculi dextri maior ea, quæ sinistri non excedendo quantitatem debitam; nam arguitur, quod est ca-

lidior, & plurius seminis contentiuus. secundum sumit à complexione: nam sanguineus plus abundat in femine, & sanguis generatur in hepate, & hepar est in latere dextro: ex quo arguit quod testiculus dexter erit calidior, & cum maiori quantitate spermatis. & dixit Auic. unum: cuius ratio persuaderi potest, & non demonstratiuè: & ideò dixit. Dixerunt quidam, quod tempus generandi masculum est post menstruationem ad diem quintum: & à quinto usque ad octauum est tempus generandi foemellam: ab octauo usque ad xi. est tempus adhuc masculorum generatiuum: ab xi. supra est tempus proportionatum generationi hermaphroditæ. causa primi est; quia eo tempore est matrix magis munda, & menstruum, quod fit in eo tempore, magis purum, & perfectum: & ideò masculinatum. cum autem pertransit ille terminus usque ad octauum non est ita perfectum: cum autem dicitur ab octauo usque ad undecimum exponere indifferenter utriusque generatiuum; quia non uidetur, quomodo litera saluari possit secundum corticem. sed nominauit masculinum comprehendens sub se foemininum, tanquam imperfectum. causa autem tertij propter maiorem elongationem: à me non bene intelligitur. sufficiant hæc positiue.

SIGNA demonstratiua. de ipsis in speciali princeps noster quasi nihil, & quæ ab ea scripta sunt hic reponam, sed existimo, quod in primis mensibus potest discerni conceptio gemellorum malè. sed, quando moueri incipiunt; poterit aliqua haberi notitia de ipsis per motum in diuersis locis ab ipsis in eodem instanti factum. Auic. uerò solum signa de eis ponit per ea, quæ in primo uidentur foetu ita, quod, quando foetus primus egredit; debet obstetrix à medico diligenter informata uidere, & considerare, si in umbilico continuato cum matrice, & foetu fuerit ruga una, uel nodus. quod, si non, unus tantum foetus: quod, si erit ruga uel nodus, tunc prægnatio erit secundum numerum rugarum. & medicus debet diligenter interrogare obstetricem. item post primum partum debent remanere signa imprægnationis, maximè ex parte uentris; ut quia debet adhuc magnus remanere. ite & ante debuit esse maior, quam communiter consuevit esse tempore imprægnationis. item & matrix debuit claudi post exitum primi foetus. & ideò post paucos dies debet obstetrix inquirere, maximè quando est suspitio, & medicus reuoluere signa de imprægnatione superius posita.

SIGNA demonstratiua masculinitatis. bonitas coloris mulieris, panni paucitas, paruitas coitus naturalis, & desiderio naturali; quamuis desiderium fricationis loci sit magnum ex multiplicatione cholerae, & superfluitatum in loco, quæ incitant pruritus; & inflatio papillæ mamillæ dextræ, & magnitudo pupillæ trahens ad rubedinem, & aduentus sanguinis ad foramina naris dextræ, & leuitas motuum, & corporis totius, & inflatio uentris circa latus dextrum magis, & specialiter cum grauedine, & maximè quando trahit ad actum, & est forte signum. & eleuatio uentris supra os stomachi, & supra umbilicum, & quia mulier primò precipit motum foetus in dextro; immo secundum plurimum & lac primò in mamillis dextra inuenitur, & lac eius est grossum, non tenue aquosum. unde, si projicitur super uentrum, stat, & non fluit. & cum manibus tangitur; sentitur uentositas notabilis, & pulsus dexter est frequentior, & magis plenus. & cum uult se mouere; prius ponit pedem dextrum, & est signum à mulieribus notatum, & expertum. & quando erigitur; sustentatur super manum dextram, & oculi dexter est leuioris motus post menses tres parum sentit mulier motum foetus: foemellæ autem post quartum: & quidam supposita aristolochia, ut de imprægnatione dictum est; si dulcescit in ore; masculus: si amarizabit; foemina. & hic est locus considerationis.

SIGNA demonstratiua foemellæ sunt contraria dictis: ut, quod prius inflatur mamilla sinistra; sentitur in latere sinistro prius; sanguis prius ex nare sinistra, pigritia in motu, & prius mouet sinistram; & sic de alijs discurrendo per contrarium; quia uenter circa coxas, & non ad superiora conuertitur. prægnans ex foemina est deterioris, & prauioris appetitus, mali coloris, pannosa. item quandoque uidentur pedes, & coxæ, & fiunt ex eis opposita, & habens foeminant

minam minus abhorret coitum, quam habens masculum. & uenter habentis foeminam est oblongus, &c. considera.

De agendis, ut masculus generetur. Rub. 26.

P R I M O oportet ordinare dietam; nam, cum aliquando homines sint nimis calidi, & sicci ita, ut spiritus resoluantur, & consumantur humiditas spermatica, & menstrualis, unde foemella generetur; quare in eo casu diæta debet declinare ad frigidum, & humidum, ut dictum est de causis sterilitatis. aliquando tamen; quia secundum plurimum causa est frigiditas. ideo & Aui. de hac principaliter curans, tanquam de ea, quæ accidit, quasi semper dixit, quod ordinetur diæta ex cibis, & potibus calidis, aromaticis, boni sanguinis generatiuis, & consequenter spermatis calidi: similiter ex parte aliarum rerum non naturalium. item cõfectionibus calidis ut est mitigandum cum uino, diamargariton, diambra, & huiusmodi. item ex parte aliorum medicaminum; ut sunt sulfumigia, clysteria, balnea, suppositoria, unctioes, & huiusmodi. secundum, quod non omnino dimittat coitum, sed ad tempus, ut supra in præcedenti rubrica. hæc autem expectatio diuersificat secundum diuersitatem ætatum, habitudinis, complexionis, regiminis, & aliorum talium descriptione medici. & absterneat ab usu aquæ & cæterorum habentium infrigidare sperma. tertium, quod camera stratus, id est, locus, in quo coitum gunt, sit aromatico. aromatizatus. scilicet cum aromatibus calidis, musco. scilicet xyloaloes, troschisci de gallia muscata, oseletis de cypro, & huiusmodi aromaticis, de quibus. xi. cap. de corde. item, si possibile est, sit amenus, pulcher, pictus, pulchris figuris masculinis: ut in mentibus eorum sint tales imagines, & si cupiunt pulchros, & fortes, de pulchris, & fortibus imaginentur: & ex isto trahi potest causa, quia bastardi plus assimulantur his, qui non sunt patres ueri; sed putatiui: nam mulieres cum sic fallunt dubitantes de uiris suis: eos semper mentiri habent, cum sunt in tali actu: & ideo. quartum quod ad eum coitum ueniant leto animo: & ideo qui timent imprægnare uxores, ut plurimum foeminam concipiunt. quintum sumptum ex quadragesimo nono quartæ debet mulier declinare in actu coitus ad latus dextrum, & immediatè post coitum reseruatis conditionibus, ut supra de imprægnatione, se supra latus dextrum completè uertere, in eoque situ sic manere per horam ad minus & ultra, ut libebit. & quanto plus, tanto melius, & conari dormire super eandem, & est res experta. cõsidera. postremò addendum iudico, ut ad id, quæ faciunt ad notitiã eius, qui est masculorum generatiuus: etiã ex parte mulieris. unde priò ex parte uiri est masculus generatiuus uir ille, qui est fortis corporis æqualis carnis i duritie, & mollitie, multi spermatis generatiui, grossi, & calidi, magnorum testiculorum, amplarum uenarum, fortis desiderij, quem non debilitat coitus, & ex cuius dextro eijcit sperma. & cum adolescens incipit coire, sentit prius inflari dexter testiculus; tunc est masculinatus, e cõuerso foeminatus. id est, si cito semine emittit, signum, quod est calidum. mulieres autem masculinates sunt, quæ sunt boni coloris, & formæ, quæ non sunt grauis corporis, neque mollis. & sunt menstruorum non fluidorum, neque adustorum ualde, quarum os matricis est ex directo uuluarum; ut statim ingredi semen possit ad locum debitum: quæ bene digerunt: uentrum manifestarum, & boni sensus, & motus, non habentes assiduam uentris solutionem, neque eius continuam constrictionem. quarum oculi declinant ad fuscedinè absque albedine, quia non debent esse citrini, neque discolorati. & nota hic quinta ponit de oculis propter magnam colligantiam eorum cum matrice, & membris genitalibus: & ideo dicitur communiter tantum coibis, quod oculos perdes. & ille, quibus menstrua uelocius recedunt, digniores sunt, ut masculos pariant; & iuuenulae sunt etiã ad hoc magis paratae, quia calidiores; etiã quia paucam habent adipem, & humiditates aptas obtundere calorem. ergo. &c. & hæc satis.

De mola matricis. Rub. 27.

M O L A in præsentiarum sic distinguatur; quoniam alia est propria, alia non propria: siue distinguatur in ueram, & non ueram. propria, siue uera dicitur, quando in matrice generatur carnis frustum. impropria uero, siue non uera est quandoque generatur in radice uentositatis, humor, uel aliud. & dicitur mola, siue arabicè, siue græcè à mollia, quod idem est, quod multæ carnis parturitiõ. & latinè dicitur mola, id est

A imprægnatio mendosa. est itaq; mola imprægnatio mendosa à uentositate, humore, uel carnis frustõ causata, in qua uere imprægnationis signa manifestè apparent; ut sunt mutatio coloris, casus appetitus, retentio menstruorum, clausio oris matricis, inflatio mamillarum, generatio lactis in eis & quandoque accidit in eis apostematõ, tumor uentris in dies crescens ad quantitatem embryonis. item ut hydropicis sed non resonat; ut in tympanites; quia uentositas clausa est ad intra in matrice: & hoc dico propter eam, quæ est ex uentositate. item sentit motus, ut embryonis, & remanet sic mulier usque ad tempus partus; & tunc accidunt dolores, angustia & huiusmodi; & tamen non parit. & quæque extendit ad annos quinq; ut uidi in domina Fantina de montebellone. aliquando durat usque ad finem uitæ suæ, quæ tamè uita pur aliquantulum abbreviatur ex ea. & licet in quibusdam non multum, quæ sunt fortes, & robustæ ex ea non multum læsæ: & sic non recipit curam. item accidit, ut aliquando pariant frustum carneum in determinatæ figuræ, aliquando uentositatè, aliquando humiditates aquosas aggregatas cum sanguine plurimo; & tunc ueterè detumescit. & cum hac dispositione est aliquando durities quædam, quandoque in tota matrice, maximè quæ est carnosa. ex quibus apparet maximè ex descriptione iam posita, quæ sunt ipsius molæ causæ coniunctæ. de modo generationis eius sic dicitur, quod accidit aliquando, quod mulier in somnis sperma emittit, & in matrice retinetur. unde pro tunc caliditate uehementi matricis trahit, & siccitate, quæ fit ipsa ad eas qualitates matrix lapsa: sic trahuntur menstrua ad eundem locum & commiscuntur cum spermate ipso, & uirtute caliditatis iam dictæ coagulantur. unde tunc frustum illud carneum fit, cui inest quædam forma; sed non dearticulata, & hæc est sententia Auic. x. de animalibus cap. de mola. item contingit ipsum frustum generari etiam post coitum mulieris cum uiro: unde mulier emittit semine, ut dictum est, & menstruum à natura, uel caliditate matricis peruenit ad eum locum, & semen uiri lubricat extra matricem, & ab ea non retinetur, & tunc generat quemadmodum fit in ouis, quæ fiunt absque semine galli dicta oua uenti. item potest idem contingere etiã retento spermate uirili; sed quia, sperma uiri fuit inefficax & imperfectum, aut ex se, aut ex tempore, quia non simul incidit in matricem, nec simul fuit comprehensus, sicut est necessarium per conceptionem, ut supra; unde in summa excessiua caliditas, & siccitas matricis deficiente uirtute informatiua, quæ est in semine uiri, est causa ipsius frusti positiua. & aliquando est frustum ipsum sic durum, ut ferro non leuiter diuidatur, & maximè quando caliditas est ualde fortis; sicut accidit in argilla igne petrificata. & hic aduerte quoddam uerum mulieribus nostris impossibile apparere, sed certa ita est. & quandoque in nostra euenit in ciuitate, & mater nostra uidit, à qua habui, & fuit domina fide digna. mulieribus meridionalibus, & australis regionis, & mulieribus multi, & prauis sanguinis ex malitia regiminis accidit quæque; ut ultra conceptum uerum pariant quoddam frustum carneum secum portans formam animalis uiuens, quod dominæ feram appellant. & causa huiusmodi non fuit uirtus spermatis primi ipsius uiri; quia ex eo iam conceptus est foetus; sed error secundi in secundo coitu emissi. cuius error procedit ab influentia cõstellationis, seu uirtutis cœlestis, ut. 18. animalium Aristoteles. unde in quibusdam partibus Apuliæ, ut uidit etiam pater noster, cõmuniter mulieres sic prægnantes pariunt cum foetu feram, quia bubonem, accipitrem, aquilam, lacertam, & huiusmodi. & asserunt illæ mulieres, quod quæcum illo foetu oriuntur bestia, seu fera nobilis, ut accipiter, & huiusmodi: tunc foetus ille ex nobili uiro conceptus fuit. quod, si fera fuerit rustica; ut bubo, lacerta, & huiusmodi ex rustico, & uili homine factus est: & hæc fera quæque foetum perimit. & dicitur, quod tanta est proprietates, quod, si cadens in terram hora partus mordeat eum statim morietur foetus. hæc sunt uera; licet non appareant; quoniam talia hic uidere non sumus consueti: & sicut in intestinis, & alij uermes generantur; ita possunt & in matrice animalia generari maximè existente ibi materia apta. item accidit, ut tanta materia sit sanguinea, aut alia sicut in matrice aggregata præ multitudinem suæ caliditatis matricis non sit sufficiens condensare, sed natura cooperante dissoluit, & in aquositatem conuertit.

aut uentum ita, quod illud, quod egreditur, est sicut aquositas sanguini mixta, aut uentus, ut Auerrois. & quia multi, ac periti, immo famosissimi doctores decipiuntur, & decepti sunt in comprehendendo, an sit mola, an uera imprægnatio ut meo tempore accidit Papiæ in bono Marfilio, & Petro de Tufsignano maximo practico; hinc subiungam signa inter has dispositiones distinctiua, ut melius sciueris; ne Deo illuminante in hunc incidamus errorem.

SIGNA demonstratiua. & signorum horum quædam sunt distinguenda inter imprægnationem, & molam: quædam inter eam, & hydropem: quædam inter species molæ. differt mola ab imprægnatione his signis; nam in mola non est motus, sicut in imprægnatione id est muliere imprægnata; quoniam in prægnante est motus uiui tremulus, & sic sentitur sub manu tremulanda quædam, & non est motus in fans. & Alman. 9. sed est motus rei mortuæ. & est unus foetus, & non mouetur nisi hora quadam, & uiuum pluribus mouetur horis, & pluribus, & diuersis motibus; mortuum autem uno motu. item uiuum non mouetur ante tres menses; frustum autem ante. item mouetur uiuo de loco ad locum absque compressione; & frustum cum comprimitur; mouetur, & non sine compressione in multis. item cum fit compressio; mortuum mouetur, & sic motum stat. sed, si uiuum mouetur per compressionem factam ei; deinde mouetur ex se motu uiui tremulo. item est aliud signum; quia motus molæ pertransit horam motus embrionis. est quippe motus embrionis in sexto septimo fortior motu molæ. item in septimo imprægnante sentitur motus maior, quam in præcedentibus; non sic in mola. item, si mulier iacet super latus sinistrum, & leuiter moueatur ad dextrum; sentit frustum moueri ad dextrum, & econuerso: non sic de foetu. item durities in mola uehementior est duritie uerè prægnantis propter fortem caliditatem coagulatem, & indurantem. item sentitur in mola dolor similis colicæ, apostemati matricis propter constrictionem orbi. item sunt pedes, & manus molles cum minoratione in molatica; quoniam nocumentum matricis communicatur hepati. & tamen hepar sanguinè aquosum, & malum generat, & ad extremitatem expellit: hinc &c. item & ad faciem aliquando, sicut hypofarcha. item dispositio prægnantis est melior, quam patientis molam, quoniam mola est præter naturam; imprægnatio uerò naturalis; & idèd plus multo distemperata est mulier, & debilior. item uenter paulatinè, & ordinatè crescit in imprægnatione, in mola uerò inordinatè. item & uenter molaticæ ut plurimum ad maiorem tumorem uenit. item imprægnatio fit communiter præcedente ordinata retentione menstruorum, in mola autem procedunt communiter inordinatè. item communiter os matricis maximè, quando mola est ex humiditatibus; est humidum, & in prægnatè sic cum. de efficacissimis signis est, ut ponit Gal. v. aph. com. 53. in prin. impositio digitorum obstetricis in uulua. quod, si sentit uiam clausam; signum est imprægnationis; ut Auic. de signis imprægnationis. & inquit Gal. alleg. loco, magnum signum, & certum est ad intelligendum, si foemina conceperunt. aph. Quæ utero gerunt, his uteri os comprimitur.

SIGNA distinguenda inter hydropem, & molam sunt, quoniam in mola in prin. usque ad tempus ueter est durior. cum aut materia in uentum conuertitur, aut in aquositate minorat durities. itè, ut dictum est, uenter non resonat, ut in tympanite.

SIGNA distinguenda inter species eius; quoniam durities est maior in ea, quæ est ex frusto, & grauedo maior: secundò in ea, quæ ex humore est: minor autem grauedo, & maior tumor in ea, quæ est ex uentositate, & reliqua signa uentositatis. sis itaq; attentus, ne decipiaris.

CYRA canones ordinatio diætæ, digestio euacuatio materiæ, complexionis matricis remotio, nam manente causa faciente discrasiam impossibile est dispositionem aliquam finaliter curare. unde nota, quod remouendo causam oportet medicum primò laborare, & diætam, & alios canones dirigere in eius remotionem cum suis contrariis. quod, si causa erit caliditas, & siccitas matricis; non uidetur, quod aliquid prohibeat, quod regimen non tendat ad frigidum, & humidum; & hoc dico; quoniam Auic. & omnes authores statim in remouendo eam currunt ad res calidas ex parte eorum, quæ as-

E sumuntur per superius, & per inferius; ut sunt cōfectiones electaria, balnea, suffumigia, & hmōi, ut statim. hic uolui te auisare, ut studeas; quoniam non sum sic ausus statim authoribus contradicere. uerum ordinant ex parte diætæ Auic. & alij dimissionem exercitij, & dormire resupinè, tenere crura eleuata: & hoc, ne materia descendat. item ordinat profecudo, ut præparetur materia ad exitum cum mollificatiuis, ut dixit de apatibus duris: idem cum embrochis, balneis, & huiusmodi, & pro tertio euacuant cum phlebotomia uomitu solutione uentris; ut cum pilulis foetidis, & hmōi, item cum prouocantibus menstrua, & facientibus abortire. & dicit, quod oleum alchechengi est mirabile in hoc.

Ut specialius loquar; ordinant diætam cum rebus calidis ex parte cibi & potus. & laudatur cum cibis suis puluis menthæ, calamenti, origani, rutæ: item laudatur brodiu ciccerum, faseolorum, porrorum, caulium, & similiu prouocantium, & huiusmodi. nota, quomodo ista conueniunt ducendo materiam ampliolem ad locum: considera. uino utatur potenti, carnibus anatinis cum speciebus, piperata, synapi, & huiusmodi calidis exiccatiuis, & prouocatiuis. de exercitio, & somno dictum est. euitet indigestibilia, & uentositatem generantia.

Pro secundo applicentur uentri maximè, quando est fluxu mollificantia ex parte balnei; ut ex decoctione maluaru uiolarum, seminis lini, maluauisci, foenugre. chamæmillæ. item ex parte emplastrorum ex his, & similibus factoru cum pinguedinibus; ut è pinguedo anseris, anatis, bdellio, amoniaco, & hmōi oleo de spica, & de lilijs al. item supposito-ria ex radice maluauisci, item iniectiones mollificatiuæ, ut de apostematibus duris matricis, hepatis, & splenis supra dictum est: & tu ibi. item detur sy. aperitiui, de quibus. iij. tra. & ualet iste. R. arthemisiæ, sauinæ, utriusq; calameti, be tonicæ. an. par. ij. anisi; maratri, squinanti, spicæ nardi, spi. cel ticæ, cyperi, calami aro. ana. par. i. aceti tantum, ut fiat leuiter, & quasi insensibiliter acetosum & cum melle fac sy. positus est; quia efficax, & gratia Christi.

Pro tertio euacua, & fac phlebotomiam, si uidetur expedire, & cætera consentiunt. laudauit Placentinus maximè in frusto, quod phlebotomia saphenæ iterata confert, quod menstrua prouocando iuuat ad curationem eius ita quod eius species in cura est prouocatio mēstruorum. quomodo autem prouocantur, habuisti supra propria rubrica. euacuatio cum pilulis foetidis, & alijs solutiuis respicientibus materiam in matrice contentam fiat, & iteretur, ut decebit. item laudatur uomitus, item fiat iniectiones in matricem euacuantes in præcedenti rubrica.

Pro ultimo uerò fiant balnea ex rebus materialibus dictis remouentibus malam complexionem eius. & ut dixi, authores ordinant suffumigia ex rebus calidis, supposito-ria calida, iniectiones calidas, balnea calida, unctioles ad intra ex oleo de costo, de spica, de lilijs, & hmōi, & quidam imponunt puluerem euphorbij, castorei, & horum calidorum cum his. & inungantur foemoralia, & loca circumstantia, & os uulua semel in die ad minus. credo tenendum, quod mala complexio eius calida remoueri habeat cum regimine infrigidatiuo, diureticis frigidis, emplastris, balneis frigidis, & humi. nascalibus frigidis, unctioles frigidis, oleis frigidis; & tu benè considera. unde multum notauit uerbum Auic. in cura eius in fine capituli, cum dixit. Et oleum alchechengi est uehementis iuuamenti in hoc: & ipsum est frigidum: idèd benè considera. & si per ista remedia incipiet egredi, aut aliquid sanguinis, uel carnei, aut uentositatis ita, quod uenter detumescat; spes erit curæ; si non; dubitandum est de eius difficultate, aut impotestate. item dubitandum, ne materiæ raptum habeant ad superiora; ut ad hepata, & splenem, & ex consequenti efficiatur mulier hydro-pica. unde, si non curatur, ad hydropem mulierem ducit, & sic interimit; & uidetur Placentino hoc necessarium. sed contra eum nota uerbum Auic. de quo supra, & quandoque protenditur usque ad finem uitæ. postremò scias, quod, quia passio difficilis, & chronica; oportet iterare curam; quoniam in una, uel duabus curationibus curari non potest: & hoc si est possibilis eius iteratio; quia patiens toleretur. & scito quod, si in tribus curationibus, uel circa passio ipsa non remouetur;

uetur; existimandum est alterum ipsorum, aut quod medicus non cognoscit causam, non procedit directè, aut quod cura est impossibilis. quid autem agendum sit, cum causa est uentositas, dictis patet, & ex his, quæ dicta sunt supra de uentositate matricis, & de inflatione eius. & tu ibi. pessarum educens molam. ℞. olei al. oppopanaci. ana. drach. ii. fellis tauri. drach. i. puluerizentur; fiat suppositorium, est efficax. item ualent, quæ prouocant fœtum mortuum, & abortum faciunt, ut supra, & infra. & si uis fortificare, appone electarium.

De regimine prægnantium, & earum appetitu. Rubrica. 28.

Cum certificatum erit mulierem esse prægnantem; oportet consequenter medicum studere eius regimini ex parte sex rerum non naturalium. debent itaq; earum cibi esse panis mundus à furfure; caueât enim à furfure; quoniam abstergit, & omne tale est eis nociuum, nisi cum eo esset stypticitas, sicut in geleniabin. item à fœniculo, & omni tali prouocati uo. item brodia sint pingua ex carnibus laudatis scilicet tereperatis, & propinquis temperamento; ut perdicis, fassiani, caponis, hœdi, gallinæ, & hmōi, de quibus supra. iij. tract. & hoc propter stypticitatem uentris earum. & hoc itellige, nisi in eis fuerit casus appetitus: quo casu pingua non conferunt, ut infra. ite conferunt ptisana hordei, siue iuscula saltè in primis diebus suæ conceptionis; quia facilis sunt digestionis, & breuiter cibaria earum debent esse facilis digestionis; quoniam magna pars sui caloris ad fœtum conuertit. & debet partire eius nutrimentum ita, quod in uice una non accipiat multum de eo, sed parum propter absentiam caloris. & nota, quod ex bono nutrimento bonus inde fœtus, & bonorum morum nascitur, nisi prauitate mœstruorū impediatur. oua sorbilia sunt hoc casu conuenientissima. & euitet faseolos, cicera, apium, fœniculum, & omnia talia, quæ sunt mœstruorū prouocantia, de quibus supra sua rub. per quæ discurras tu, & maximè in multa quantitate, quod si de eis pauca quantitas ponetur, ut esset, sicut ductor aliarum rerum, & nutrimenti ad matricem; eo casu conuenirent: aliter non.

C Vinum sit odoriferum, subtile, & uetus stypticitate aliqui participans. quod si fuerit pauca nigredinis; erit Hippopus placens: est enim sic stomachi confortatiuum, & spiritus, & caloris generatiuum. quod, si oportebit lymphare; sit aqua ferrata parum, aut plus, ut uidebitur expedire. euitet acuta, & amara; ut cappares, oliuæ immaturæ conditæ, & acetum, & omnia, quæ sunt apta prouocare tussim, sinapi, & quæ mouent sternutationem, & huiusmodi. item euitet uentosa, & omnia, quæ apta sunt abortum facere, de quibus infra sua rubrica ad plenum: & tu ibi. in mensa secunda potest uti citoniis, piris, passulis, granatis, nucibus, & pomis muzis; quia medijs saporis inter dulcem, & acetosum; styptica enim sunt &c. & nota, quod, quia ex his uentosa aliqua sunt; decoquantur benè. somnus, & uigiliæ debent esse moderatæ; sed tamen uolui Ras. quod somnus super uigiliam debeat augeri. deuitent motum superfluum, & saltum, & percussionem, & casum, & coitum saltem in primis mensibus duobus, & omne, quod est aptum prouocare abortum, ut infra. unde Gal. quædam prægnas corizauit post conceptionem per paucos dies, quia in quinto die, & emisit sicut albumen oui, & aborta est. exercitium, & temperatum, & sua ue confert eis; immò in eo sunt occupandæ. euitet balneum, nisi foret necessarium apud partum, de quo infra. unde Auic. Balneum enim est eius execrabile nisi apud necessitatem; & ideò bestiales sunt mulieres nostræ, quæ cum impregnatæ sunt; faciunt eis balneum, aut ad thermas uadunt. nullo modo repleantur, sed diuidatur cibus, ut supra. uentrem sibi teneant lenem cum eis, quæ leniunt cum æqualitate: & causa; quoniam dubitandum est; ne fœces duræ retentæ lædant matricem comprimendo, & inde causent dolorem: & hoc supposito, quod ex se non habeant beneficium, ita quod talia non sunt necessaria, nisi cum constringitur natura ualdè. euitent fortem uentris compressionem; quia fortis compressio est causa abortus; & ideò ænema, & conuenientia sunt eo casu iura pingua, malua, uiolæ, maluauiscus, sebesten, pruna damascena exiccata, thamarindi, cassia, manna, & huiusmodi: unde à fortibus abstinendum propter periculum abortus.

A sus. euitent iam tristitiam, timorem, & huiusmodi, & gaudiis moderatè lætificantibus utatur, & abstineat à risu multo magno, & frequenti.

Post autem regimen tale habeat regimen per medicinalia. & primò studendum est confortationi stomachi ipsarum, quia, ut patet, multum læditur, cum mastice, xyloaloes & huiusmodi, quæ stomachum confortant: in quibus non sit multa caliditas, de quibus ad plenum supra de debilitate stomachi. item ualeat in hoc casu exhibitio geleniabin in abstergendo, & mollificando materias multas de stomachis earum; nam, si habet de absterfuo, habet etiam de styptico: quod dico propter dictum supra de fursuribus.

B Item cum confectionibus ualentibus ad hoc, & matricem confortantibus; cuiusmodi est confectio de margaritis Aui. in hoc cap. certè multum utilis, & efficax. & ideò eius descriptionem pono. ℞. margaritarum non perforatarum, pyrethri. ana. 3. i. zinziberis, mastice. ana. 3. iiii. zedoariæ, doronici, seminis apii, cassiæ, cardamomi, nucis muscatæ, macis cinnami. ana. 3. ii. been rubei, piperis, macropiperis. ana. 3. iii. cinnamomi. 3. i. zuc. sublimis ad pondus omnium, & plus. dos. est coclear unum, & est. 3. iiii. uel circa. & ut dictum est, studium sit uehemens circa stomachos earum. unde cõfice elec. ad hoc facta cum zuc. plurimo, & speciebus aromaticis non multum calidis; quoniam multum calida possent esse causa eductionis embrionis, & ipsorum mœstruorum.

Et intendens stomacho, ut persuasum est, discurre per ea, quæ aut appetitum lædunt, aut iuuant. unde, cum appetitus cedit in eis, ut cõmuniter accidit in primis mensibus, debet abstinere à pinguibus uehementis pinguedinis, dulcibus uehementis dulcedinis; quoniam talia appetitum deiiciunt; sed uti debent cibis subtiliantibus, & incidentibus phlegmaticas materias in stomacho contentas; ut sunt porrum, coepæ, & in pauca quantitate cum modico aceti, & huiusmodi. & ista exhibentur coactè: hoc dico, ut ponitur supra absolutè moderantur. item & moderatus potus aquæ, & maximè cã existente calida; ut in mulieribus habentibus stomachum calidum, & hepar calidum complexionem calidam. ite accidit ex phlegmate, quod putrefit in stomacho, quod est secundum plurimum; adhuc foret eius moderatus usus; quoniã in tali est caliditas extranea prosternens appetitum: quæ remittitur, & tollitur usu aquæ frigide; considera. item confert uinum odoriferum subtile; sed paucum; est & enim iuuatiuum rectificans appetitum, & illud, quod accidit de nausea uomitu plurimo. Aui. item conferunt omnia, quæ sunt styptica cum temperata caliditate. & laudatur uirga pastoris, in qua sunt aliquæ partes calidæ; licet ex se frigida sit, sed data cum uino, & aristolochia data ante cibum, & post, sed in pauca quantitate; quia sunt displicibilia. fac confectionem ex eis. emplastrum factum ex citonijs, dactil. al. ficcis, calamo aroma. spica cum uino odori. antiquo. quod, si fuerit dolor, & inflatio; appone anisum, fœniculum, & hmōi.

Vbi autem appetitus fuerit corruptus ad carbonem, & hmōi, debet medicus studere in mundificando stomachum cum melle ro. co. & medicinis leuibus; ut statim: deinde dare confortantia stomachum, ut agreste cum uino granatorum, & huiusmodi cum zuc. & ad extra inungere. & puluis polypodij exiccati est in hoc conferens ualdè ad extram appositus, & quidam ad intra datus. sed tamen nota, quod medicinæ laboriosè soluentes sunt hoc casu suspectæ. & ideò benè considera, & non transcendas mannam, aut cassiam; licet aliqui laudant rhabarbarum, ut Mes. stude itaque eius mundificationi cum his facilibus, & cum discretionem. dicit Auic. quod synapi est ultimum in reducendo appetitum earum, & supra ipsum est damnatum, iam solutum est: consimiliter & oliuæ salitæ, & cappares; incidunt enim maximè cum aceto, & abscindunt humorem malum corruptum & excitat appetitum. & si earum appetitus esset ad caseum habeatur caseus recens, humidus, & mollis, & affetur super prunas, & exiccetur; est enim melior, quam ficcus acutus ex sale. & nota hic Viaticum; inquit. oportet, ut in principio conceptus nullus ad memoriam fœminæ reducat cibaria, quæ illo tempore inueniri nequeunt; ne forte desiderium rei non inuentæ causa sit abortus. & si desiderat; ad ea inueniendæ, & adducendæ festinemus. uidi clibanariam unam,

Quæ omni die comedebat unam parapsidem cinerū. quod, si fuerit ad carbonēs, & huiusmodi, dentur fabæ assatæ etiā cicera. & hæc de regimine prægnantium, & earum appetitu sufficiunt.

De cura accidentium prægnantibus. Rub. 29.

SI PRIMò succurremus accidentibus, quæ sunt causa frequenter abortus; etiam succurremus conseruationi embryonis in utero, de quo post: & ideò ab ipsis prius. accidentia itaq; uenire consueta omittendo abortum; quia de eo post, sunt dolor uentris, difficultas urinæ, & distillatio eius anxietas, nauſea, abominatio, corruptio appetitus, dolor stomachi, uomitus, dolor capitis, uertigo, tenebrositas oculorum, fluxus uentris, pulsus, siue cordis tremor, inflatio pedum, & mollificatio, apertio menstruorum, & ex dictis, & dicendis aperta sit cura. tamè in eorum remotioe aliquã curam, & exempla ponam; sed prius hanc regulam menti semper habe, quòd cum leuioribus semper procedas, & per exterius omittendo, quæ per interius dantur, ut possibile, & maximè in primis, & ultimis mensibus. neq; de eis curandis te intromittas, nisi cum fortia fuerint.

AD DOLOREM uentris; si opportuna est euacuatio; fac eam cum leuibus medicinis, ut in præcedenti rubrica cum manna, calsia, & huiusmodi. electarium ad hoc. R. castorei nucis musc. zedoariæ, doronici. ana. 3. v. ameos, apij. ana. 3. i. feminis iusquiami, albarum margarita. non perforatarum. ana. 3. i. zuchæ. ad pòdus omnium, & fiat. dosis est. 3. i. cum uino. electarium ad idem, & conseruat foetum. R. zedoariæ doronici. ana. 3. ij. margaritarum, bdellij, carabe, ferici crudi. ana. 3. ij. castorei. 3. i. 5. usneæ, spicæ. ana. 3. 5. cheil, croci, gariofillorum. ana. 3. i. mellis quantum sufficit. dosis. 3. i. cum uino.

IN DISTILLATIONE, & difficultate urinæ recurre ad locum proprium, & utere leuibus, & per extrinseca, ut poteris; ut quia ibi diffusè multum: ideò supersedeo hic.

IN ANXIETATE recurre ad capitulum decimum rubrica de asthmate, & difficultate.

De corruptione appetitus iam dictum est.

AD VOMITVM debes studere in administrando aromatica styptica super cibos suos, & post cibum styptica pontica, sicut citonium assatum, & melius, si fieri potest, cum in eo fuerint frixa ligni aloes. item fiat leuis fricatio manuum, & pedum in diuertendo. item teneat in ore grana granatorū cum folijs menthe, item deglutiant aliquod de miua citoniorum, item assumptio boli armeni; sedat enim nauſeam earum, & uomitum potenter, & maximè quando est ex causa putrida; quoniã bolum armenū putrefactioni resistit: & ideò in pestilentia &c. item emplastra applicent & unguenta, cerotaria, & alia stomachum confortantia, de quibus supra decimotertio cap. item dentur syru. ut ibi. & laudatur hoc casu sy. de agresta, & de acetositate citri.

CONTRA uerò dolorem capitis, uertiginem, tenebrositatem &c. & fluxum procede cum lenibus suis rub. positis, & cum exterioribus; si id satisfacere credis.

CONTRA uerò pulsum cordis similiter Auicè. quia credit id accidere secundum plurimum propter communitatem oris stomachi, & causa humoris in eo. laudat sorbitionem aquæ calidæ paulatinè factam; ut faciat præcipitare illud, quod est in ore ad fundum, & ad intestina. quòd, si fuerit humor; euacua cum prudentia, ut supra.

CONTRA fluxum menstruorum applica styptica, & non aromatica propter matricem, ut sunt lentes, cortices granatorum, balauſtiæ, glandes, gallæ, bolus ar. carabe, & huiusmodi: & ex his cum farina hor. & aceto fiat emplastrū & ponatur supra pectinem. item in hoc casu laudatur multum philonium persicum. item ualet triphera minor ex arte phenonis, item laudatur selsio in aqua rerum stypticarum dictarum, ut sit aqua tepida ad frigidum declinans. itè sumat de trochiscis de terra sigillata. ponantur uetosa sub mamillis absq; scarificatione, ut ex fluxu menstruorum dictum est. item inungatur uenter, & renes ex tali, uel simili unguento. R. boli ar. masticis, sanguinis dra. terræ sigillatæ, thuris. ana. 3. ij. acaciæ hypoquistidos, berberis, uetri, nucis cupressi. ana. 3. i. 5. colophonix, farinæ filiginis. ana. 3. i. confice cum succo plantaginis, & uirga pastoris. uino

utatur nigro styptico cum aqua ferrata, & chalybeata. itè ualet cinis corticum nucum ustarum cum uino datus: & fuit experimentum Cerminosi in Ducissa ueneta.

CONTRA inflationem pedum, & eorum mollitiem administrantur exiccatiua illarum humiditatum: nam pedes sic inflati dicuntur undimati, de qua undimia tertia quarti. unde emplastrum cum folijs caulium, & aceto decoctionis citri, & chimoleæ, & cum anetho, & farina fabarum, & frumenti ualet, & cætera exiccatiua, de quibus supra de hydropse asclite: & tu ibi. postremò hic nota, qd Auic. leuiter pertransiuit de cura horum accidentium, tum quia de ipsis alibi ad plenum; tum quia consequuntur imprægnationem tanquam causam, & quia causa remoueri non potest, hinc, &c. & ego idem egi ipsum secutus. & hæc sufficiant.

De conseruatione embryonis, & cautela abortus. Rub. 30.

Vsque modo intenti fuimus in conseruationem prægnantis, & remotioem suorum accidentium; consequenter duxi agendum de conseruatione embryonis in matrice & cautela abortus. ubi notandum primò, qd periculum maius abortus est à primo mense usq; ad quartum, & a septimo usq; ad nonum: & ideò in his mensibus debet mulier se abstinere ab eis causis, quæ abortum faciunt, de quibus hic, ut ducem sequar, & in sequenti ru. latius. & est simile de allegatione foetus ad matricem ad allegatione fructus in arbore; nam sicut in primis mensibus fructus debiliter est alligatus, & in ultimis cum maturatur, facilliter cadit ita & de foetu.

CAUSAE hic assignatæ sunt sex. prima assumptio pharmaci saltem fortis. qd sua uenenositate lædit, & forti sua agitatione ita lædit foetum, ut abortum faciat. hic nota, quòd aliquando propter multos humores malos, aut malum sanguinem fit embryonis corruptio: unde oportet medicum facere euacuationem, solutionem uentris, aut phlebotomiam. quòd, si faciet cum solutiuis; illud debet esse leue, ut supra de regimine prægnantis: & tu ibi cum manna, calsia & huiusmodi. & si potest, debet expectare usq; ad tempus, quod est inter quartum, & septimum. item & in eo tempore fiat cum prudentia, & cautela propter periculum emines; sed multo maius, & cum maiori prudentia, si fiet in primis, & ultimis mensibus: nam semper periculosum. & ideò semper prudenter agas, & si potes, non te intromittas. quòd, si fiet euacuatio cum phlebotomia; illa securius fieri potest in primis mensibus propter paruitatem foetus; sed in ultimis cum periculo magno propter magnitudinem foetus; quia sibi subtrahetur nutrimentum. & nota, quòd aliquando mulier imprægnatur in tempore propinquo menstruationi, & tunc menstrua, quæ debebant expelli, retinentur, & euacuatione indigent, ne foetum corrumpat: & eo casu potest fieri phlebotomia in principio, & securè magis, & forte plures mulieres abortiunt hac de causa. quibus si succurreretur; non fieret abortus. & credo, quòd domina Marchionissa de Monteferrato ob hanc causam abortiebatur. & quidam medicus cognoscens causam phlebotomauit, & foetus ad lucem uenit: ante autem semper faciebat mortuos, & sic filijs carebat. credo etiã, quòd, si in mulieribus sanguineis fieret phlebotomia; in primis mensibus esset in uatiuum foetui. nota tamen, quòd in hoc casu uidetur Auic. consulere, ut euacuatio fiat in primis cum supposito, & non cum solutiuis dato per os; deinde intromittantur in uuluam, quæ ipsam mundificant ex leuibus non intendendo euacuare in una uice, sed in pluribus uicibus, ut talis euacuatio fiat absq; periculo: istud tamen remedium; quia inusitatum, dominabus uideretur extraneum.

Secunda causa potest esse mala complexio frigida, quæ cum comprehendis ex signis suis, tunc mulieri exhibeas per os, & ad extra cerotaria, & alia huiusmodi, quæ eam remouent ex calidis, & stypticis dictis supra de mala complexione matricis.

Tertia causa potest esse apostema, & ulcera, & huiusmodi. quòd, si sic est, cura cum his, quæ suis rub. posita sunt.

Quarta causa, quia aliquando percipit medicus, quòd in prægnate est mala materia calida, & timetur fluxus eius ad matricem, ex qua etiam timetur apostema calidum matricis

triciis futurum, & foetum mori; tunc eo casu debet medicus euacuationem facere cum leuibus, ut supra, deinde applicare uentri, & dorso repercussiuam ad prohibendum fluxum eius, & ad remouendum malam complexionem.

Quintò, si medicus comprehendit abortum debere sequi non ex causis his, neque ex dicendis, sed ex ipso embrione; quia sit debilis, & huiusmodi; tunc medicus debet confortare matrem cum cibis, & potibus temperatis boni nutrimenti, & hmoi, ut supra de regimine praegnantis, & sic etiam ex parte aliarum rerum non naturalium: ite cum confectionibus confortatiuis, emplastris, cerotarijs; & de his in fine rubricae.

Sextò, quando medicus timet abortum, & praecipue in muliere sibi domestica; quia cognoscit matricis eius dispositionem; quia lubrica est multitudine humiditatis; tunc debet esse sollicitus in mundificando primo corpus mulieris, & matricem ipsam prius cum iniectionibus, suppositorijs, & huiusmodi, ut supra de sterilitate ex causa lubricitatis dictu est: & hic canon est praecipuus. unde in casu nostro datur aperitiua ex radicibus petrosellini, foeniculi, & huiusmodi, item euacuatia; ut ex foetidis, hiera, & huiusmodi. & laudatur in hoc ab Aui. clyster hoc factum ex origano, sauiua, ameos, leuistico, ramis anethi, chamamilla, ruta, thimo, uel epithymo, foenugraeco, ireos. ana. cum oleo uio. faracenicarum, & sunt uiolae croceae, & oleo sisamino. & fiat de quarto in quartum diem. clyster aliud. R. colloquintida, & perfores eam, & extrahe grana eius, & impleatur oleo de lilijs, & dimittatur die, ac nocte. deinde super cinere calidum bulliat sufficienter, deinde tepescat, & matrix eo clysterizetur; est enim abstersiuum, exiccantium, & solutiuum item ad exiccandum humiditates ualent inunctiones factae cum oleis calidis odoriferis cum lana. item confectiones magnae; ut theriaca, mithridatum, sazenea, diamarte, diamusculus, & huiusmodi. & his utatur de tertio in tertium diem, & de quinto in quintum: & hoc post mundificationem. ite in exiccando, & confortando ualeat. R. thuris, cyperi tritorum. ana. par. i. myrrhae. par. s. decoquantur cum sexcuplo sui aquae, donec redeat quarta, & coletur, & clysterizetur ex ea matrix cum .j. iiii. & hoc facta prima euacuatione: & hoc in omnibus. item ualeat spica, crocus, mastix, bdellium, amoniacum, gallia, castoreum, adeps anseris, & huiusmodi cum lana supposita coniunctim, aut separatim: & hoc facta prius mundificatione, ex quibus, si uis, fac pessarum. ad conferuandum autem foetum in matrice ualent omnes medicinae cordiales, de quibus. ii. cap. & maxime, quando ibi non est mala complexio calida, aut fri. apostema calidum, & inter alios nominat Aui. zedoariam, doronicum, & been al. & rubeum letificans, diamusculus, & mithridatum. ad idem ualeat lutum creticum suspensum super praegnantem. item electarium in rubrica praecedenti positum, cuius initiu. R. zedoariae, doronici. item electarium ante illud, & est Serapionis. item adamas lapis portatus in digitis, aut super se conferuat embrionem in matrice a proprietate: & hoc remedio utuntur omnes nostrae. item spoliolum serpentis mulieri datus cum mica panis ipsa nesciente retinet foetum in matrice, ne exeat. item coagulum in uentre leporis parui existentis in utero matris suae praegnantis datum efficaciter operatur. item cancer fluuiialis tritus, & mulieri datus ad idem ualeat. item ualeat confectio alcharam Aui. in quinto. item bistorta, philonium persicum, mithridatum, syr. de agresta. item ualeat cinis corticum nucis uste, ut supra. de cura accidentium maxime, quoniam timetur abortus ex fluxu menstruorum; tu considera causam, propter quam possit accidere & contra eam operare, de quibus in sequenti rub.

De abortu, & causis eius. Rub. 31.

Abortus non est aliud, quam exitus embrionis, uel foetus ante tempus a natura ei constitutum.

Causa est aut exterior ex primitiuis scilicet, de quibus, & aliquid supra, aut ex parte matricis, aut ex parte foetus sumpta. ex primitiuis est aer primo in caliditate, aut frigiditate immoderatus. unde quamplures abortiunt propter uehementem frigiditatem, & magis, quam propter caliditatis excessum. ite ex parte cibi, quia mulier utitur aperitiuis pronocatiuis menstruorum, ut sunt faseoli, cicera ru. apiu, foeniculus, & hmoi, item acutis mordicatiuis inducibus

atissim, sternutationem, & huiusmodi, ut supra de regimine praegnantium. item motus fortis, eleuatio poderis, & hmoi, saltus, & praecipue ad posteriora. repletio nimia, inanitio nimia maxime foetu existente magno. propter quod credo quod peccent praegnantibus sic ieiunantes, & qui consulunt.

Item accidentia animi fortia; ut tristitia, ira, & hmoi; ut supra de regimine praegnantium. item adiuuat ad eum balneum, & prolongatio praecipue in eo. item accidit quando que propter debilitate foetus facti debilis resolutione spirituum ex fame, & siti, aut propter superfluum fluxum iuxta illud Hip. & reliquos in fine capituli collige, aut euacuatione multi sanguinis per phlebotomiam, aut aliter. uidi neptem domini Prosdocimi de comitibus praegnantem, a qua exiuerunt in .12. diebus librae ultra sexdecim sanguinis per nares. foetus sanus exiuit, & uiuit, & est annorum uiginti, & mulier euasit. & quanto foetus est maior, tanto citius abortit mulier, quando exuberat fluxus sanguinis narium, aut menstruorum, uel aliter quomodolibet. item si fluxus fuerit cum pharmaco factus. item maxime facit

ad hoc coitus factus post septimum, & praecipue cum multiplicatur; commouet enim matricem, & ligamenta incipiunt post ipsum mensem relaxari: & ideò periculum est. item, quando a matrice egreditur aliquod uirulentum mordicans; tunc natura conatur in expulsionem eius, & sic expellendo expellit, & foetum, & haec uirulentia consuevit aliquando apparere tempore, quo foetus est mortuus; quo in tempore natura contra ipsum sic mortuum mouetur; & abortum facit: & hoc ex quacunque causa sit mortuus. item, ut supra de sterilitate multa humiditas in matrice existens est causa lubricationis foetus ad extra. item humiditas a foetu ueniens ad matricem; ut, cum foetus non est fortiter alligatus; sed debiliter propter eius debilitatem; & tunc se reuoluit in panniculis, & panniculi relaxantur, & rumpuntur unde fluit humiditas foetus ad matricem mordicans, & stimulans. quare & c. ite amplitudo oris matricis est causa huius; quia matrix non debite adunatur; ut foetus contineat item; ut supra, mala complexio matricis frigida, aut humida, potest esse causa huius. item, ut dictum est, paucitas nutrimenti; quia debilitatur: & ideò uxorem non permittas ieiunare. item uentositas, apostema, durities, cancer, & huiusmodi sunt satis aperta causa. abortus facti in secundo, aut tertio mense causa est secundum plurimum uentositas, aut humida in orificijs uenarum matricis, qua contemuntur secundinae, & appellantur orificia. unde humiditas illa est causa mollificationis, & relaxationis: quare sequitur debilis alligatio foetus ad matricem: & sic ex omni nimia re; quia paruo motu, aut uentositate pauca, aut grauedine pauca sequitur abortus. item mala complexio calida exiccans, aut frigida congelans quandoque est in causa. item idem facit tenuitas spermatis in radice; quia scilicet sperma est tenue fluidum, ex quo generatur panniculus debilis praeparatus disruptioni. unde in .vi. & post ipsum accidit abortus. ite abortus in secundo, tertio, uel sexto mense factus secundum plurimum est a uentositate. item scito, quod mulier uehementer extenuata prius abortit, quam eius corpus ingrossescat; quoniam non recipit tantum nutrimentum, quod sufficiat pro se, & pro foetu; immò uix sibi sufficit. quare iuxta illud. s. apho. Quae praeternaturam tenues. de quo in fine capituli. & in regionibus ualde frigidis multiplicant abortus, & similiter aeribus meridionalibus, & minoratur in septentrionalibus, nisi sint frigidi uehementes laedentes embrionem. item scito quod, quando hyems est austrina calida, & fuerit, & sequatur uer boreale frigidum; abortiunt praegnantibus, quae periturae sunt in uere ex qualibet causa, & pariunt debile. & est aph. Hip. iii. aphorif. de quo in fine capituli; nam in tali hyeme multiplicantur humiditates multae, postea superueniente uere frigido exprimentur, quae sic faciunt foetum ad extra lubricare. ultimo scito, quod dolores in abortu sunt uehementiores his, qui sunt in partu naturali; quoniam illi sunt non naturales; & est similes de fructu maturo; quia maturus facilius, & cum minori nocumento separatur; considera. & haec de causis abortus, contra quas debet se opponere medicus cum his, quae dicta sunt de sterilitate, & cautela abortus, de mala complexione matricis, & sic de multis supra: & tu ad ea.

& stude. & pro complemento rubricæ addo aliqua ex simplicibus, quæ abortum causant. armonicū, aristolochia, alfa foetida, buccomarien, cinnamomum, cyperis, cassia lig. elleborus, filix, fumus cornu, galbanum, gentiana, assarum, iuni, perus, lupini, malua, menthastrum, nasturtiū, nepita, oppopanacum, pineæ, pulegium, saturegia, uitis alba, ungu la asini, suffumigium ireos suppositum.

SIGNA demonstratiua. quādo mamilla incipit detumescere post soliditatem sanam; tunc appropinquat abortus, & forte in ea die fit. quando lac frequenter prouocatur, & continuat, donec mamilla detumescat; tunc iudica foetum debilitari, & appropinquare abortum. dolores in matrice frequentati annuntiant abortum. & quando in se. accidit rigor, & facies rubet, & caput grauatur, & mulier se laxam sentit, & cum hoc percipit dolorem in profundo oculi signum; quod abortus uenit, & quod post hæc sequitur fluxus menstruorum, deinde abortus. complexionones autem ulcera, apostemata, humiditas, & huiusmodi, quæ sunt causæ abortus, cognoscuntur per signa sua posita in suis rubricis. & si euenerit cā uentositatis; cognoscetur per signa uentositatis facientis dolorem extensiuum absq; grauedine, & permutatione cum rugitu, & hmōi, ut supra de inflatione matricis; & tu ibi, & nocumento percepto à rebus inflatiuis. & causæ primitiua per sua cognoscuntur signa.

SIGNA demonstratiua, quando foetus abortus est mortuus, quia mulier percipit in concauitate matricis rem grauem, sicut lapis, qui mouetur de latere ad latus, & propriè, cum iacet super latus, & in frigidatur sumē, cum prius erat calidum, & detumescit mamilla, & quandoq; currunt humiditates uirulentæ, foetide, & significat id, si acciderint prægnantibus, ægritudines acutæ nocentes sua caliditate uehementi: nam, si ex his prohibetur nutrimentum; moritur foetus: si non prohibetur; uehementior fit ægritudo, & fiunt aliæ ægritudines prauæ. & quandoque fit albedo oculorum fusca, & aures frigida, & extremitates nasi cum rubedine labij, & accidit dispositio similis hyposarcæ. item his accidit foetor oris, & in gutture, & ore, ulcera mala ex uaporibus. item etiam foetent inferiora, & hæc maximè contingunt, quando foetus in uentre moratur. experimentum nostrarum dominarum est, quia se calefaciunt in aqua tepida, & ipsa sic calefacta ponunt se super partem corporis, sub qua consueuit mulier sentire foetum, & præcipit prægnanti, ut anhelitum contineat. quod, si uiuus erit; mouebitur: si non; non. sed tu uide infra rubrica de regimine foetus mortui, ubi de hoc.

PROGNOSTICA. mulier, quæ debilis est, & frequenter patitur i matrice, de facili abortitur. donec uideris mamillas non gracilari, non debes timere de abortu; cū autem gracilantur; annuntiant abortum, ut dictum est.

Quando mulier prægnans est ex masculo; tunc, si uenit abortum prius; gracilabitur mamilla dextra: si de foemina; sinistra. maior est dolor in abortu, quàm in partu naturali. & hæc sufficiant.

De difficultate partus. Rub. 32.

De difficultate partus, & ingenijs habendis in partu, & ante partum obseruandis.

Causæ. unde cā difficultatis partus ex octo in generali comprehenditur; qm̄ ipsius causa aut est ex parte prægnantis, aut ex parte foetus, aut ex parte matricis, aut ex parte secundinæ, aut ex parte uicinantium, & communicantium, aut ex parte temporis partus, aut causa obstetricis, aut octauo, & ultimò ex parte primitiuarum causarum.

Et, anteq̄ procedam ad narrationē causarum; debes scire, quod partus naturalis de debito modo factus est, quando foetus exit cum capite prius, cuius manus existunt iuxta coxas. cum autem exeunt pedes prius, & nō distorti, uel prius emittit manus, & non obliquè, est partus non naturalis; sed multum propinquus naturali: omnes autem alij sunt mali, & præternaturam.

Ex parte uerò prægnantis; quoniam os matricis est nimis angustum; aut quia ipsa prægnans passa est ægritudines propter quas debilitata est uirtus expulsua, aut quia sic naturaliter est debilis, aut etiam facta propter famem. unde & foetus etiā est debilitatus cum ea; aut quia est timida facta

E ex ipso partu, quia de seipsa dubitet; aut quia est primus partus non consueta. unde ligamenta non fuerunt consueta dissolutioni; & ideò etiam maiores habent dolores principiantes partū; aut quia est nimis antiqua debilis; aut quia habet plurimum adipis in zirbo, & in matrice aut per totū aut in colle ipsum oppilantes; aut quia nō iuuatur membrū compressione lacertorum uentris propter frigus; aut quia ipsa non uult sustinere dolorem, & ex omni modico mouetur de loco ad locum; & sic alterat figuram infantis ab eo, quod conuenit, ut exeat.

Causa autem propter foetum est, ut quia foemina est. unde ipsa difficilius parit; nam non est ita fortis, sicut masculus, neq; ad motū ita agilis; & hoc alijs paribus aut propter magnitudinē eius; nā aliqñ est ita magnus, q̄ oportet partū esse difficile, & spetiafr muliere existente parua. & ideò sibi caueat mulieres parua, quæ nō sunt in anchis suis bene amplæ ab accipiendo uiros magnos; ne in partu incurrant periculū. item de difficultate partus facit magnitudo capitis foetus. & ego uidi paduæ puerum unius anni habentem caput maius, q̄ caput magni uiri, & continuè creuit ad magnitudinē incredibilem, & admirabilem usq; ad annos nouem, uel decem, & mortuus est; erat enim impotens in sermone. item idem operatur grossitudo, siue magnitudo totius corporis. item difficultat paruitas foetus; quia ex hoc est debilis factus. item qñ foetus habet duo capita, aut aliqñ deficiens quomodolibet ab æqualitate creaturæ cum gibbosus, & huiusmodi. item quia sunt plures in uentre embryo nes; & unus alium impedit, licet sint parui. & Auic. dixit in litera. & quandoq; est numeratio plurima ualdè in chyli una. propter quod dictum Conciliatoris nostri supra in rubrica præcedenti non est spernendum. item hoc contingit quia foetus est mortuus. item quia figura eius non est naturalis, sicut si egreditur super pedes suos, aut super latus, aut quia manus sunt plicatae super coxas suas, & genua, de quibus in specialiter ru. infra. & ista contingunt propter malū motum embrionis. unde non potest habere bonū; sic enim idem operatur inquietudo prægnantis, ut in præceden. ru. propter quod obstetrices debent facere eas stare quietas, & cum sentitur, quod dolor descendit ad inferiora, & anhelitus fit bonus; signum, quod partus erit facilis.

Causa autē matricis fit partus difficilis, primò quia matris parua est, & ppter eius paruitatē prohibet exitus, aut quia nimis sicca, in qua nō est lubricitas, quia lubricitas est cā facilitatis partus; aut quia talis est in creatione sua; aut quia in facta stricta propter consolidationem factam in uicibus iā in matrice cōsolidatis; aut quia in ea fit mala ægritudo; ut phlegmō, ulcera, rhagadia, hæmorrhoides & hmōi quæ habent constringere meatū. cā secundinæ est, ut secundina nō disrupatur propter grossitudinē suam. unde foetus non nisi cū difficultate egredi possit, aut quia cito rumpit, & ante cōplementum egrediunt limositates, siue humiditates, quæ debebāt esse cā facilis exitus eius. cā uicinantium est, ut sit in uesica apostema, aut nocumentū eius ex retentione urinæ, aut foex sicca in intestinis, aut apā à colica, aut hæmorrhoides, aut ulcera, aut aliquod tales oppilās, & prohibens exitū eius facile; quia ilia mulieris sint subtilia habentia tenuē myrach; vñ expulsua est debilis. cā autē temporis est; quia foetus tentat exire ante tēpus debitum non infestus ab aliqua causa. vñ, si mulier non erit fortis; partus erit difficilis: si fortis, foetus erit debilis. item quia fit in. 12. anno, uel circa, & est rarissimum; nam uia nimis angusta.

H Ex causis primitiuis accidit; ut propter forte frigus. unde membra partus constringuntur; & ideò obstetrices in eo casu debent esse sollicitæ cum pannis calidis, igne, & huiusmodi. ex quo inferitur, q̄ absolute alijs paribus difficultior est partus in septentrionalibus, & locis frigidis, & partum difficultant accidentia animi, tristitia & huiusmodi. item & fortis calor debilitans. & tu inferas, in regionibus calidis. item usus aromaticorum, & præcipue tempore partus eorum odor; quia matricem ad superiora conuertunt. nec dari debent nisi cogente uirtutis debilitate. item hoc idem facit usus rerum constringentium, & stypticarum; quoniam inducunt periculum fracturæ uenarum, pectoris, & quandoq; inducunt fracturam. item quandoque perducit

ducit ad spasmus. & nota, quod multotiens difficultas partus inducit magnitudinem uentris, & inflationem in myrach. & ideo sollicita, & non tardes in earum auxilio. de causa obstetricis dicendum, quod Aui. non profectur de ea, quæ relinquit, ut ipsa sit docta.

SIGNA demonstratiua. in ponendo signa eius prius ponam signa appropinquationis eius, & sunt, cum mulier appropinquat temporis partus sui, & sentit uentrem declinare ad inferiora, & cum hoc grauitatem sub umbilico, & in dorso, & dolore in inguine, & caliditatem in uentre, & inflationem uehementem in die matricis, & eius humectationem; tunc scias, quod appropinquat. ite quia efficaciter grauior solito, & sentit se quasi per totum dolere. item sentit in extremitate caudæ, sicut mollificationem, & inguina magis inflati. quod, si contingat se dolere plus in anterioribus, & circa pecten; tunc speret partum facilem, & maximè quando est cum bonitate anhelitus: nam difficultas anhelitus significat difficilem. quod, si dolor magis erit in posterioribus; erit difficilis.

Signa. si continget propter mortem foetus; apparebunt in præcedenti rubrica dicta.

Signa. si propter secundinam; tunc significabit illud; quoniam mulier fortis, & robusta est, neque alia causa difficultatis eius apparuit, & alia de quibus in sequenti rubrica.

Signa. si ex causis primitiuis, aut aliis eorum; omnia signa dicta sunt.

PROGNOSTICA. in pinguibus partus est difficilior, quam in extenuatis. partus difficilis quandoque perducit ad magnitudinem uentris, & inflationem myrach, quandoque rumpitur uena, & perducit ad sputum sanguinis, & ad phthisim.

CURA difficultatis partus consistit in duobus regiminibus, quorum primum est ante partum, aliud est, dum mulier in partu laborat.

Primum attendendum est maximè pro dominabus magnis; nam pro pauperculis non multum laborat medicus, & pro cõplemento ipsius attendatur abscissioni causa primò, ut possibile est, si possibilis est eius remotio; quia, si dispositio sit naturalis, quæ partum efficit difficilem, magis remouetur medici beneficio. remouetur autem causa cum suis contrariis, quæ in propriis dicta sunt capitulis de cura matricis, uesicæ, intestinorum, & ani, debilitate neruorum, & totius corporis; & tu ibi. unde regimen hoc est præparatiuum prægnantis ad facile partum habendum. primò itaque debet ipsa mulier se custodire ab excessu aeris calidi, aut frigidi ut, quod stet in aere temperato; & hoc in octauo mense, uel circa quia ante partum per xx. dies. quo tempore debet uti cibis mollitiuis pauca quantitate, & multa qualitate; ut sunt iura gallinarum pinguium, item usus oleorum lenientium cum oleo, aut brodio pingui gallinarum iuuenum. item utatur omni regimine impinguatiuo, lenificante, mollificatiuo, mēbra reddente apta dilatationi. item uinum sit dulcelymphatum, non multa aqua. item in cibis faciat decoqui in panno femina citoniorum. item conferunt dactyli, uua matura, & huiusmodi.

Abstineat ab omni re pontica, & styptica, & in summa omne lubricans; ut sunt pinguia, & lenificatiua semper cum moderamine sunt hoc casu cõuenientia. item calida, & humida. item oleum amygdalarum dulcium est in hoc casu cõueniens. item conuenit motus temperatus. ite mūdificatio uentris cum clysteribus lenitiuis ex brodiis pinguibus, zucharo, malua, uiuo. sebesten, semine citoniorum, casia, oleo amygdalarum dul. communi, sisami seminum, lini, & sic de aliis; & hæc mundificatio interponitur, & circa horum partus magis frequentetur, & semper cum prudentia. ite appropinquante partu conuenit coitus frequens, & interim teneatur domina cum bona spe, gaudiis, iocis, & huiusmodi; & hoc in magnatibus.

Ex parte medicaminum fiat tina cum rebus mollificatibus, humidis, uiscosis, lubricatibus, aperiētibus, cõfortantibus; ut sunt malua, bismalua, flores chamæmillæ, se lini, malua uiscus, caput castrati, capilli uene meliloti, & hmōi. quod, si ponitur in eo oleum cõmune; credo utile; & hæc tina, seu balneum non sit uehementer calidum; sed teneatur in quadam temperie; sicut est balneum, in quo balneatur nouiter nati. bal-

A neum autem, quo communiter utimur, non est cõueniens; est enim nimis calidum, resolutiuum, & uirtutis debilitatiuum. & si mulier abhorret balneum; habeantur spogia magna, & infundantur in aqua decoctionis dictarum rerum, & apponantur sic temperatae ante, & retro. deinde fiat inunctio circa foemur, & dorsalia cum oleo de chamæmilla, anethino, de cheiri, pinguedine gallinæ, anseris, medulla uituli, & huiusmodi. item ungetur peritonæon. item ex his cum mucilaginibus citoniorum, seminis lini, althææ, fœnugræci, & huiusmodi fiant unguenta, cerotaria, & huiusmodi, quæ locis dictis applicentur. item per inferius administrantur suppositoria odorifera, & maximè per paucos dies, antequam speretur exitus foetus, ut per sex, uel octo; ut ex laudano, musco, ambra, gallia, & huiusmodi: & omnia hæc cum moderamine.

CVMQUE sentit mulier dolores circa os sacrum, & alchatim, & ipsos perseuerare, & frequentare, sentitque grauedinem, & pondus maius plus solito inferius, percipitque humiditatem aliquam egredi; tunc iudicet partum appropinquare. cum ergo ita est, & iam mulier est in hora pariedi debent quedam per ordinem seruari, quibus seruatis cõpletum erit regimen primum, quod considerandum est, est regimen mulieris parturientis. secundum est præparatio obstetricis, quantum ad ea, quæ ipsa debet obseruare circa personam parturientis, circa personam suam, circa ea, quæ debet exhibere ex parte eorum, quæ partum faciant facilem. tertium quomodo succurri debet accidentibus in partu ipso continentibus.

Ex parte regiminis parturientis, quia diæta eius ordinari debet sic, ut eius cibus sit pauca quantitate, & multi nutrimenti, facilis digestionis; ut sunt oua sorbilia recetia, caro perdicum, pullorum, gallinarum iuuenum, hœdorum, & huiusmodi. item uinum sit odoriferum, & bonum ita, quod regimine resumptiuo regatur propter fortem resolutionem ex doloribus accidentibus ei.

Et quia regimen hoc completur per ipsam obstetricem ideo prius de eius præparatione expediam, quo expedito apparebit cõplementum regiminis parturientis. primò itaque debet obstetrix præparare sedem, super quam stare debet parturiens, aut modum, in quem parturiens debet se aptare; ut facilis fiat partus, & in diuersis regionibus, & ciuitatibus diuersa habent ingenia mulieres ipsæ, quæ à me enumerare non esset possibile: modum saltem tangam communem, & habilem omnibus. cum autem est in actu sic parturiendi; obstetrix iubeat prægnantem sedere per spatium horæ, uel circa. dico circa; quoniam aliqua sunt ita habitata ex se ad partum, ut in una hora parturiat. si itaque non est primus partus: debet se informare obstetrix de primo; ut sciat, quomodo se regulare debet circa prægnantem: deinde faciat ipsam ambulare saltando modò super uno pede, modò super alio, est iuuatiuum ualde, & quod aut fortiter clamet, aut ut post anhelitum teneat ad hoc, ut inferius comprimat. item faciat illam sua fricare, & premere ad expellendum foetum. cumque sentit mulier foetum descendere, & os matricis aperiri ex fortificatis doloribus, & quia humiditates incipiunt à maiori quantitate emanare; tunc præcipiat obstetrix, ut prægnas stet super sedem altam in extremitate eius super puluinare. retro autem ponatur puluinar, & mulier alia, cui adhareat: aut, si potest, stet suis pedibus, & se suspendat collo unius fortis mulieris, quæ eam sustineat: aut stet super genua sua in lecto ab aliis sustentata mulieribus, & quedam mulieres; ut græcæ habent sedem hoc modo factam; ut hic.

D Nam super primam extremitatem semirotondam stat parturiens, retro eam stat, quæ ipsam sustinet, & tenet puluinari, & retro ipsam est alia, quæ ut ipsa est eleuata, ad quam se appodiat mulier eam sustinens, & gubernans, & est modus bonus; quamuis non ubique fiat. sed certè, ut ab eis habui, non ualet aliquis modus singularis; quoniam oportet mutare in dolores, & causas impediens exitum foetus, ut dicetur de pingui. his itaque peractis debet obstetrix se expoliare, & ita uestibus suis denudare debet, ut ex ipsis non impediatur, & interim ordinet, ut camera sit

valida non excessiue; quoniam multum ex tali calido debilitatur mulier; sed omnia cum moderamine, & maxime existente hyeme, quod, si tempus fuerit calidum; illud non erit necessarium, interim iubeat pannos lineos, & paucos calefieri, & applicari uentri, & dorso, & non sint nimis calidi, nec multum frequenter; ne ex eorum frequentatione resoluatur uirtus, & debilitetur mater, & foetus. item calefiat nucha, & loca ei circumstantia, tuncq; ipsa inungat sibi manus ex oleo de sisamo, de liliis, de amygdalis dulcibus, & si non habet aliquod; cum pinguedine gallinae & partem brachii, intromittat suauiter, ut sua docuit experientia tangendo, & mouendo, ut uidebitur ei expedire, & reducendo foetum ad hoc, ut facilis fiat partus. & interim ipsa, & reliquae stantes confortent ipsam parturientem bonis uerbis dicendo, quod masculus est, & cito deonerabitur, & interim cum diamargariton, & huiusmodi, confertur uino odorifero, & bono, quibus peractis, si facilis erit partus, bene erit deo semper laus. quod, si tamen difficilis; tunc obstetrix uelit causam huius comprehendere. quod, si fuerit, quia nimis pinguis sit; faciat parturientem stare cum capite super pauimentum, & uentrem super genua sua; ut comprimat matricem, & pinguedinem unde stet sicut animal brutum, & pariat in forma eorum. item faciat interim, & in casu etiam primo sternutare, & fortiter ore, & naribus clausis, & est consuetum, & optimu remedium. quod, si non pariet; oportet, qd os matricis aperiatu r cu instrumento appellato speculu. item supponatur collyria, suffumigia, fiant & alia partu facilitatia, de quibus infra ad plenum. quod, si tardabitur propter aliquam aliam causam, tunc se opponat cum ingeniis opportunis. & scito qd cum apparet secundina; tuc appropinquat exitus foetus. quod si tardabit causa eius, quia nimis dura; scindatur unguibus, cultello absq; cuspede, aut forcipibus, ne foetum attingat, & laedat. quod, si nimis cito egreditur aquositas ab ea, quia nimis scindatur ex se; tuc debet mulier comprimere fortiter, & interim obstetrix inungere loca cum lubricantibus dictis. & si tardabitur, quia foetus non est completus, & tentat exire ante tepus, & est debilis; tunc credo morietur, & non iuuabit beneficio medicinae. quod, si fuerit propter quantitatem foetus magna, aut capitis; tuc instet in aperiendo os uulue cum dilatantibus cum oleis, unguentis, & hmoi, ut supra, & infra cu instrumento, si oportebit. quod, si super alteru pede egrediat; oportet, ut non sedeat, sed iaceat curibus eleuatis, & erecto capite, obstetrixq; manu sua reponat suauiter pedes suos; deinde reuoluat se patiens reuolutionibus pluribus, donec embryo reuoluendo se, caput inclinet inferius ad portam egressionis, & ex tuc sedeat. quod, si id non sit possibile, pede suum intromittat subtili ingenio, & uniat, si possibile est cum alio & utrunque simul apprehensum manu inuncta cum oleo irino trahat subito, aut cum instita ligatum semper parturientem confortando per omnem modum dictum. quod, si non sit possibile, quia praemoriatur foetus; tunc extrahatur per modum, qui dicitur infra de extrahendo foetu mortuum; & similiter ingeniandū, si super latus egredi contingat. quod, si fuerit propter apostema in matrice; approximentur cerotaria, unguenta, & alia, ut supra, & fiat, ut de pingui dictum est, quod, si fuerit propter magnitudinē genuum, aut totius; ingeniatur, ut dictum est hic ante de exitu eius innaturali. quod si illud fieri non potest, & moriat; trahatur cu tenaculis, & uncinis, ut de foetu mortuo dicitur dando etiam per os, quae ipsum ad extra expellunt, & quia alie sunt causae superius recitatae, quarum remotio est satis similis remotio iam dictarum; ut magis ordinem earum sequar; ideò de ipsis aliquid initium faciens a prima superius primo ordine recitata; nam in ea debes facere balnea dilatantia, quia mollificantia, aperientia, & iuuantia foetum ad exitum; ut sunt prouocantia, & expellentia foetum item unctioes dilatantes, mollificantes, item suffumigia, item per os expellentia. & quia haec numerabuntur statim in complemento secundinae, ne contingat idem bis replicare; nunc supersedeo tangendo uniuersalia tantum, item obstetrix debet eam iuuare cu manibus inungendo, & intromittendo. s. item confortetur uirtus ex bonis cibus facilis di-

gestionis, ut sunt oua, contusum, perdicēs, & hmoi, & de eis uinum aromaticum suauē. item & cofectiones; ut diamargariton, diagalaga, & hmoi, de quibus infra. quod, si fuerit ex timiditate; sint ibi astantes confortantes eam, & dentur cibaria bona, uinu aromaticu, & huiusmodi confortantia. & similiter, si fuerit primus partus; fiat, ut dictum est in his duobus complementis; quia fiant balnea, & confortentur. & si fuerit ex oppilatione propter pinguedinem; iam dictum est. quod, si motus eius est in causa; fac ipsam stare, ut dicitur infra. quod, si fuerit causa magnitudinis foetus, aut capitis eius; causa incorrigibilis, sed attende dilatationi uia adiuuando expulsuam dando per os, ut supra, & ordina obstetricem cum manibus operare dilatado. quod si fuerit, quia foetus habuerit duo capita; tunc oportet procedere cum dicendis dilatantibus, & obstetrix debet esse docta in iuuando, in eius operatione consistit multum exitus foetus, quando est sic monstruosus, aut qn exitus eius non est naturalis; oportet, qd mulier inungat sibi manus cu oleis respicientibus hoc, de quibus infra, & intromittat membra, & iuuat eu ad exitum. de extractione foetus mortui dicitur speciali rubrica, in ea, quae est causa matricis stude in dilatando, humectando, & lubricando, ut infra. in facto propter apostema, aut haemorrhoides, rhagadias, & hmoi certe cura est praua, & tunc ingeniatur medicus, & obstetrix cum dilatantibus per intus, & extra, & per os dando, iuuando expulsuam, & uirtutem totius cum cibus, & potibus, quia in hoc multum laborabit mulier. quod, si fuerit causa grossitiei secundinae; iam dictum est. quod, si fuerit ex retentione foecum, urinae, prouoca urinam, fac aenemata mollificatiua foecum deponentia, ut supra de colica ex retentione foecum, & intende dilatationi, ut dictum est, & cum his, quae statim dicentur. item si fuerit ante horam; iuuetur mulier semper cum elargantibus, & confortantibus. si a causis primitiuis; se opponat medicus & obstetrix, & cum remouentibus illas, & prohibentibus euentum earum, & hoc facile est intelligenti. postremo nota, quod etiam obstetrix non debet multum laborare cum manibus ad intra matricem; ne multum debilitetur, & laedatur; & similiter neque uti multum lubricatiuis; ne inde uirtus laedatur expulsua multum. & antequam ad tertium ueniam, quia correctionem accidentium; ponam ex simplicibus, & compositis cum diuersis ingeniis, quae partum facilem faciunt.

Et ex simplicibus sunt anisum, apium, butyrum, quo utere cum aliis unctuosus, bethonica, puluis eius, cum uino datus, chamaeaqua decoctionis eius, cancri, puluis cum uino nigro sumptus, cerui os, cordis eius, ciclamen parturienti alligatum, coriandri gra. x. uel circa, circa inguententa, & statim egresso partu remoueantur, crocus. 3. i. cu uino datus, & est potens, sed non sine cautela propter nocumentum eius, diptamnus, puluis eius, aqua distillationis florum eius, equi sterces suffumigatum, scenugraeci puluis datus cum uino, galbani quantitas fabae cum uino, lapis iaspis dictus appositus inferioribus, lapis smaragdus corax alligatus, lauri radix cum uino, lolii suffumigium, luf, flos odorata, marrubium, mentha in potu, oua cum anetho, cymino, ruta potata, pastinaca, radix eius umbilico apposita, praonia semina cum oleo de lilio applicata lumbis, & pectini. peucedanum cum ouo forbili iuuat multum, fiseleos, fisybrium, unguia equi suffumigatio, hircundo comesta. & in summa omnes medicinae educentes uermes sunt iuuatiuae in facilitando partum. & quia plurima, & alia ponam narrando composita; hinc a simplicium narratione supersedeo. quae autem sic facilitant ex compositis sunt balnea primo, embrocha, epithemata, iniectiones in uulua, clysteria, suppositoria, cerotaria, unguenta, emplastra, suffumigia odorifera per inferius, & foetida per superius. item operantia per exterius applicata etiam a proprietate. item & quae per os sunt talia, fricationes, uentosa sicca. ex quibus habentur, 16. ingenia, quae secundum ordinem tactum suis exemplis expedita; nam efficax, & breuis est per exempla doctrina. exemplum primi, balneum sit ex aqua decoctionis mollificantium, & prouocantium, & aperientium, ut est malua, bis malua,

malua, althæa, chamæ. capite castrati foenugræco, semine li-
ni, & calamento; ipsum enim iuuatiuum est in hoc abrota-
no, arthemisia, foenicu. absynthio, & huiusmodi. & non de-
bet esse multum calidum, ne, ut supra, ex eo resoluatur uir-
tus. & hic nota, q̄, si non fit à principio; succedente debili-
tate uirtutis male fieri potest postea. & ideo aliqui ab eo
prius incipiunt tentantes primò remouere causam, si est
possibile, ut cum fuerit retentione foecum, & huiusmodi;
& debet stare sedens in eo usq; ad umbilicum. tempus non
ponitur; quia à prudentia medici, & astantium est mensurā
dum. fac itaq; ipsum per diem, aut aliquas horas ante par-
tum cum unctionibus dictis: & credo, quòd sit ex meliori-
bus rebus in forti. quòd, si propter debilitatem fieri non
posset; transeas ad embrocha, & epithemata facta ex deco-
ctione dicti balnei cum spongijs, aut petijs. epithema Aui.
R. decoctionis pulpæ colloquintidæ, quatum uideat, & mi-
sceatur cum succo rutæ, & in ea ponatur aliquid myrrhæ,
& pectini usq; ad umbilicum applicentur petiæ in eo li-
quore infusæ temperatæ caliditatis. iniectiones cum syrin-
ga uel iniectorio fiant ex decoctione rerum lubricantiu;
ut sunt foenugræcum, althæa, malua, & huiusmodi, de qui-
bus iam ad plenum dictum est. clysteria linientia consimili-
ter fiant ex blite, malua, uiol. capite castrati, cassia, sebestæ,
& huiusmodi. suppositoria autem ex his, quæ educuntur,
ut sunt myrrha, galbanum, coriandrum, & huiusmodi cum
melle cerotaria, & unguenta ex rebus simplicibus positis
cum pice græca: & tu ordina. item epithemate ab Aui. po-
sito fac emplastrum cū farina seminum lini, aut foenugræc.
& oleo de lilij. suffumigium fiat primò odoriferum per su-
perius, & in parua quãtitate, & uirtute existente debili in
eius confortatione, & aliter non. odorifera autem foetida
fiant per superius ex his, quæ posita sunt supra de suffoca-
tione: & tu ibi: & hoc, ubi uirtus sit fortis, & aliter nõ; quo-
niam multum ex eis prostermitur. per inferius autem fiant
suffumigia; ut. R. myrrhæ, galbani, castorei. ana. aut cum fel-
le tauri, & suffumigia. item suffumigium ex stercore accipi-
ris, & storace. sed de his magis infra. a proprietate ualet,
si patiens teneat in manu sua sinistra magnetem, aut si linia-
tur cum ungula asini: & est ultimum Aui. aut suffumigetur
cum ea. ad idem ungula equi, item suffumigatio cum pisce
salito, item corallus suspensus in coxa dextra. item, & cro-
cus suspensus. & multa talia habuisti in simplicibus. per os
dantur confectiones, quas tu ipse ex datis compone. item
trochisci, & sunt usuales, troc. de myrrha cum aqua sauinæ.
item pilulæ; ut. R. sauinæ. 3. ij. assæ foetidæ, rubæ, amonia-
ci. ana. 3. 5. & dosis earum una numero. ad idem. R. aristo-
longæ, piperis, myrrhæ. ana. sit dosis. 3. 5. pilulæ optimæ. R.
sauinæ, cinnamomi. ana. 3. i. cassiæ bonæ. 3. ij. cymini, arist.
rotun. costi amari. an. 3. 5. storacis, opij. ana. 3. 5. musci gra-
i. 5. fiant pilulæ dentur. 3. ij. in duabus. 5. uini odoriferi, &
antiqui. amplius hic non multiplico; quoniã de his ad ple-
num statim enumerando hincinde ex authoribus, & docto-
ribus electa. de uentosis, & frictionibus patet, quid dicen-
dum. in ano mulieris sæpe ponatur collyrium de melle, aut
rebus prouocantibus foetum ad extra; ut inde uirtus exci-
tetur ad expellendum, & in compressione comprimant fo-
etus, & est quid singulare. rasura eboris cum uino partum
facilitat, & absq; magno dolore. arthemisia in aqua cocta,
& supra umbilicum emplastrata statim educit foetum. faci-
litat foetum cortex cassiæ lignæ puluerizatus, & datus cū
uino. est expertus, & efficax. item pilulæ factæ ex assa, cas-
sia, cinnamomo. dosis. 3. i. cum uino sunt ultimæ. supposito-
rium ad illud succus menthæ, in quo bulliat colloquintida
& suppositus cum lana. aliud fortius ex helleboro, oppo-
panaco, felle taurino, & melle; immò, & mortuum. pilulæ ad
idem. R. sauinæ par. ij. assæ, amoniaci, rubæ. ana. confice cū
succo uitis. aliud, cui nihil æquatur secundum aliquos, & est
etiam Aui. R. myrrhæ, storacis, castorei. an. 3. i. sauinæ, cin-
namomi. ana. 3. ij. confice cum melle da aure. ij. cum uino.
ad idem diptamnus cum uino datus maximè, quando est in
balneo. suffumigium cum myrrha est ualdè bonum. multi
laudant cinnamomum bibitum. trochisci de myrrha idem
operantur, & sunt usuales cum uino, & absq; dati in forma
pilularum. item efficacius, cum non conferunt; detur cum

A uino de gallia musca. 3. 5. & uice una post aliam tam diu,
q̄ conferat. item fortius illo fiat suffumigatio cum traiecto-
rio, cum myrrha, oppopanaco, & galbano, & interim fiat
sternutatio. pessarium, quod reddit partum facilem absq; ti-
more. R. hyssopi, radice lilij, origani, calamenti. ana. 3. ij.
terbentina. 3. i. conquassentur, & misceantur, & inuoluant
in lana, & fiat pessarium. deinde suffumigetur cum alipta
musca; deinde fiat sternutatio, & fortis, si comprimit. expe-
rimentum ad hoc. R. myrrhæ, oppopanaci, galbani, sinapis,
ana. 3. iij. assæ. 3. ij. confice cum aqua rutæ, & detur unus
cum aqua decoctionis dactylorum, & foenugræci. item ua-
let, si ex his fiat suffumigium. ad idem. R. dactylorum nume-
ro. v. farina foenugræci. 3. ij. bulliant in aqua hordei usq;
ad consumptionem tertiæ partis, & detur ad bibendum cū
3. i. cinnamomi. 3. 5. croci, osium dactylorum. 3. 5. quidam
ex christicolis, in uerbis confidentes, quæ facta sunt, dix-
erunt, q̄, si in aure dextra patientis dicatur: Memento Do-
mine filiorum edom in die hierusalem. qui dicunt exinanite,
cum pater noster ter; q̄ statim pariet. item scribatur Di-
xit Dominus Domino meo, usq; ad Tecum inclusiue in char-
ta non nata, & cum filo collo suspendatur per uirginem
cum tribus pater noster: item multa alia de Miserere mei
Deus, hanc uirtutem habet. Agnus Dei ex cera noua alba,
& balsamo, & chrismate à papa consecratum, cum super
se habuerit mulier, & huiusmodi, quæ, cum sint extra ar-
tem; relinquo.

DE CORRECTIONE accidentium est aduertendum, q̄,
quia sunt satis notabilia, & quibus oportet succurrere, ci-
to: ideo, ut eorum cura facilius reperiatur; ponā unicuiq;
suam rubricam per se. accidentia autem ipsa sunt. retentio
secundinæ, multitudo sanguinis, paucitas eius feb. inflatio
uentris, dolor matricis, nausea, syncopis. & hæc suffici-
ant de isto.

De retentione secundinæ. Rub. 34.

QUID SIT secundina dictum est supra de generatio-
ne embrionis.

CAUSA retentionis eius secundum plurimum est debi-
litas matricis propter famem, casum, percussione, fluxum
sanguinis, aut alium fluxum, & huiusmodi, ob quod matrix
ipsa debilitari potuerit. & dicitur secundum plurimum;
quia etiam ex alia causa cõtingere potest; nam potuit esse
fortis fundo matricis affixa, & cotylidonibus alligata. ite,
quia remansit sicca ex fluxu nimis cito facto ipsius humidi-
tate, unde remansit lubricitate priuata. item quia post par-
tum os matricis extitit coadunatum ex humoribus concur-
sis propter uehementiam dolorum, qui præcesserunt. &
quandoq; plures causæ in unum concurrunt.

SIGNA demonstratiua. retentionem secundinæ indi-
cat partus, qui præcessit difficilis, & grauedo in superiori-
bus, quæ remansit post exitum foetus, & q̄ digiti obstetri-
cis nihil attingunt, & q̄ mulier est robusta. quare eius sepa-
ratio difficilis, & eius claram retentionem declarat uisus.

PROGNOSTICA. ex retetione secundinæ mulier ita mor-
tis periculum incurrit, ut ex foetu mortuo; nam eius retetio
sæua inducit accidētia; ut foetus mortuus, propter ma-
los uapores ab ea retenta, & putrefacta eleuatos. inducit
dolorem capitis, corrumpit stomachum, & angustiam facit.

CAUSA. canones. primus festinandum est ad eius extra-
ctionem; quoniam de facili corrumpitur, & cum corrupta
est uapores mali ascendunt lædentes stomachum, cor, cere-
brum. unde mala accidunt accidentia præfocationem, syn-
copim, & talia causant accidentia. secundus est extractio
eius, tertius est correctio accidentium.

COMPLENDO secundum perficitur primus. unde medi-
cus debet studere ad habilitandum eam ad exitum; nã eius
expulsio à natura ipsa est. habilitatur aut cum his, quæ dicta
sunt supra de difficultate partus ex parte cibi, & potus, &
aliarum reru, dando confortantia resumptiua; ut. oua, aque
carnis, uinum aroma. & huiusmodi. secundò administrado
ea, quæ ipsam expellunt, & extrahunt ex simplicibus, & cõ-
positis, quæ hic scribentur. & scito, quòd horum quædam
matricis os aperiunt, quædam secundinam leniunt. & ma-
tricem, quædam ligamenta corrumpunt, & frangunt, quæ-
dam secundinam descendere faciunt, & ad cannale diri-
gunt

gunt, & os matricis educunt, ut exinde cadat. quæ autem os matricis aperiunt, superius posita sunt; sed usne suppositum, & suffumigatum hoc operatur, oleum liliorum de narcisso, maiorana, & huiusmodi ualent. item oleum abrotani calefactum aperit os matricis. omnia diuretica calida idem operantur. ite ex expertis, quæ aperiunt, & descendere faciunt, est uinum decoctionis pulegii bibitum, enchatismatum. & ultimò, ut supra instrumentum nominatum speculum. ex lenientibus sunt bdellium suppositum, & suffumigatum, myrrha, pinguedo gallinæ, anatis, anseris, oleum de lilio iniecta, & inuncta. ex corrumpentibus ligamenta, & frangentibus sunt suffumigium ex conchis marinis, & nasturtio, foliis hederæ, sulphure, & arsenico. & de his, quæ eam descendere faciunt, lens, amara cum uino bibita, gallia supposita, foetida naribus apposita. retentio anhelitus, sternutatio, uehemens compressio iliorum, ut supra de facilitantibus partum. ex dirigentibus ad cannalem, & trahentibus ad matricem est unguentum basilicon immisum; statim eam putrefacit, & descendere facit. althæa, & stercus accipitris in potu sumptum. & ex maximè conferentibus est experimentum obstetricis. quæ inuncta manu est apta eam faciliter separare, & cum mulier ipsa eam uiderit; trahat leuiter, & faciat enixam sternutare fortiter, & anhelitum continere, ut supra. & per os det ex his quæ dicemus habentibus educere secundinam. aliquando non confert medici remedium: unde post paucos dies cadit corrupta, & lubricat in modum aquositate sanguinis. & quoniam hoc est accidens sæuum, scilicet ipsis retentio faciens, & alia mala accidentia, ut dictum est, quorum correctionem require propriis rubricis; hinc te copiosum ex simplicibus, & compositis facere uolo; ut omni modo ei succurrere ualeas. educentia secundinæ sunt allium, suffumigium eius, aut sessio in decoctione eius; & hoc pro pauperibus. althæa radix supposita, anethum bibitum, apii semen, abrotanum, aristolochia potata, supposita, arthemisia potata, supposita, assa supposita, asphaltum suppositum, balsamum cum cera suppositum, borax cum succo citranguli suppositum, bouis stercus suffumigatum pro rusticis, chamæmilla potata, suffumigata, castoreum intus, & extrâ, ciclamen cum uino datum, coagulum leporis cum croco linatum, daucus, diptamnus, ebuli decoctio, equi axungia suffumigata, faseolorum decoctio bibita rubeorum, galbani nascale, gentiana supposita cum succo arthemisæ, iuniperi folia, laudani suffumigium, lumbrici terreni potati, marrubium cum melle, oppopanacum impositum, petroselinus, politrichum cum absinthio, pulegium resinæ suffumigium, ruta data cum triphera magna, serapinum suppositum, thimus, uitis albæ radix supposita, hypericò, ireos cum melle suppositum, hyssopus humida supposita. & ex his tu habes componere, ut tuo uidebitur proposito expedire. & alia hic ponam composita, & simplicia; ut semper te in omnibus copiosum faciam. accelera itaque, ut dictum est, ad eius extractionem; quia quandoque eius retentio est causa mortis mulieris. conferunt enim omnia illa, quæ dicta sunt ad facilitatem foetus ex parte balnei, sternutationum, suffumigationum cum unguis, & cornibus capræ supra carbones ignitos. ad idem suffumigium ex oculis piscium salitorum, item ex unguis equi. ad idem etiam potenter ualet succus uerbænæ tepidus potatus. ite expertus puluis feminum maluæ. 3. i. cum lixiuio. ite succus porri frigidus, ite pessariu ex radice ireos cum melle, item suffumigium ex ungula asini, myrrha, galbano, assa, ite & ipsum ex nasturtio. ite in hoc casu laudatur uomitus, & post uomitum sternutationes, & breuiter, quæ facilem reddunt partum, & foetum educunt mortuū, sunt in hoc casu conuenientia; sed quæ foetum mortuum &c. sunt fortiora: & tu in suprascriptis, & scribendis rubricis recurre. & satis tibi sit de his, si addidero hos duos canones. primus, q̄ cum apparet secundina; tunc trahatur leuiter. & paulatinè cum magna facilitate, ne rumpatur. & si timetur eius abscissio; tunc obstetrix liget, quod in manu de ea tenet cum coxa mulieris, & precipiat eam sternutare. secundus, quod in casu, in quo non descendit non dimittatur sic ligata, & consideretur causa ligationis.

E **C**URA. si fuerit, quia multum fixa in profunditate matricis; leuiter commoueatur, & administra lenificantia ligamenta. & hic nota, ut supra, non debet obstetrix multum instare in tali commotione.

CURA. si fuerit, quia oppilatū est os; aperiatur cum digitis, aut instrumento oleis inuncto, aut oleis, unguentis mollitiuis cum scutellis magnis, ut dictum est.

CURA. si de aliis causis appone, ut supra docebatur.

De regimine multi sanguinis post partum. Rubrica. 34.

VNDE EST uerum, quod cura huius aperta est ex dictis supra de fluxu menstruorum; cum hoc addo, ut ducem sequar; quod in eo casu fiant diuersiones ad superiora ligando manus, & brachia, & sub mamillis ponendo uentosas, item supponendo corpori, uel uentri eius petias infusas in aceto. item supponantur collyria ex rebus stypticis; ut rosæ, balustix, carabæ, succus plantaginis, gallæ, & huiusmodi. unde hæc decoquantur in uino styptico, deinde refrigerato fiant tentæ magnæ cum petiis in uino hoc intinctæ, & supponantur. dicitur, quod cortex citri retinet ipsum. item suspensio stercoris porcini in lana, & coxæ eius. postremò hoc scito, quod, licet cauterizantia soleant sistere fluxum sanguinis; hoc loco non sunt applicanda; quoniam ex eis nimium læderetur matrix, cum sit neruosa. & hæc satis.

De regimine paucitatis eius. Rub. 35.

QUANDO post partum non mundificatur mulier, ut debet à sanguine suo, sed in pauca uenit quantitate; tua sollicitudo debet esse in eius prouocatione; quoniam eius retentio est causa multorum malorum accidentium, & apostematum. & incipe cum leuibus. unde sollicita, ut sternutat; quoniam sternutatio est iuuatiua in hoc. ite fiat suffumigium ex sinapi, bdellio, myrrha, cicuta, & huiusmodi, cum oculo piscis saliti, cum ungula equi, & aliis, ut supra de paucitate menstruorum. quod, si ista non sufficiunt, & uirtus, & cætera consentiant; fac phlebotomiam ex saphena, & phlebotomiam curuaturæ, ut supra de menstruis; & est fortior in hoc. & hæc sufficiant.

G De regimine febrium earum. Rubrica. 36.

QUONIAM ut plurimum fiunt retentione menstruorum; hinc phlebotomia saphenæ est eis conueniens. item confert mundificatio earum cum manna, iuribus gallinarum, & huiusmodi leuibus, maximè quando uenter constipatur; nam in eis frequenter constipatur. item ex alteratiuis conuenit aqua hordei, & simplex, & mixta cum seminibus frigidis maioribus, item & aqua cicerum calida; aperit enim & non retinet. item & granata dulcia & muza. item potus aquæ lactucæ, & thamarindorum, cum manna, aut casia. si opus est euacuatione; alteretur, & euacuetur simul. & hæc sufficiant.

De regimine inflationis uentris. Rub. 37.

COMPLETUR cum aqua cicerum, puluere cymini, uino puro, diagalanga, serapino, mastice, origano, & huiusmodi administrando, quæ attenuant, & resoluunt ex clysteribus, suppositoriis, & unguentis, & huiusmodi, de quibus satis supra. nascale factum ex storace liquida, aristolochia rotunda, squinanto, zedoaria, doronico confert. & hæc breuia sufficiant.

H De regimine doloris matricis. Rub. 38.

IAM CURA dicta est rubrica propria; tamè dicit Aui. quod sessio in aqua tepida, & inunctio cum oleo uiol. dulci tepido confert. item ad idem enchatisma ex anodinis; ut chamæmilla, malua, foenugreco, semine lini, sisamo, radice althææ, & huiusmodi. item inunctio cum oleo sisamino, amygdalarum dulcium, oleo uiol. ite assumptio theriacæ, triphera magnæ cum uino, item suffumigium ex thure storace, & huiusmodi, ut supra allegata rubrica.

De regimine ulcerum. Rubrica. 39.

IAM eius cura posita est, & tu ibi supra hoc eodem ca. unde in primis prouidendum est cum his, quæ mundificat, & dolorem sedant; ut succus solatri, plantaginis cum oleo ros. iniecti, uel suppositi, item albumen oui cum lacte mulieris, & succo portulacæ: sedeat deinde in decoctionibus stypticorum frigidorum. deinde ungatur cum unguento albo.

albo, & aliis allegato loco; & tu ibi.

De nausea, & syncopi. Rubrica. 40.

IN NAUSEA aspergatur facies aqua rosalia fac, ut supra de nausea. in syncopi administra odorifera, cordialia, & uirtutem uiuificantia: & hoc ubi nullus sit timor, quoniam, si syncopis accideret, dum laboraret in partu; non esset sciendum; quia timeretur reuersio foetus ad superius. ergo &c.

De regimine foetus mortui. Rub. 41.

IN HAC rubrica satis facilliter pertransibo; quoniam propter malos uiros periculum est loqui. & quod a medicis dicitur, erit dictum ad salutem, & non ad interitum. qui autem male utitur his, in prauiudicium animae suae laborabit.

Et hic primò nota, quòd, quando mulier laborat in partu ultra, uel circa quartum diem secundum plurimum foetus moritur: propter quòd stude in eius abscissione, nam ipsius mortui signa sunt; primò quia mulier foetum non sentit, & foetus frigidus sentitur, & pulsus non habet, & in die secundo foetet os mulieris, & circa umbilicum maximè sentit dolorem, & in pectine, & est stranguria, & tenesmus. & hæc omnia fiunt compressione foetus facta in inferioribus, & est faciei discoloratio, & totius corporis, & destructio appetitus, instantia uigiliarum, & febrib. & multa alia, quæ dicta sunt rubrica de abortu: & tu ibi.

CVRA. In quo quidem casu tres canones obseruari debent. primus regimen ex parte rerum non naturalium, & specialiter ex parte cibi, & potus; ut nutrimentum sit confortatiuum, & uirtutis uiuificatiuum, ut in præcedentibus rubricis. secundus est administratio medicaminum per superius, & inferius, intus, & extra ipsum ad extra mouentium. tertius est, cum medicinae non sufficiunt, eius extractio cum ingenio manuali.

Pro secundo, quia primus est satis apertus; pono ex simplicibus, & còpositis, quæ sunt in casu efficaciora. anseris cerebrum cù oleo lilii immisum, aristol. cù pipere, & myrrha data, asphaltum suppositum, betonica interius sumpta, borax cum succo, centrum galli suppositum, buxomariensis succus suppositus, calamentum potatum uel suppositum, camepitheos cum aceto potatus efficax est. Plinius, castoreum sumptum, uel suffumigatum, centaurea trita, & supposita, cyclamen alligatum, diptamnus non solum potatus, sed suppositus, uel suffumigatus, elleborus albus, & niger suppositus, enulæ decoctio, fæolorum ru. decoctio, galbanum appositum, uel suffumigatum, gentiana cum succo arthemisiae cum uino Kitran, nascæ eius, laudanum suffumigatum, mandragoræ succus appositus, nasturtium, semen cum uino sumptum, oppopanax sumptum cum uino mustellino, oua duo sumpta cum ruta, & anetho, & cimini fiat tortellus, & desuper bibatur, porri succus cum croco, & lana sumptus, resina suffumigium, ruta cum uino sumpta, saturegia cum uino, serapinum suppositum, scamonea per se & cum aliis supposita, tauri fel immisum, theriaca magna, ungula equi suffumigata, polypodium trituratum, & super pedes mulieris emplastratum foetum eicit mortuum, stercus equi bibitum cum aqua frigida eicit. & in summa simplicia, quæ dicta sunt etiam supra de extractione secundinae ualent in hoc casu. ad idem ex còpositis. R. myrrhae. ʒ. ʒ. cinnamomi, galbani, castorei. ana. ʒ. i. ʒ. ʒ. opopanax. ʒ. i. confice cum felle uaccino, & dof. ʒ. i. in forma pilulari, si aliter sumi non potest. item ex his fiat suffumigium super carbones. ad idem ungula asini suffumigata. balneum ad hoc. R. calamenti fluuialis, artheticae, abrotani. ana. M. i. absinthii. M. ii. asphalti. ʒ. ʒ. rubæ tincto. rum. ʒ. ii. ʒ. bulliant omnia in aqua dulci, & fiat balneum, deinde unguatur cum hoc unguento. R. adipis gallinae, adipis anatis. ana. ʒ. ʒ. olei anethini. ʒ. ii. ceræ citrinae parum. deinde detur ad bibendum. ʒ. i. ʒ. pulueris dactylorum cù uino subtili, & croci. ʒ. i. & dixit Princeps, de illis, quæ proprietatem habent, est ungula asini; secundum enim, quod quidam existimant, supra suffumigetur. item suffumigium ex stercore eius extrahit foetum mortuum uelociter. medicamen forte ad hoc. R. assæ. ʒ. ʒ. foliorum rutæ sicce, myrrhae. ana. ʒ. i. sumatur in potu cum decoctione sauinæ. detur

A in mane, & in uesperis. ad idem. R. aristol. longæ, gentianæ, baccarum lauri, myrrhae, costi, amari, cassia lignæ, rubæ tinctorum, succi absinthii, cordumeni, piperis. ana. de quo bibatur omni die. ʒ. i. ad idem. ʒ. iii. aquæ rutæ, & tantundem fœnugræ. aquæ decoctæ cum ficibus decoctione multa, & origani. ʒ. iii. sumatur in potu. & quia plurima posita sunt de facilitate partus de extractione secundinae quæ perficiunt ipsum secundum canonem; hinc uolo, ut ista tibi sufficiant pro nunc, ad complendum tertium necessaria est operatio chirurgica. unde oportet cum ingenio, & operatione manuali, cù unco, & huiusmodi foetus extrahatur. unde aliquando oportet incidere frustatim; quoniam non est aliud ingenium. aliquando trahitur cum manibus ipsis leuiter, & ut dictum est, accelera, antequam uenter infletur; quia tunc difficilius extrahet. multa particularia ingenia omitto; quia chirurgica sunt, quæ quæ ras. xxi. tertii de regimine quorundam in extrahendo foetum mortuum: & tu ibi.

De regimine enixæ. Rub. 42.

B EGRESSIS foetu, & secundina, prout debent consequenter, & immediatè ex longa menstruorum retentione & ruptura uenarum facta in præsentem multus debet inde sanguis fluere, quem natura sagax non simul, sed paulatim expellit. uerum, quod in illo primo motu multus exit, deinde successiuè, durat eius exitus per vii. uel. ix. dies. & hoc est naturale; quia naturæ conforme, ut non totus, neque tatus in una uice exeat, quod inde uirtus multum proster natur. accidit tamen aliquando, ut magis, quam oporteat, fluat: unde multum debilitatur mulier. aliquando retinetur; ut matrix debitè non purgetur. unde mala accidunt, & grauius pericula, & accidit unde medicus statim de his. se debet optimè informare ab obstetrice. si fluxerit ultra debitum; medicus operetur cum constringentibus dictis de fluxu nimio menstruorum in duplici rubrica. sitque eius diæta resumptiua ex parte cibi, & potus; sed aperitiua euitentur, & utatur stypticis. uinum itaque sit rubeum odoriferum & fructus dentur styptici, cibus earum alteretur cum stypticis decoctis in ipsis. quòd, si fuerit in eis retentio menstruorum; stude prouocationi eorum cum his, quæ dicta sunt de retentione menstruorum ex phlebotomia saphenæ, & sequenti die fiat balneum ex rebus aperientibus, & prouocantibus, & da electaria, syru. huiusmodi menstrua prouocantia posita supra sua rubrica: & tu ibi. diæta sua sit cibus resumptiuus, boni sanguinis generatiuus, facilis digestionis, cito restauratiuus, & similiter potus. nec detur ei cibus grossus propter debilitatem hepatis, quod debilitatum est ex fluxu sanguinis. unde, si chylus ex grosso nutrimento generabitur; inde debilitabitur amplius hepar, & mulier fiet hydropica. item per uiam indigestionis causabitur feb. ipso nutrimento grosso non regulato, sed corrupto. item & fitis. item nota, quòd, si hepar induratur, & maximè quia fiet apostema durum, & maximè cù confirmatur; non est spes salutis; nam moritur hydropica. item hora, & principium est commotio doloris: & hoc dico, si quis uoluerit notare dies criticos. item scito, quòd, quando ægritudo eius pertransit. xx. dies usque ad. xxiiii. stante ægritudine, aut, si recidiuauerit, prolongabitur. & eo casu erit necessaria euacuatio, & fiat in die non critica: & uirtutem benè considera, & pharmaci qualitatem, ut supra pluries. & in hoc terminatur. xxi. capitulum cum auxilio Saluatoris, cui gratias infinitas referto. & spero in sui clementia tractatum edere specialem de regimine infantium, & cura suarum ægritudinum, pro quibus omnibus Deo semper laus.

D V B I A.

DVBITATUR circa capitulum, utrum in causa sterilitatem propter nimiam pinguedinem debeat bibi uinum album; nam uidetur conuenire, cum sit aliis paribus magis exiccatiuum, & magis remouens pinguedinem.

In oppositum Auicem. dicendum primò, quod, quia est subtile faciens magis penetrare cibum ad membra, propter quod magis impinguatur; est euitandum magis, quam nigrum.

grum. secundò, q̄ magis compecit nigrum parum, & in parua quantitate purum non permixtum aqua; quia ipsum subtiliat, & reddit ipsum magis penetratiuum.

DVBITATVR, utrum in regimine prægnantium conueniat uinum subtile antiquum. quòd non; quia tale multum penetratiuum, aperitiuum, & prouocatiuum, talia autem non competunt: ergo. in oppositum Auic. dicendum, q̄ uinum subtile, idest mediocris substantiæ; quia comparatur ad grossum, conuenit. secundò, quia uinum subtile est per commixtionem aquæ factum tale. conuenit tertio, q̄ apud tempus partus competit uinum subtile absolute, & antiquum; quoniam tale aperitiuum prouocatiuum est, & confortatiuum.

DVBITATVR in qua quadratura magis menstruantur mulieres. prima conclusio, q̄ consideratione habita ad menstrua; ut sunt humiditates à luna regulatæ, q̄ in ultima quadrata magis debent mulieres menstruari: causa; quoniam tunc Luna est minus potens regulare. unde, & in ea magis pluit. secundum; quia consideratione habita ad ætates menstrua magis fluunt iuuenibus in prima, & secunda quadrata, & in senibus, in ultimis magis. & idem intelligatur de indicatione habita ad complexionem, & regiones, nam luna in primis quadris influit calorẽ ratione cuius subtilia, & humores calidos magis mouet. unde cum in ætate iuuentutis sanguis calidus sit, intus à superiori radice mouetur.

DVBITATVR, utrum mulier plures, quàm foetus septem parere possit propter non plures cellulas esse; nam Arist. à fide digno audiuit mulierem peperisse plus, quàm septẽ formatos. xi. proble. problema. xv. & Iacobinus super. ix. de hystorijs refert à fideli medico audiuisse, q̄ una mulier in Germania, ad cuius curam fuit uocatus abortiuit in pãniculo in quãtitate digiti auricularis inuolutos plures foetus habentes motum constrictionis, & dilatationis: quæ mulier putauerat se uermes ex matrice emisisse. & ueritas est, q̄ matrix diuisa est solum in duas partes. unde undecima tertij. Matrix homini diuisa est in duas partes, in alijs autẽ secundum numerum mamillarum. & quod scribitur de septem cellulis à iuristis dictum est, & non uerè: ut. x. proble. ma. allegato problem. quòd, si quando plures tales parit, ut scriptum est; hoc contingere uidetur; quoniam in uno loco interdum plures continentur. unde quarto de generatione animalium eodem loco matricis fiunt sæpe duo, & non duo solum, sed etiam plures.

DVBITATVR, utrum diuretica competant in cura apostematum calidorum matricis. quòd non; quia simile est de apostematibus renũ, & matricis; quia ambo sunt membra in inferioribus situata, sed in apostematibus renum non conceduntur. Auic. ergo. &c. quia sunt absterfua, mundificatiua, diuisiua, superfluitatum in matrice existentium; dicendum, q̄ conferunt, ut dictum est, & consequenter, q̄ similitudo nulla est; quoniam renes sunt membra tenerrima apta à diureticis multum noceri; matrix autem est membrum solidum durum.

DVBITATVR, utrum in actuali præfocatione debeamus incipere cum rebus odoriferis calidis, ut sunt olea, unguenta, apponendo illa super caput, ut scribit princeps; quia in primo occurfu applicamus foetida naribus, & diuertentia; ut uentofas, frictions, & huiusmodi, ut supra, & non attrahentia. dicendũ, & sit prima conclusio, q̄ in principio euentus eius ponuntur odorifera calida, & non multum super ipsum caput, ut inde confortetur membrũ, & per hoc reddatur fortius ad expellendum uapores nociuos à se. secunda, q̄ adhuc ratione resolutionis uaporum iam perductorum ad caput possunt competere. tertia, q̄ magis canonicum, & magis tutum est incipere à diuertentibus, ut suo loco dictum est. & sic operantur communiter practicanes. quarta conclusio, q̄, si talia odorifera applicantur; non debent aliquo modo naribus applicari. quinta conclusio, quã fortassis Auic. uoluit, q̄ in declinatione competunt hæc odorifera ad confortandum, & resoluendũ, & licet ipsum remedium inter prima nominauerit: & tu considera.

DVBITATVR, utrum uomitus competat in præfocatione cum uomitus uideatur matricem mouere ad superiora, & sic iuuare ad præfocationem. item maximè confert sternu-

Etatio: ergo ex opposito uomitus deberet nocere. dicendũ prima conclusio, q̄ uomitus temperatus ratione causæ antecedentis suffocationi matricis competit: patet: quia, si curatur præfocatio, uel saltem eius augmentum materia illa existente apta fluere ad matricem. secunda conclusio, ratione causæ coniunctæ non competit: patet conclusio ex se tertia conclusio, q̄ laboriosus, & fortis nullo modo competit: ubi autem sit facilis, & temperatus sic. considera.

CIRCA hoc capitulum non noui alias difficultates, quoniam, si quis uult eas uidere, recurat ad lecturas aphorismorum, in quibus copiosè inueniuntur.

A P H O R I S M I.

Ex. iij. Sect. xij. Aphor.

F Si uerò hyems australis, & pluuiosa, & serena fuerit, uer autẽ ficcum, & aquilonium, mulieres, quibus partus ad uer inest, ex quacunq; occasione abortiunt: quæ uerò parient, imbecilles, & morbidos infantes pariunt. quare uel statim intereunt, uel tenues, & ualitudinarij uiuunt.

Ex. iij. Sect. i. Aphor.

Vtero gerentes sunt medicandæ, si materia turget quarto mense, & usq; ad septimum: sed has minus iuniora autẽ, & seniora uereri oportet.

Ex. v. Sect. xxviiij. Aphor.

Suffitus aromatum muliebria ducit, sapius uerò & ad alia utilis esset, nisi capitis faceret grauitatem.

xxx. Aphor.

Mulierem utero gerentem capi ab aliquo morbo acuto letale est.

xxxi. Aphor.

Mulier utero gerens sanguine misso ex uena abortit, magis si foetus sit maior.

xxxij. Aphor.

Mulier sanguinem euolenti, mensuris erumpentibus solutio.

xxxij. Aphor.

G * Mensuris deficientibus sanguis ex naribus fluens bonum.

xxxiiij. Aphor.

Mulier in utero gerenti, si aluus plurimum profuat, periculatum est, ne abortiat.

xxxv. Aphor.

Mulier, quæ uterinis molestatur, aut difficulter parit, superueniens sternutatio bonum.

xxxvj. Aphor.

Mulier menses decolores, nec per idem semper tempus uenientes purgationem indicant esse necessariam.

xxxvij. Aphor.

Mulier utero gerenti si mammarum graciles repente fiât, abortit.

xxxviii. Aphor.

Mulier utero gerenti, si altera mamma gracilis fiat, geminos habenti, alterum abortit, & si quidem mamma dextra gracilis fiat, marem: si uerò sinistra; foeminam.

xxxix. Aphor.

H Si mulier, quæ neq; grauida est, neq; perperit, lac habet huic menstrua defecerunt.

xl. Aphor.

Quibuscunq; mulieribus ad mammas sanguis colligitur furorem significat.

xli. Aphor.

Si uelis noscere, an conceperit mulier, cum dormitum est, ei aquam mulsam potandam da, & si alui tormina patitur, concepit: si minus, non concepit.

xlij. Aphor.

Mulier si marem concepit; benè colorata est: si uerò foeminam: malè colorata.

xliij. Aphor.

Si mulieris grauida in utero sit erysipelas; letale.

xliiij. Aphor.

Quæcunq; præter naturam tenues existentes utero gerunt, abortiunt, priusquam crassescant.

* Gynæchi, hoc est mulierum, quæ dicitur hæc in principio huius Aphorismi tendit, ut integra seruetur græci contextus uerbo quam parum, quo ad sententiam, id referat.

xlv. Aphor.

Quæcunq; mediocriter corpora habentes secundo, aut tertio mense sine occasione manifesta, ijs acetabula uteri plena mucoris sunt, & non possunt ex pondere foetuū continere, sed disrumpuntur.

xlvi. Aphor.

Quæcunq; præter naturam crassæ non concipiunt utero, ijs omentum os uteri comprimit, &, priusquam extenuentur; non concipiunt.

xlvii. Aphor.

Si uterus in coxam uergens suppuratur, necesse est * linamentum fieri.

xlviii. Aphor.

Fœtus, mares quidem in dextris; foemina uerò in sinistris magis.

xlix. Aphor.

Vt secunda procidat, sternutatorio apposito, & nares apprehendito, & os.

l. Aphor.

Mulieri si uelis menstrua cohibere: cucurbitulam quam maximam ad mammas appone.

li. Aphor.

Quæ utero gerunt, iis uteri os comprimitur.

lii. Aphor.

Mulieri utero gerenti si lac multum è mammis effluat; foetum imbecillum significat: si uerò mammae solidæ fuerint; foetum significant saniozem.

liii. Aphor.

Quæ corrupturæ sunt foetus, iis mammae extenuantur: si uerò rursus duræ fiant: dolor aut mummas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corrumpent.

liiii. Aphor.

Quibus os uteri durum est iis uteri os comprimi est necessarium.

lv. Aphor.

Quæcunque utero gerentes à febris corripuntur, & fortiter * calefiunt sine occasione manifesta, difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur.

lvi. Aphor.

In fluxu muliebri si conuulsio, & animi defectus aduenierit; malum.

lvii. Aphor.

Si menstrua plura fiant; accidunt morbi: &, si non fiant; ex utero morbi contingunt.

lix. Aphor.

Si mulier non concepit; scire autem uelis, si conceptura sit; pannis circumiectam subter suffias, & si odor uideatur per corpus ire ad nares, & os; scito, quod ipsa non esse ipsa sterilis est.

lx. Aphor.

Si mulieri utero gerenti purgationes eant; impossibile ad foetum esse sanum.

lxi. Aphor.

Si mulieri cessent purgationes, neque febris, neq; rigor superueniat, & fastidia incidant; iudica ipsam in utero habere.

lxii. Aphor.

Quæcunq; frigidos, & spissos uteros habent, non concipiunt, & quæcunq; præhumidos uteros habent, non concipiunt; extinguit. n. in eis genitura: & quæcunq; siccos magis, & adurentes; nam ex defectu alimeti corrumpitur semen; quæcunq; uerò ex utriusq; mediocrem habent temperaturam, hæc fecundæ sunt.

Ex. vii. Sect. xxvii. Aphor.

Mulieri utero gerenti si tertio superuenerit, facit aborsu.

ARGUMENTVM IN CAP. XXII.

DISPOSITIONES, quæ in cap. hoc continentur, sunt apparentes in extremitate membrorum exterioru; hoc est, ruptura, augmentu umbilici, gibbositas, uarices, elephantia, dolores iuncturarū, podagra, do-

Alor dorsi, sciatica, bothor, dolor calcanei, pedum debilitas, & unguiū dispositiones. cū ergo orificiū superius secundū naturā clausū præter naturā aperitur, & per ipsum descendit aliquod intestinum; tunc fit ruptura, siue hernia: cuius species sunt intestinalis, aquosa, uentosa, & carnosæ. sed umbilicus augmentatur plurimas ob causas. gibbositas uerò est spondilium à suo loco remotio, quæ fit uel ob casum, & similia, uel humiditatem aquosam lubricatiuā, uel uicofitatem, uel apostema. uarices autē sunt dilatatio uenarū in crure, & pede propter multitudinem eius, quod descendit ad eas ex sanguine ut plurimum melancholico non putrefacto. elephantia uerò est additio in pedibus contingēs in uenis pedum aut ob humorem phlegmaticum crassum, aut accidit ex causis uaricū. dolor aut iuncturarū est eius tristis sensatio à mala complexionione, uel continui solutione mediante musculo, neruo, uel chorda in eo facta. qui dolor diuiditur in chirargicū, podagricum, sciaticū, arthriticum & dorsale. quorum causas nō nulli affirmant esse fortitudinē membrorum mittentiū, debilitatem recipientiū, multitudinē humorū multiplicantiū, & latitudinem uiarū ad iuncturas. dolor porrò dorsi est tristis sensatio rei cōtrariæ imprimētis sua malitia complexionis, aut solutionis continui, aut utriusq; causaq; eius est intēperies frigida ut plurimū pura aut cū uino humoris semper fert phlegmatici sed podagræ causa est magna ex parte situs membri, remotio à principalibus, motus, et labor. sciaticæ uerò causa ut plurimū est humiditas phlegmatica. ultimò unguiū dispositiones sunt dolor, pruritus, puncta alba, curuitas, gibbositas cum tinea, excoriatione, & scissura.

De dispositionibus apparentibus in extremitate membrorum exteriorum.

C De ruptura, & quæ simulantur. Rubrica. i.

DE dispositionibus apparentibus in extremitate membrorū exteriorū, & primò de ruptura, & quæ simulantur ei. unde ruptura, quæ sic ab Auic. nominatur, ab aliis diuersis nominibus inscribitur; nā Viaticus eā crepaturam nominat, Almāfor eminentiā, quidam intercoeliacā passio. quidam herniā uolentes, ut hernia sit nomen generale ad omnē rupturam. sed, ut Simō Iañ hernia est fractura, qñ intestinum in osseum descendit. sed, ut sæpe dictū est ad medicū de nominibus disputare non attinet. & ab Auic. talis ponitur descriptio. Ruptura fit per solutionem panniculi à singularitate sua, & casum scissuræ in eo, quem penetrat corpus, quod comprehensum est in eo ante scissuram aut propter dilatationem stricturæ in meatu, aut solutionē propter quòd aduertendum, q syphac est panniculus durus subtilis continēs intestina i quo iuxta inguina uersus finē iliorum oriuntur pāniculi duo; unus à dextris, & alius à sinistris, qui panniculi protēduntur, usquequo testiculos inuoluant, & nominantur à principio ortus eorum, usquequo perueniāt ad testiculos dydymus. cū autem perueniūt ad testiculos, & dilatātur inuoluentes; eos nominatur bursa testiculorū. unde in principio sui ortus orificiū eorum fm naturam clausum est, & in processu dilatatur, & in fine usq; ad quantitatem testiculorum, quos inuoluūt. cum ergo orificium superius fm naturam clausum præter naturam aperitur, & per ipsum descendit aliquod intestinum, quod sua naturali clausura detinebatur; tunc fit ruptura, siue hernia. cuius species cōiter quatuor enumerantur; intestinalis, s. aquosa, uentosa, & carnosæ. dico cōiter; quia à nonnullis septem ponuntur species ultra quatuor iam dictas addētes zirbalem, humoralem, & uaricosam. a uulgaribus autē nominatur apertura, & merito; quia fit propter aperturā foraminis, quod fm naturā clausū esse deberet. accidit quādoq; dispositio similis aperturæ, & nō est apertura, ut cum

ChilliGre
cis, nostris
ramex &
hernia, ba
rbaris ru-
ptura, seu
crepatura
nominat.

Syphac
quid.

Emmoton, idest emmotō, idq; rediō quam lina mentū, nā præstat iu cidioris in telligētiz gratia græ cam uocē emmoton retinere ē enim emmotō medicamētū liquidum, quod linteolis con cerptis quæ moti, ac mota græcis uo cicatur ex cipitur ul cerib⁹ quæ inditur: li namēta ue ro, seu linteolæ mota proprie nuncupantur.

* Alias, isc hneōde. i. extenuantur.

panniculus non aperitur; ſed mollificatur uehemēti molli-
ficatione; & tunc deſcendit, quod contentū eſt ad inguina
& non in burſam, quod in inguine cauſat tumorē ad modū
glandulæ fatiſ notabilis quātitatē maioris, aut minoris ſe-
cundum maiorem, aut minorem relaxationē. & hic dicitur
hernia inguinata, ſiue mollificatio inguinum.

Herniaci
qui ſūmo
perexi-
ſtant.

CAVSÆ. Et horū omnium cauſa eſt aut primitiua, aut
antecedēs, aut coniuſta, de quibus omnibus particulariter
exēplificabo. exemplū de primitiuis; ut omnis cauſa præpa-
rās ad apertionē dydymi, & rupturā ſyphac; ut ſunt ſaltus
fortis, & ab alto, labor, exercitiū grāde pedestre, & eque-
ſtre, eleuatio magnorū pō derū, ppter quod portatores, &
ſachini, &c. inflatio fortis ad quā ſequit̄ uētris inflatio: pro-
pter quod tubicinæ, & fiſtulatores ut plurimū ſunt hernia-
ci: & conſimiliter cantatores, coitus plurimus, & maximē
ſuper repletionē. itē equitatio mulieris, ſuper uirū tēpore
coitus. itē tuſſis laborioſa, uociferatio fortis, & clamora.
itē aſceſus, & deſcenſus, tēſi balistarū, & oīa alia, in quibus
eſt forte conamē ita, ut flatus retineatur. cauſa autē antece-
dens eſt aut teneritas naturalis pāniculi, aut uētoſitas ipſa
frāgens, aut humiditas effuſa à toto ad inteſtina, ut ſanguis
neæ fœculēta: cui⁹ cauſa fuit percuſſio, aut caſus, aut aquo-
ſitas multa grauans, & in burſam teſticulorū deſcendēs, aut
lōga fœcū retētiōne, unde accidit in forti compreſſione.
deinde ruptura, aut longa ſpermatis retētiō moti, & prohi-
biti ab expulſione. cauſa autē coniuſta ē ipſa ruptura, ſiue
apertio. cauſa autem relaxationis, ſiue mollificationis eſt
teneritas ipſa naturalis pāniculi, uel humiditas multa: qua
re pueris facilius, ac ſæpius accidit.

PROGNOSTICA. q̄ ruptura inteſtinalis iueterata, & ſpe-
cialiter in corpore adulto non curatur medicina, ſed tātun
modo ferro, de quo infra. & dicitur inueterata apud Gor-
doniū, qm̄ pertraſſiuit dies. vii. nam tūc labia ſunt facta du-
ra, & obturata, quorū unio uidetur impoſſibilis; etiā ſi for-
te in mēbro exteriori, niſi remoueretur calloſitas, & duri-
ties labiorū prius. & multi multa promittūt, & pauca attē-
dunt. in pueris autē pur ſanatur, & cū difficultate. ſed acci-
dit, q̄ aliqui ſunt mollificati, qui medicaminū beneficio cu-
rantur. & medici dicūt, q̄ erant rupti, & implent capita ho-
minū mēdaciis. & ponā ſigna diſtinctiua inter mollificatio-
nē, & rupturā. & Gilber. anglicus inquit. Et recēs ſuſcipit
ſtatim curationem; cū inueterata eſt, & in adultis nunquā,
niſi per chirurgiā curatur. multi autē meo tempore præſū-
pferunt dicere ſe curaffe multos. & ego ponam medicami-
na fortia ad hoc, quibus uſi fuerūt. ſed tu utere prudētia, &
noli promittere uana. itē ad complementum cognitionis
cauſarum ſcito, q̄ crepatura citius accidit pueris propter
relaxationē; iuuenibus autē propter uirulentiam, ſiue uiolē-
tā tenſionē; in ſenectute uerō propter humorū ſuperfluita-
tem. itē ut ſcias, quā facilis ſit eius cura, aduerte, ut Auī.
quod eius ruptura ſupra teſticulos, & apud inguina, & quod
ea ſuprà eſt, ſummē eſt malorū accidentium. item q̄ omnis
ruptura ſupra ſumen quāuis ſit parux additionis, & nō do-
leat in principio; eſt malorum accidentium; qm̄ in ea ſunt
expulſa inteſtina minuta, & ſunt compreſſa, & coartata, &
coartant fœcē, & euomūt eam, & facit inquietudinē, & an-
guſtiam, & eſt de genere ileos inteſtinalis, & zirbalis diſ-
ficilis curatiōis; quamuis parua ſit; aquoſa autem, & ſi ſit
magna, facilis curationis.

SIGNA demonſtratiua. quando eſt cū deſcenſu inteſti-
ni, & zirbi; reſupinetur æger, & eleuatis pedibus, & cruri-
bus ſuis manu cōprimatur locus eminens, & ad intra redu-
catur: quo facto eleuetur patiens, & ſtet, deinde continen-
do anhelitū comprimat ad inferiora; tunc ſi iterum uide-
bis tumefieri locum, & quaſi ſtatim, & deſcēdere in burſā
teſticulorū; tunc ſcito, q̄ ruptura eſt. itē eminentia ſic ap-
parens in myrach, quæ ſic per cōpreſſionē remouet̄, &
redit, cū homo ſtat uel ſedet ſuper rupturā ſignificat, & ſpe-
cialiter ſuper deſcenſū zirbi, aut inteſtinarū. ſed ſignū di-
ſtinctiuū eſt; quoniam, quādo eſt ex zirbo; eſt eius reditus
cū difficultate maxima, & cū paruo rugitu, uel nullo, ſm̄
q̄ zirbus facit figurā in burſa teſticulorū, ſicut eſt figurato-
retis inuoluti cū panno lineo, & eſt ſecundū plurimū par-
uæ quātitatē. inteſtini uerō reductio eſt non ita difficilis,

E & cum maiori rugitu; licet paruo, & facit inteſtinū, & bur-
ſa teſticulorū eminentiam groſſiorē magis tangibilem, &
dolorem maiorem. & in ſūma, qm̄ eſt dilatatio manifeſta;
deſcendit in oſſeum zirbus, aut inteſtinū paulatim abſq; do-
lore, aut expreſſionē facta ab ipſo ægrotante.

Signa uentofæ. inter hoc autē, & deſcenſum uentofita-
tis ſignū; qm̄ in uentofa hernia reditus eſt facilis reſpectu
diſtorū, & ita redit ſtādo, ſicut ſi reſupinē ita, q̄ reſupiaro
parū operatur in eius reditu. cuius cōtrariū in inteſtina-
li, & redit abſq; dolore, & eſt abſq; grauitate percepta, &
q̄q; eſt fortis extendens oſſeum, & dolorem fortē cauſat
extenſiuū. unde in eius cōpreſſione à medico digitis, &
& auditu percipitur. item & patiens ſentit uentofitatem
moueri etiam in inteſtina, & quod ex uſu rerū multiplicā-
tiū uentofitatem magis augetur, nec ſic, cum ad ſuperiora
pellitur, deſcendit, ut inteſtinali, zirbalis.

Signa aquoſæ. hernia autem aquoſa tactu comprehendi-
tur ex tenſione burſæ; & quia burſa lucet, ſiue ſplendet, &
non redit, ut cæteræ, immò tactu cedit, & eſt cum diſpoſi-
tione cachetica. Humoralis nō diſcernitur; quia corpus eſt
repletum, & eſt ſine dolore, & cedit tactui, & eſt molities
media inter aquoſam, & carneam. in carnoſa itaque uideſ
teſticulus augmentari, ſine dolore, ſine apoſtemate, &
eſt ibi durties, & groſſities, & oppilatio uix, & quan-
doque eſt ibi groſſities ex lapideitate apoſtematis duri, &
nominatur buris.

Signa uaricoſæ. uaricoſa autem cognoscitur ex uenis re-
pletis, & tortuoſitate earum cū mollificatione teſticulorū
& non redit dato, q̄ ſupinus iaceat, & illam, quæ eſt in ar-
teriis, tactu comprehendit, ſed cauſa, quæ eſt in uenis nu-
trientibus illa membra, nam comprehendit tactus.

Signa relaxati. accidit autem, ut q̄q; quis iudicet rela-
xatum eſſe ruptum: & ideò arbitratus ſum ſigna inter ipſa
diſtinctiua ponere. ſignum, quia, ſiquis ſtabit ſuper pedes
ſuos, & contineat anhelitum, & ipſum ad inferiora impel-
lat, ut ſuprà, ſi de facili ad impuſſionem talem deſcendat:
inferius ruptus eſt: ſi non, relaxatus. & ſi uis ad hoc certi-
ficari per; hoc ſignum fac prius patientē ſupinē iacere, &
intromitte tumorem, deinde fac, ut dictum eſt. item rela-
xatio ſecundum plurimum ad inguina terminatur; ruptura
autem ad oſſeum.

CYRA. in cura itaque rupturæ, ſiue herniæ particulari-
x. canon. obſeruandi ſunt ordinatio diætæ, digeſtio, eua-
cuatio, reductio eius, quod deſcendit, ſiue ſit zirbus,
ſiue inteſtinum. conſolidatio, ſi ſtatim poſſibilis eſt. con-
ſeruatio, ne ulterius procedat; cum conſolidari non poteſt
exiccatio eius, quod mollificatum eſt, & dilatatum. reſolu-
tio eius, quod aggregatum eſt in ea, ſi eſt aqua, aut uento-
ſitas. prohibitio, ne materia deſcendat ad extensionem fa-
ciendam. ultimò, cum omnia non contulerint, caſtratio
& ferri adminiſtratio.

Pro cōplendo primū abſtineat à rebus confortantibus
cauſam factiuā rupturæ, & ſunt cibi inflatiui, & uētoſitatē
generantes, ut fabæ, faſeoli, piſa, ſiue robiliæ, cicerū grana,
caſtanea, lac, olera, ſpinachia, præcipuē lētes. itē à cibis ab-
ſtineat malæ, & duræ digeſtionis; ut ſunt paſtillicia, nerui
animaliū, interiora, carnes antiquæ duræ, panis miliaceus,
& de caſtaneis fact⁹, fruct⁹ uētoſi: ut pepo, auellana recēs, ſi-
cus humidæ, una recens, amygdala recēs, & aquoſi, & maxi-
mē in aquoſa, & in ea, quæ ē ex mollificatione. item fugiat
aquā frigidā, uinū groſſum turbidum, itē dulce, & nouū, itē
potus mellitus, & mel ipſum niſi fuerit benè decoctum,
& ſic de aliis uentofis in. v. tract. utatur cibus temperatis,
facilis digeſtionis, & magis declinantibus ad ſiccum ma-
ximē in uentofa: conueniunt tamen carnes agnellinæ, &
præcipuē iuuenes, aſſatæ uitulinæ, manzinæ iuuenes.
Item ſalſæ ex carnibus leuis digeſtionis, & in modica quā-
titate. conueniunt fructus; ut ficus, ſiccæ, phyſtici, pineo-
li, paſſulæ, uua benè matura, & quæ ſterit aliquibus die-
bus ab arbore depoſita in pauca quantitate. item quan-
doque capere poteſt de amygdalis exiccatis, & in pauca
quantitate, & rarò. conuenit rizum, ſynapi, brodium ci-
cerum ru. caules, & hmōj; & in his tamen ſemper modera-
item panis de frumento benè fermentatus, benè coctus.

itē panis biscoctus, siue tortilla de seni. itē uinum sit clarū duorum mensum ad minus, non dulce, neq; austerum; sed medium etiam in uetositate album, uel aureū, siue aureliū fugiat repletionem, & teneat sibi uentrem lenē, & est de optimis rebus ei. item post eius cibus cibū resupinetur, & qñ sedet, teneat continuē bracale. itē sistat. & quia coitus sub inanitione cōtinetur, dicatur de eo, q̄ coitu nō utatur ut potest: & si eo utitur, sit post uētris lenitionē, & habeat bracale, siue stricturam, & nō faciat, ut multi, qui eū deponunt propter uerecundiam, & malē, deinde eis succedit ppter agitationē. non moueat post comestionē, neq; deambulet pro posse, nisi debite. multū fugiat equitationes, & precipuē equorū malē, & duriter ambulantiū. itē exercitia fortia pedestria, & alia huiusmodi fortificantia eas rupturas; de quibus supra in causis primitiuis. & quiete utatur magis iacens, aut sedens, quam stās. somno, & uigilia utatur moderatē: & consimiliter de accidentibus animæ.

Pro complemēto secūdi, & tertii scito, q̄, si uidebit digestionē, & euationē esse necessarias; illas fac. & tu habuisti saepe digestiua uetositatū, & aliorū humorū, & similiter euacuatiua supra de colica. & ideō ad illa loca te trāseras & ad posita supra. iiii. tract. itē si habitudo corporis indicabit de phlebotomia; illā fac; oīa enim particulariter scribi non possunt, neq; debēt, attēto, q̄ ex saepe dictis intelliges modū procedendi in similibus. sed hic aduerte, q̄ solutiua debēt esse liquida, & leuia nō trahētia multū à remotis, & clysteria sunt ī casu multū cōformia. neq; in solutiuis multiplicabis; sed, ut poteris, ab eis abstinendum.

Reductio autē fit, ut resupinetur æger, & restauretur cū manu sua, leuiter cōprimendo reintromittat. quōd, si reductio fiat difficilis; clysterizetur prius æger bis in die cū clysteri ex oleo cōi factō cum modico salis, deinde tentetur reductio. quōd, si adhuc fieri non poterit, emplastretur locus cum lenificantibus, & mollificatibus cū radice althææ, semine lini, fœnugræ. & ex mucillaginibus eorū cum pinguedinibus, & oleis, & farina seminū lini, aut cū spongia infusa in oleo decoctionis maluæ, althææ, fœnugræ. seminis lini, chamæmillæ, & huiusmodi. deinde tētetur reductio & semper cum facilitate, ne causetur dolor, qui inquantū fieri potest, euitetur. quōd, si adhuc non conferret; fiat balneū ex chamæmilla, anetho, radice althææ, semine lini, fœnugræ. malua, bismalua, & hmōi. in quo calido, & non multū sedeat patiens per longū tempus. aut pro nobilibus, & potentibus ponatur æger in tina olei cōis tēperatæ caliditatis usq; ad umbilicum, & in ea stet per tempus notabile. fm uirtutis tenorē, & ampliat uia mirabiliter. ī quo Ioan. Iañ. noster optimam reportauit famā, & lucrum grāde. deinde resupinetur, & intromittatur. quo peracto ponatur ei bracale de ferro, aut de panno bombacino modicū suffulto cum plumaceolo, ut cōiter sit, & ante eius stricturam ponatur super locum fractū, aut mollificatū scetum de corio magnum, aut paruum fm corporis quantitatem, & ipsius aperturæ, super quod sit extensum aliquod ex emplastris dicendis infra consolidantibus, de quibus copiose ponendo acutiem, sicuti inferius uersus testiculos, & latum uersus uentrē; sicut & stat plumaceolus bracalis, siue stricturæ. deinde super ipsum extendatur plumaceolus, & ligetur & stringatur nō multum. secunda uerō die aliquantulum plus ipso semper stante in loco resupinē, & capite aliquantulum depresso, & omni die, ut supra, inaniatur uenter cū aliquo lenitiuo. sicq; deinceps abstinere ab his, quæ dicta sunt in complemento primi canonis.

Conseruatio autē, ne ulterius procedat, fit cum medicinis glutinationē faciētibus, & confortatibus, in quibus est stypticitas. de quibus satis infra exemplificabo in receptis sed super omnia ualet gestio bracalis, siue stricturæ, quam herniacus saltem intestinalis deserere non debet.

Exiccatio autē, & resolutio cōpleatur cū medicinis, & emplastris resolutiuis dictis in cura hydrophis; & tu ibi.

Prohibitio autē fit cum strictura, quiete, & euacuationibus, si causa fuerit humiditas à toto, uel particulari mēbro transmissa: & in eo casu confortationi totius, uel membri particularis stude, ne mittat.

De castratione me non intendo hic multum intromitte

A res; quoniam ad chirurgicum spectat, sed de ea infra; sed certe paucos uidi liberari absq; restitutorū beneficio. de administratione autem ferri pro nunc tatum dico, q̄ ex antiquis sapientibus laudauerūt quidam uisionē factam cū ferro habente figuram semicircularem cum hasta eleuata superius ita q̄ hæc uisio cum tali instrumento consequat̄ os pectinis hora, qua fit. & dixerunt, q̄ curat rupturā profundam, & magnitudinem syphac, & dilatationē meatus, per quem zirbus, & intestina descendunt.

E T S A T I S F A C I E N S. v. principali ponam quædā ex expertis meliora per os sumpta, uel per exterius administrata. & incipiam ab his, quæ per os sumuntur, quæ sunt portiones, pilulæ, uel pulueres, uel electaria.

Potio & est sy. magistri Hugo. & magnæ laudis. & succi Hugonis
syr. trium consolidarū, succi iacæ nigræ, succi hepaticæ terre stris. ana. lib. 5. succi corrigiolæ, plātaginis ana. 3. iii. succi rutæ uiridis. 3. ii. depurentur hi succi cum decoctione hærerū in illis. & ros. thuris, mastice, mummia, sang. drac. boli arm. ana. 3. i. 5. myrti, sumach, nasturtii, coralli, cyperi. ana. 3. i. nucis cupressi. 3. i. 5. myrrhæ, gummi ara. ana. 3. 5. bulliat omnia in succis ad consumptionē tertiæ partis. postea colatur, & syrupizentur cū zucch. quōd, si natura tēporis negabit eas posse habere herbas uirentes; liceat loco succorū sumere siccas, & coquere in aqua pluuiali sufficiēter, deinde manibus fricando colare. deinde reduc eā colaturam ad ignē, & cū zuccharo cōueniētis quātitatis fac sy. dimitte itaq; hunc sy. fermētari usq; ad mēsem. deinde ipsum exhibe in dosi cōuenienti ætati patientis cum hoc apozimate. & herbæ sigilli Salomonis, radicū herbæ sanctæ Mariæ, radicis peruinculæ, foliorū graminis cū radicibus ana. 3. i. radicis garyophyllatæ M. 5. terantur, & coquatur in uino optimo, & subtili, quod uinū reseruetur, & distemporetur cū eo sy. dictus, & det per octo dies continuos uel. xv. fm q̄ ægritudo erit difficilis, & minus difficilis, & tēpore eius exhibitiois nulla fiat emplastratio. Exhibito autē syr. dent pilulæ, quæ sequuntur, quæ sūt in casu mirabiles, & gloriosæ, & magnæ efficacæ. R. rasuræ ferri. 3. 5. pilorū leporis minutissimi incisorū. 3. iii. nucis cupressi, mummia, san. drac. hypoquistidos, olibani, acaciæ. ana. 3. ii. nasturtii dragacati, myrrhæ, cyperi. ana. 3. i. terantur & conficiantur cū succo consolidæ maioris, dos. 3. i. usq; ad. ii. & hic aduerte, q̄, quando exhibentur hæ pilulæ; tunc deponēdū est emplastrū, & super locum teneatur notabilis quātitas magnetis applanata; nam sic ferrum trahet, cū quo & cætera sequetur ad locū ipsum consolidandū. Hæc enim operatio est reiteranda toties, donec effectus intentus cōsequatur, & semper deinde super locū teneatur emplastrū, de quo infra. ista est operatio nō ab omnibus scita, nec sic scripta, in qua fiducia non parua habenda est; cū fuerit perspicaci, atq; sagaci magisterio facta. pilulæ alię rationabiles, & gloriosæ. R. limaturæ ferri. 3. i. pilorum leporis puluerizatorū 3. 5. nucum cupressi, 3. iii. sang. dra. mummia. olibani, ana. 3. i. confice cum succo millefolii, & dentur, ut supra. puluis, quo uti debet patiens frequēter in cibis suis. R. fauces lucii magni separatas a carne, & cōbure eas ī olla cooperata in clibano posita, deinde R. huiusmodi pulueris. 3. iiii. consolidæ maioris, & minoris ana. 3. iii. millefolij, arnoglossæ. ana. 3. ii. sang. drac. thuris, mastice, uolubilis minoris. ana. 3. i. 5. garyophyllorū, cinnamomi, zinz. cardamomi ana. 3. ii. zuccha. quantum uis reducatur in puluerem. & hæc omnia adinuicem misceantur. electarium ad hoc. R. garyophyllorum, cinnamomi, zinzibe. macropiperis. ana. drach. 5. thuris, mastice. sang. drac. nucum cupressi, balustiarum ana. 3. i. consolidæ maioris, & minoris, millefolii, iacæ. ana. 3. 5. seminis plantaginis, lentis, myrrhæ. ana. 3. i. cyperi 3. 5. zucchari quod sufficit. aliud ad idem. R. radicū consolidæ maioris, radicū acori. ana. lib. 5. radicū sigilli, sanctæ Mariæ, radicū caudæ equinæ. ana. 3. iii. mellis dispumati. 3. iiii. optimē terantur, & elixentur, & cum melle decoquantur, deinde addatur hic puluis. & nucum cupressi. 3. i. pilorum leporis. 3. ii. mastice, coralli, mummia, terræ sigillatæ, cinnamomi, ana. 3. i. garyophyllorum, nucis indicæ, calami arom. cassiæ lignæ, cyperi. ana. 3. i. fiat electarium. & est ex expertis. laudatur hoc

casu summè puluis leporis combusti cum cibus exhibitus, ut. R. leporè, & euiscera, & decolla, & minutim incide cū tota pelle, & pone in olla benè obturata in clibano calido, donec exiccetur, & puluerizari possit, & administra cum cibo. similiter puluis faucium lucij uistarum eodem modo per totum: & illa duo simul magis ualent. item puluis politruci in cibo cum potu datus, & est forte, & cauda equina & est ex expertis, & magis excellens. item pilosella, & rustici consueti sunt sanare pueros suos cum hac herba maxime in tenera ætate faciunt tortellos, uel aliter in cibus cōmiscunt. item ad idem ualet herba gerens fructum, qui dicitur fragola. itē radix cardi pecorini, radix diptamni, pro uinculæ, radix figilli Salomonis, & ita de alijs cum ouo in patella frictis, uel sub cineribus, uel alio ingenio exhibitis. unde ex datis collige duo, tria, uel pauciora, uel plura, & exhibe, ut uidebitur, & fortassis in fine aliqua per ordinē ponam. emplastrum constrictiuum. R. ofsium dactylorum, gummi arboris lymonum, pilorum leporis minutissimè in cisorum, sang. dra. nucum cupressi, sauinæ, glutinis pisciū glutinis de corio uisci quercini, mummiæ, amoniaci, galbani. ana. ʒ. ʒ. balaustrarum, licij, corticum thuris, myrrhæ, sarcocollæ, hypoquistidos, lapidis hæmatitis, ana. ʒ. iij. dissoluatur gummi, & glutina in aceto uini, & fiat emplastrū, quo utatur de quinto in quintum mutando. ad idem, quod sanat rupturam infantium. R. corticum granatorum. ʒ. x. gallarum immaturarum. ʒ. i. decoquantur. in ʒ. v. uini stipitici decoctione uehementi. primò nanq; reduc intestina, deinde embrocha locum aqua frigida, deinde superpone emplastrum, & muta de. x. in. x. diebus. aliud & est optimū. R. mastice, corticum thuris, nucum cupressi, & myrrhæ glutinis piscium, & sarcocollæ. ana. dissoluatur gluten in aceto uini, deinde aggrega, & fac emplastrum. aliud & est famosum nostro tempore cerotum de pelle arietis. R. picis naualis, aloes. ana. ʒ. iij. mastice, thuris. ana. ʒ. ij. boli arme, sang. dra. ana. ʒ. viij. litargiri, colophonæ, amoniaci, galbani. ana. ʒ. ij. ceræ, rutæ. ana. ʒ. iij. gallæ, uisci quercini, gipsi ana. ʒ. viij. utriusq; aristo. an. ʒ. iij. myrrhæ, terbeninæ hæmatitis. ana. ʒ. ij. balaustræ, psidiæ. ana. ʒ. i. acaciæ, seu hircini, ana. lib. i. ʒ. ʒ. omnium consolidarum. ana. ʒ. ij. gallæ, sanguinis humani. ana. lib. i. omnia ista sint distemperata cum aqua, in qua pellis arietina cum tota sua lana sit liquefacta per decoctionem pili leporis contriti in multa quantitate apponantur, gummi uerò primò resoluatur cera, & postea agitando cum spatula pluries incorporentur, deinde emplastrum inunctis manibus cum oleo ros. & myrtino infor metur, & usui reserua. hoc enim faciunt tantæ efficacitæ, ut dicant, si supponatur oculis canis consolidet eos. uolo tibi hæc sufficere: nam ex his, & alijs paucioribus, uel pluribus conficere poteris. sed certè non delecteris in multiplicatiōe gummorum siue gummi, quoniam uesciāt, & trahūt materiam ad locum, & maxime stante plenitudine, & inflantur testiculi, uirga, inguina, & circumstantia loca, ut sæpe uidi. & idè te auisatum reddo.

Quando autē ista non sufficiunt, oportet ad operationē manualem deuenire. & modus breuiter est iste. supinetur homo supra tabulam fortem, & ligetur, & deprimatur tabula ex parte, qua est caput, ut facilius reintromittatur in testina. quibus reintromissis ducitur testiculus ex ea parte, qua est ruptura superius in loco altiori, in quo esse possit, & illum locum signa, quia est recte super osse foemoris, & in illo loco fit incisio, uel perforatio, & non supra illū, quia tunc fieret perforatio myrach, & aliorum uiscerum, neq; infra fiat, quia tunc remanere per consolidationem eminentia magna præternaturam. in signato itaq; loco debet fieri perforatio, & à quibusdam fit cum rasorio, & cito expediunt, & uadunt circūcirca excarnando dydymum, & testiculum ab osseo, & posteriora ligant in parte superiori, & abscindunt dydymum, & uasa spermatica cum testiculo, & consolidant postea. & quidam excarnant dydymū, & non testiculum, & sumunt, & ligant in parte superiori, & apponunt medicamina ualdè constrictiua, & sic dimittunt. & quidam ponunt causticum in loco signato, & perforant: postea ponunt arsenicum sublimatum, quod corrodit, & constringit adurendo, & continuat partes dydymi

E corruptas extrahunt: postea uerò consolidant. & quidam operantur cum cauterio actuali, de quo supra de administratione ferri.

CYRA aquosæ. expedito de intestinali zibali ad aliorum curam accedo. in ea autem, quæ est aquosa præmissis regimine diætæ, euacuatione, administrentur emplastra exiccatiua, & resolutiua aquositatis ex his, quæ dicta sunt de hydrope, ubi plurima habes. & idè superfedeo: nam regula patientem, ac si esset ascliticus. ueniendo ad operationem manualement Gale. xiiij. therapeu. ponit, ut ponatur sectio; quia, si capiatur cum tenaculis latis bursa testiculorū ipsi ad superiora multum, deinde intromittatur statim cū acu perforante, & dimittat usquequo aqua fuerit euacuata perfectè, & primis diebus pone oleum ro. cum albumine oui: in alijs uerò folium caulis cum butyro. alij aliter, ut Auic. & alij eleuatis testiculis ad superiora, quanto possibile est, fiat perforatio bursæ cum phlebotomo usq; ad locum aquæ, ut exeat. quod, si redit infra menses aliquos, ut consueuit, iterum fiat perforatio, ut dictum est. alij post perforationem stante fortitudine uirtutis permittunt totam aquam exire. quod, si adsit debilitas, paulatim ipsam extrahunt, deinde cauterizant locum cum cauterio actuali, non nulli cum potenciali usq; ad profundum ad remotionem folliculi, ne redeat amplius. & aliqui tenendo apertum locum scissuræ apponunt arsenicum, ut consumeretur folliculus. alij propter ægros timentes cauterium imponunt tantam ex unguento uiridi adustiuo, aut inuolutam in puluere aphodillorum, deinde superponunt his completis emplastrum boli arme. mastice, cum albumine oui factum, deinde ligetur, & hora incisionis da ægro, ne syncopis ueniat, micam panis cum uino granatorum. in pueris autem passio hæc sæpe curatur cum emplastris, unguentis resolutiuis exiccatiuis, ut de asclite, & regimen tendat ad calidum, & siccum.

CYRA. In ea, quæ est ex uentositate procedatur ordinādo, ut à multiplicandis uentositatem abstinere, ut supra de tympanite, & dictum est de eis in complemento primi canonis huius rubricæ. deinde administra resolutiua uentositatem ex emplastris, unguentis, balneis, & huiusmodi. ut supra de tympanite. item fiat perforatio, ut de aquosa dictum est. nam quandoq; est folliculus, quo aggregatur noua materia nec fit cura perfecta, nisi post eius remotionem bibat uinum album acutum absq; aqua, utatur foeniculo, aniso, oleis, nucibus siccis, & huiusmodi.

CYRA. In facta propter carnositatem fiat excoriatio carnositatis à pelle subtiliter cum rasorio ita, ut eleuetur tota carnositas cum suis radicibus, ut possibile fuerit. postea continuetur pellis cum sutura, & confortetur locus, & consolidetur. & hæc operatio chirurgici est. aliquando fit operatio in hoc casu absq; incisione hoc modo. primò mollificatur locus cum gummi, & pinguedinibus faciēdo emplastrum, ut supra de apostemate duro testiculorum. deinde procedatur cum resolutiuis, ut supra de apostemate molli in uirga. sed hic nota, qd cura carnosæ est difficilis ualdè, & malè, uel nullo modo potest fieri pfectè, nisi per chirurgiam, secundum quod dictum est, & est timorosa operatio ualdè, de qua ut plurimum cōsequitur uerecundia. qua propter prudentes abstinere.

CYRA. In uaricosa procede, ut de uaricibus dicitur incidendo uenam à parte superiori, & inferiori. & quod est in medio, abijciatur ligando extremitates. deinde cura cura uulneris. ubi autem fuerit humoralis, & fiant apostemata, curetur cura apostematum testiculorum, de qua supra.

De augmento umbilici. Rub. **A**CCIDIT umbilico augmentum, quod est secundum semitam rupturæ. cuius causa est aut apostema, quod sub cute est, aut quia caro augmentata est sub umbilico: uel quia ruptus est panniculus syphac, siue mollificatus sub eo & tunc intestina gracilia intrant cauernositatem eius, aut zirbus ingressus sit: aut quia uentositas est in causa, aut humiditas, ut accidit in hydrope: aut quia ibi est sanguinis fluxus ad eum per uenam, siue arteriam: nam ad umbilicum multæ terminantur uenæ: nam per uenas umbilicales nutritur foetus, ut supra, & per arterias fit euentatio. ipsis ergo

go portantibus multum sanguinem; quia plus, quam cōueniret, fit augmentatio.

SIGNA demonstratiua. si ex defensu zirbi, uel intestini color est, sicut color cutis, siue corporis ipsius.

Signa si est ex intestinis; est dolor aliqualis, & cum præmuntur; occultatur, & quandoq; cū rugitu, ut supra de ruptura intestinali. & cognoscitur; quia ex approximatione mollificantium scilicet ex balneo, unctiōe, & huiusmodi magis augmentatur.

Signa. quando ex uentositate est; leuis, & alia signa apparent uentositatis.

Signa. si ex carne, aut sanguine fuerit; manifesta erunt.

CURA canones. q; ubi absq; ferro curare poteris, non debes cum ferro curare.

CURA Si ex apostemate; cura apostema.

CURA Si ex descensu intestinorum, aut zirbi ad eū locum; tunc fac ægrum surgere, & præcipias, ut extendat uentrem, donec appareat notabiliter augmentū; deinde signa augmentū circulariter cū encaustro: deinde resupinetur æger, & capiatur cum uncino. locus signatus leuiter itaq; non capiat, quod sub ipso est. deinde intromitte acū cum filo, & superficialiter semp; deinde perfora tali pforatione ne discooperiat, quod est sub myrach. si ergo est intestinū; impelle eum ad inferiora, & si est zirbus, extende ipsum, & incide lacertum. deinde sue locum disruptum cum filo optimo de serico, & stringe ipsum supra uentrem, & dimitte ex filo quatuor capita, considerando, ne cadant ad lacertū, & consolidare sedimen, & fac, q; consolidatio sit profundior, quam esse possit; ut non sit operatio fœda.

CURA uentosum autem, & humorosum cū resolutiuis exiccatiuis medicinis. quod, si nō profecerit, uade ad operationē manūalē, & causticū, ut dictū est in de ruptura.

CURA etiam augmenti carnei est cura rupturæ carno sæ. scito, q; post incisionem uenę umbilicalis in exitu fœtus debet obstetrix uti conglutinatiuis stypticis, ut sunt puluis charabe, thuris, balaustrarum, glandium, aluminis, acacia. item terbentina, terra sigillata, & huiusmodi. unde ponantur talia post ligationem strictam ab obstetrice factā. ad exitum umbilici in infantibus probatum. **R.** granorum lupinorum. M. i. petiam unam panni linei, & combure, & confice cum uino pontico, & bulliant ad inspissationem, & infunde stupam, & superpone. aliud ad idem. **R.** aluminis. 3. xv. gallarum. 3. ij. terantur, & conficiantur cum uino nigro, donec inspissentur, & intinctam spōgiam super umbilicū liga. ad eius exitum aquosum. **R.** uinum, in cinere calido infunde, & ex eo super emplastra. ualet, & ad uentositatem. item ualet saluia masticata in ieiuno, & superposita.

De gibbositate. Rub. 3.

GIBBOSITAS est spondilium à suo loco remotio. unde quādoq; remouentur uersus anteriorē, & tunc nominantur arenatio à quibusdam. quādoq; uersus posteriorē, & tunc proprie causatur gibbositas sic à uulgaribus dicta. & quādoq; accidit communitate ossium calsi, & nominatur concuatio, & arenatio. si uerò ad latus dicitur; contortio.

SCHOLION.

Kyrtofis, quæ & alio nomine kyphosis græcis appellat, in dorso posteriorem, exteriorē uel partē distortio existit, latinis gibbus, atq; gibbositas uocitata: in cuius oppositum lordosis apparet: distortio nempe in anteriorem partē fit nanq; in dorso cauitas, in pectore autem tumor, quæ latinis recuruatio, repāditas, & gibbum ad anteriora nuncupatur, barbaris uerò nescio unde arenatio, atq; cōcauatio, ande scholiosis, in dextrum, uel sinistrum latus distortio, obliquatio, seu obliquitas, obstipitas, tortuositas, atq; contortio recentioribus nominatur. hæc Nicolaus Mutonus Lucensis ex Galeno.

CAUSAE quatuor uidentur esse principales gibbositatis. una & est primitiua casus, percussio, eleuatio ponderis & huiusmodi. secunda est humiditas aquosa lubricatiua, cum qua est aliquando falsedo mollificans ligamenta. quare spondiles resiliunt à suo loco. & dicitur cum qua est falsedo; quoniam, licet falsedo propter se prohibeat relaxa-

tionem; tamen ipsa in pauca quantitate iuncta cum multa humiditate est causa maioris penetrationis, & imbibitionis, & ex consequenti per accidens causa mollificationis. & ab hac humiditate fit secundum plurimum gibbositas lateralis. cōsidera, ut in puero in centiuo. item, & humiditas luctuosa, siue grossa hoc idem operatur. tertia causa est uentositatis mouens, & impellens ipsa ossa, & ligamenta uiolenter ita, q; facit spondiles de loco resiliere. quarta est apostema, siue exitura natum in loco, aut ex percussione, & huiusmodi causatum. quinta additur non sic communiter eueniens, & est contingens propter spasmus ligamentorum factum ex febribus adurentibus, & est raro eueniens, & cum uenit uelociter; interficit.

SIGNA demonstratiua sunt, si ex causis fuerit primitiuis; ut casu percussione, & huiusmodi; sunt manifesta.

Signa. si fuerit ex humiditate; tactus discernet, & forma ipsius, & parum exiccat locus oleum, quo inungitur, & tarditas eius in exiccando ipsum est regimen præteritum humidum, repletio, habitudo capitis, humiditas magna, & huiusmodi. quod, si fuerit ex siccitate; tunc apparebit siccitas corporis, & erit se. acuta, uelocitas exiccationis olei, uehementia siccitatis. item euacuationes exiccantes, & alia hmoi ex parte rerū exiccatiū, & siccitatem significantium.

Signa. si fuerit ab apostemate; tactus declarat: & est ibi dolor pungitiuus proprie, & febris, & huiusmodi. & ante positionem canonum scito, q; gibbositas communitatis ossium pectoris facit accidere difficultatē anhelitus magnā. item & secūdo, q; ubi acciderit gibbositas ex asthmate, & tussi, antequam expuat ante iuuentutem, moriturum, & est Hip. dictum. 6. aph. 96. apho. & reperitur litera, quæ nō habet, antequam expuat. unde eo casu arguitur permutatio materiæ facientis asthma, uel tussim ad spondiles; unde tunc fit impotentia dilatandi pectus. unde maior inde sequitur anhelitus difficultas, & sic crescente ætate caliditas acuta nō debite refrigerari potest. quare mors sequit, & gibbositas sic accidēs, ante, retrò permaximè à materia fit grossa. unde Auic. & si nō esset eius grossitudo; non accideret ab eo gibbositas. item scias, q; pueris magis accidit gibbositas permaximè, quando eis subtrahitur lac cito, & nutriūt cibis grossis. unde generat humiditas grossa declinans ad spondiles, & gibbositatem facit. item illis gracilantur crura post oppilationem factam à gibbositate, per quā prohibetur transitus nutrimenti ad crura.

CURA canones. post eius cōfirmationem ex quacūq; causa fuerit, nullo modo curat; sed in principio, cum est in uia fiendi, potest beneficio medici curari. ordinatio dietæ, & hic canon debet proportionaliter seruari, ut in de paralyti ex causa humida, uel sicca proueniente, secundum q; exigit dispositio uariando. in sicca causa dando humida, & in humida sicca. digestio, eūo proportionabiliter, administratio medicaminū particularium in particulari causa. si fuerit ex causa primitiua, & acciderit apostema calidū absq; feb. fiat phlebotomia ex basilica, si possibilis fuerit; aut subtrahatur sanguis cum uentosis super naticas positus, aut super pulpas crurium. & ungetur locus oleo ros. aut de myrto, aut de nenuphare. & emplastrum cum ros. myrto, sandal. farina hordei, & similibus, & maximè existente feb. & purgentur cum manna, cassia, thamarindis, & huiusmodi. item declinet diætā ad frigidum, & potet aquam hordei, & huiusmodi. deficiente uerò feb. inungatur locus cum oleo de chamæmilla, anetho, uel de lilio mixtis, uel per se. & superponatur emplastrum de maluauisco, cum farina foenugræci, & seminis lini, & pinguedinibus auium, anatis, anseris, gallinarum proprie. confortentur spondiles, & ossa pectoris cum ligaturis, plumaceolis, & sustentaculis factis ex stupa madefacta, & petijs inuolutis in albumine oui positus, & locatis super emplastrum dictum. & utatur diætā conuenienti. quod, si materia fuerit frigida, quia apostema frigidum, mundificetur corpus cum foetidis, de hermodactyl. cochijs, medicamine de turbith, & similibus, ut infra de sciatica. & super locum continuè feratur emplastrum ex amoniaco, laudano mixtis dissolutis in mortario cum pistello, aut emplastrum, quod fit ex oppopanaxo, amoniaco, bdellio, serapino, dissolutis in uino, &

incorporatis cum pinguedinibus auium, & farina feminis lini, scœnugræci. unguatur locus cum oleo de spica, de mastice, de costo, & hm̄i. confortetur locus cum bindis sustētaculis nunc paulo ante nominatis. iaceat supinè ut plurimum aut super alterum laterum. diætā sit temperata, & ad latus caliditatis magis declinet. & scito q̄ hyssopus de proprietate ualet ad hanc passionem, ex quacunq; fiat causa specia liter cum ficibus, & liquiritia mixtus.

CURA in facta propter humiditatem lubricatiuam audi Auic. inquit. Humidæ quidem, & siccæ curatio paralytis, & spasmi humidi, & spasmi sicci necessitate euacuationis; quia in humida, & dimissionis eius in sicca; quoniā solis alterantibus utendum est, & administranda emplastrā, & embrochæ, ut dictum est in ea, quæ ex apostemate. unde in humida medicinæ debent esse styptice, ut stringant ligamenta, quæ mollificata sunt: quæ ex re inclinata sunt spondiles, & calefactiuæ; ut confortent ea, & resolutiuæ, uel constringantur humiditates mollificantes, aut adiuuantes ad mollificandum; quia scilicet prohibeatur hoc modo fluxus materiæ ad locum; quia, cum non resoluatur materia; aliquando permutatur ad pedes, & facit paralytism sæpe fortem, aut debilem s̄m grossitudinem, aut subtilitatem materiæ & eius imbibitionem, & eius infusio nem: considera. & inuenitur simplex capiens has tres intentiones; ut nux cupressi, folia lauri, calamus aro. & ex compositis est frigidum ex frigidis stypticis, & calidis adiuuicem mixtis; ut ex ros. acacia, balauitidis, baccis lauricæ, castorei, acoro, foliis oleandri, & hm̄i. & ex oleis; ut est oleum cupressi, rutæ, de pyrethro, de castoreo, de euphorbio, & huiusmodi, ut supra de paralyti. emplastrum bonum fumatur acorus, & enula. decoquantur in aqua cupressi & emplastretur locus.

CURA. In ea, quæ est ex uentositate impellente, procede à principio cum carminantibus uentositatem, & specialiter post purgationem cum foetidis maioribus, de hermodactylis, & hm̄i respicientibus iuncturas. super locum gibbositatis ponatur emplastrum factum ex synapi, stercore colubino, ficibus, ana. adiuuicem incorporatis. quod, si per hoc emplastrum fieret in loco aliqua rubedo; remoueatur, & unguatur locus cum oleo ro. aut de myrto usque ad feruoris cessationem. item unguatur cum oleo de costo, & cimino. emplastrum ad uentosam, & ad humidam, R. sauinam, stœcados, amoniacum, nucis cupressi, pyrethri maioranæ, cordumeni, squinantu, cassiæ. coquatur in aqua decoctione optima, & quandoq; proiciatur castoreu, euphorbium, sauina contrita, & administretur. aliud ad idem R. storacis liquidæ, costi, & calami aro. sauinæ. ana. ʒ. i. euphorbii. ʒ. i. olei nardini quod sufficit. ad idem R. calamenti, pulegii, origani, carui, cimini, farinæ lupinorum, feminis lini, scœnugræci mixtis decoctis incorporatis. quod, si hæc non sufficiunt; administretur cauterium, & remoueatur mollificatio, & induretur locus: quam operationem chirurgicis relinquo.

CURA. In facta propter asthma, aut tussim est cura asthmatis, aut tussis, & tu rubricis suis addendo, quæ dicta sunt hic de modo ligandi, & emplastrandi, & ungedi, euacuandi, diætandi, & huiusmodi: & tu benè considera.

De uaricibus. Rubrica. 4.

VARICES sunt dilatatio uenarum in crure, & pede propter multitudinē eius, quod descendit ad eas ex sanguine s̄m plurimum melancholico nō putrefacto. dicitur s̄m plurimum; quoniam aliquando hic sanguis est phlegmaticus grossus, aliqui purus, & est sine putredine. quod si fuerit cum putredine; accidunt cruri, & pedi ulcera satis magna. & est passio consueta euenire his, qui pedibus multū laborant; ut sunt cursores, uiatores, portantes onera, & his qui stant longo tempore; ut sunt seruitores regum, & his, qui consueuerunt uti cibus generantibus chylum melancholicum. & consueuit hæc passio uitis nominari; quoniā uenæ tortuosè incedunt; ut uitis. his enim accidit passio dicta materia habēte raptum ad ea loca propter laborem, & fatigationem debilitantes ea.

CAUSAE. potes tamen assignare causas tres, ut in arthetico dictum est. prima dispositio membrorum superiorum

E generatium humores tales; ut hepatis, & splenis, aut propter eorum ægitudines, aut oppilationem, aut propter malitiam regiminis. secunda est largitas uenarū. tertia debilitas inferiorum naturalis, aut accidentalis ex casu, uel percussione, ægitudine, statione super pedes, & huiusmodi. accidit & hic defluxus sanguinis ad crura uia crisis aliqui, ut in ægitudinibus acutis; ut i synocha materia expulsa ad ea loca per uenas, item in apertione oppilationū uenarū hepatis, & splenis. item in ægitudinibus cerebralibus melancholicis. unde Hip. xxx. iiii. apho. vi. sectionis. quicūque calui sunt, iis magnæ uarices non fiunt, quibus uerò caluis uarices magnæ superueniunt, hi rursus appellati fiunt. & rursus. xxi. apho. eiusdem sect. in infantiētib; si uarices, uel hæmorrhoides superuenerint; infantiæ solutio. de quibus in aphorismis, & aliis infra i fine capituli. aliqui est synthomaticus, ut factus in principio ægitudinum prædictarum uel incipiunt nulla præcedēte ægitudine, sicut incipiunt dolores iuncturarum, & accidunt quandoq; in habentibus splenem plenum melancholia.

F **SIGNA** demonstratiua uisu comprehenduntur, & tactu. & melancholica est grauis tendens ad nigredinem. & rubea est magis incolumis quàm nigra. & phlegmatica est ad leuitatem decliuis. & quandoq; declinat melancholica ad abscissionem, & ulcerationem.

CURA. canones. primus, q̄ uarices post earum confirmationem non recipiunt curam nisi per chirurgiam; sed ante, ut cum fiunt in principio curari possunt auxilio medicaminum, & cum non parua difficultate.

Secundus, q̄ sicut uarices innatæ melancholicis, aut maniacis sunt utiles; in apho. infra; ita prohibitio fluxus sanguinis melancholici ad loca inferiora est apta inducere passionem melancholicam, aut ægitudinem ex melancholia prouenientem. quare ab earum illaqueatione, ut possibile est abstinendum, & non ita faciliter procedendum, ut multi faciunt chirurgici. & idè prius benè considera; regurgitat enim materia per illa loca fluere consueta, & forte ad principalia; & idè ut infra de podagra. item sicut in cura hæmorrhoidarū fluere consuetarum, q̄n totaliter restringuntur; periculum est, ne patiens hydropem incurrat ex regurgitatione sanguinis melancholici ad hepar; ita &c. & est sententia Auic. inquit. Et accidit ex illis, quæ in eis sunt melancholicæ, cum inciduntur, & prohibentur ægitudines melancholicæ, & melancholia.

Tertius, q̄ ex ligatione, siue illaqueatione tabescit membrum propter prohibitionē transitus nutrimenti ad eum ex illaqueatione contingentem.

Quartus ordinatio diætæ, & hic impletur opponendo causæ: ut uerbi gratia, abstinendū à cibus, & potibus melancholicis, & ab omnibus generantibus grossos humores; ut à carnibus bouinis, caseo, leguminibus, pastiliciis, & huiusmodi à labore pedum, à statione longa in pedibus & huiusmodi, quæ sunt causa uaricum productiua, ut dictū est. & cibus utatur bonum, & subtilem sanguinem generantibus, ut pulli, oua, carnes laudatæ.

Quintus est digestio. digeratur cum digestiuis appropriatis materiæ, de quibus quarto tractatu.

Sextus euacuatio. euacuetur cum euacuatuiis appropriatis dictis supra de melancholia, & quarto tract. item cum phlebotomia, & est euatio magis propria. unde in primo fiat phlebotomia de basilica in manu siue de saluatella eiusdē pedis, & hoc eadē die, uel post, siue de saphena, ut Auic. item in euacuando saltem causam antecedentem, & diuertendo confert uomitus laboriosus cum eo, quod extrahit phlegma grossum, & melancholicum. unde in tali casu confert uomitiuū ex decoctione raphani, in quo steterunt frusta ellebori nigri, de quo supra de uomitu.

Septimus rectificatio membri mandantis, ut si fuerit propter plenitudinem, aut duritiem splenis; primò rectificetur splen: aliter non curabitur.

Octauus est confortatio crurium, & pedum, ne recipiāt. confortatio autem talis fit cum unguentis stypticis; ut est factū ex oleo myrtilino, ros. cum puluere nucum cupressi, & gallarum, & huiusmodi, & cum emplastris similibus factis ex farina milii, melicæ, hordei, puluere boli ar. cype

Varicibus qui maxime subieci.

ri, myrrorum, cum oleo de mastice, ro. uino nigro styptico, & huiusmodi totum emplastrando crus. item cum infitis, siue fascijs ligando fortiter, incipiendo ab inferiori parte pedis usque ad superiora; ut à calcaneo usque ad genua, & ultra, ut uidebitur, & præcipiatur ægro, ut iaceat in loco pedibus eleuatis.

Nonus est administratio resolutiuorum in fine, cum nõ speratur amplior descensus cum resolutiuis. & huius generis est simus caprarum, semen raphani, semen rutæ, farina scœnugr. & huiusmodi. nonnulli de octauo, & nono canonibus faciunt unum dicentes. fiat confortatio cum stypticis exiccatiuis, & resolutiuis post scilicet canones, & post uomitum, & phlebotomiam per modum qui dictus est ponentes super crus. unde primò lauant cum chimolea, & aceto, & cū decoctione seminis lini, caulii, stœcados, lupinorū, scœnugr. stercoris caprini. quidam cum myrrha, aloë, acacia, hypoquistidos, alumen dissolutum in aceto. quidam, quò specialiter materia est magis phlegmatica uentosa; cum radice aphodillorum, filicis, ebulorum, folijs, sambuci, parietariæ, caulium coctis, cum uino, & aqua marina. alius modus operandi, qui sequi debet ad prædictum, quando talis non confert. emplastretur locus, qui est sub genu per digitos tres cum bitumine, quod fit ex bolo arm. myrrha, aloë, mastice, dragaganto, gummi arabico, æqualiter ipsis benè puluerizatis, & incorporatis cum albumine oui, & totus locus circūquaq; emplastretur. deinde ligetur cum binda. ille locus benè stringatur ita, quò humores non possint ad inferiora descendere. sed caue, ne in tali ligatura accidat dolor, & sic dimittatur per diem unam. sequenti die aperiat illa uena cum phlebotomo magnificata in loco, qui est super clauicula pedis per digitos tres, aut quatuor. & sit uulnus phlebotomi magnū, ut inde sanguis grossus exire possit, & dimittatur exire sanguis totus, qui est in illa uena, ita quòd uena, quæ est sub genu usque ad clauiculam, sit perfectè euacuata: quod cito fiet, quando paucus erit. quò facto constringatur sanguis, & ligetur uulnus, & totum crus usque ad genu de nouo cum bitumine dicto, & binda. & ordinetur, quòd infirmus sic stet per duos dies cruribus, & pedibus semper eleuatis: & sic per continuationem bituminis, & ligaturæ curabitur usq; ad tempus breue, si deus uoluerit. sed hic aduerte, quòd, ut existimo, oportet te esse sollicitum in euacuando, aut per pharmaciam, si humor erit alius à sanguine inficiens eum; aut in phlebotomando, si erit sanguis purus, uel prouocando hæmorrhoides, aut ponendo uentosas super nates, ita quòd diuersio, & euacuatio sunt in hoc casu necessario continuandæ. & tu considera, & te tua prudentia rege.

VLTIMO, cum omnia non contulerint; oportet te deuenire ad illaqueationem uenæ, & est operatio chirurgicæ, de qua aliquid, ut in omnibus pro posse tibi satisfaciam; fiat ligatio cum binda, & cum bitumine fortiter sub genu, ut dictum est. & postea scindatur pellis, quæ est super uenam, uel uaricè subtiliter ita, quò corpus uenæ manifestè appareat, & non ledatur. similiter fiat in loco qui est super clauiculam pedis. cūq; hoc factum fuerit in loco superiori, & inferiori; capiatur uena cum digito, & eleuetur. & optimè cum filo ligetur in parte superiori, & inferiori. tūc, cū hoc factum fuerit, incidatur corpus uenæ totaliter ex transuerso super ligaturam in loco, qui est sub genu, & quòd est in medio duarum ligationum, ligetur totum crus cum bitumine, & bindis, & stet pedibus eleuatis. sic usq; ad dies tres attende, si post ligationem fiet stupor, & membri denigratio: quòd esset signum mortificationis mēbri inferioris. & ideo sis attentus, ne accideret error peior priori. unde dissolue. alii melius meo iudicio circa plicaturā genu ubi apparet truncus, & radix omnium uaricarum, ponunt ruptorium in longum duorum digitorum, uel circa super locum uaricis. deinde sic stupefacto loco excarnat absq; manifesto dolore absq; ad uenam, quam capiunt cum uncino in duobus locis distantibus per digitos duos, uel circa. & in illis locis ligant fortiter uenam cum filo serico, & scindunt transuersaliter, quòd est in medio, deinde cauterizant extremitates uenæ; deinde procedunt ad consolidationem carnis. sed aduerte, quòd sanguis, qui est in parte uenæ cruris ante

A cauterizationem à quibusdam sic extrahitur. manibus autè educunt ipsum ad superiora, quanto plus possibile est, residuum remanens exiccant cum medicinis exiccantibus dictis. alii phlebotomant uenam in parte inferiori, & sic exit melius cum expressione facta cum manu, si est necessaria. & hæc tibi de uaricum cura.

De elephantia. Rubrica. 5.
ELEPHANTIA est additio in pedibus secundum modum qui accidit in uenis uaricum: quare ingrossat pedem cum qualitate sua. & quòq; fit propter humorem phlegmaticum grossum. & quòq; accidit ex causis, ex quibus accidunt uarices, & nutritur ex eo pes nutrimento aliquo, aut est in primis rubeus, deinde niger. & cā eius est uehementia repletionis, & est debilitas membri propter multitudinē caliditatis, & uehementiam attractionis eius propter uehementiam caliditatis in phlegmate ex motu. & breuiter ad elephantiam causandam concurrunt et causæ uaricum. hoc Auic. sed scito, quò elephantia importat idem, quò augmentum præter naturam in membris. unde in unoquoq; membro, in quantum membrum est, potest contingere elephantia, ut non solum in pedibus, sed in cruribus, uirga, lingua, & quasi in toto, ut accidit in Nicomacho, de quo Gal. cuius membra intantum creuerunt, quò uix mouere se potuit. & uarijs nominibus deinde nominatur. unde, cum est in lingua uel uirga, tunc crismus dicitur. & quòq; accidit in toto, & tunc est secūda species lepræ; ut melancholia fit in toto diuisa. & ut dictū est, cā elephantia est effusio humoris melancholici ad pedes, aut ad membra alia, aut ad uniuersas partes corporis. unde nutrimentum melancholicum, aut phlegmaticum quòd superfluit ex nutrimento sic ad membrum transmissum, & non resolutum per additionem partis ad partem facit in membris augmentum; ut in hypofarcha dictum est.

Et scito, quò magna pars notitiæ humoris peccatis melancholici. si aut phlegmatici pedit ex notitia complexionis, & regiminis præcedentis: & ideo illa considera prius.

Scito præterea, quò cū humor melancholicus, siue sanguis melancholicus coartatur in membro, & corrumpitur, & aduritur; acquirat acuitatem, atq; malitiam.

C SIGNA demonstratiua elephantia, quæ est ex sanguine grosso melancholico, caliditas loci ad tactum, tenebrositas in colore, asperitas loci, exitus sanguinis nigri ex locis, & usus ante infirmitatem rerum generantium sanguinè grossum, & melancholicum, urina spissa tenebrosa, fœces melancholicæ, & ita de alijs. quòd, si fuerit ex phlegmate grosso uehementer, erit grossitudo pedis, & cruris absque rubedine, & intensa asperitate loci, & locus tactu uidetur frigidus absq; caliditate, & non habet eminentias pustulatas, ut sanguinea.

CURÆ canones. primus, quòd, ut de uaricibus dictum est, curā eius est possibilis in principio sui, & antequam mala dispositio membrorum sit habitata, & præcipue patientium, & ante propera, & post confirmationem non recipit curam. unde Auic. Elephantia quidem maligna est, quæ, parum sanatur, & oportet, ut dimittatur cum dispositione sua, si non additur, & si peruenerit ad ulcerationem, & tinetur corrosio; non est aliud nisi, ut incidatur radicitus. cum ergo succurritur ei in principio sui; possibile est, ut prohibeatur cum euacuationibus, & proprie cum uomitu laborioso, & cum eo, quò extrahit phlegma, & melancholiam; cum autem confirmatur; parum speratur, ut prohibeatur.

Secundus est ordinatio diætæ, ut abstineat à multiplicationibus humorem melancholicum, & maxime in ea, quæ est ex eo, qui de ipsa nūc. & utatur diætā declinatē ad calidum, & hu. ex cibis bonis, de quibus omnibus quarto tra.

Tertius est digestio. Quartus euacuatio, & pro his duobus supra de melancholia. item fiat euacuatio cum phlebotomia, aut post mundificationem phlebotometur saluatella manus partis oppositæ. item fiat uentositatio cum scarificatione super crus, & pedem. & iterum fiat phlebotomia de uena, quæ est in curuatura genu, & reiterentur istæ euacuationes ex parte pharmaci specialiter, & etiam ex parte phlebotomiæ, ut uidebitur prudentiæ tuæ. item fiat uomitus laboriosus, ut

Elephas, atque elephantiasis, graecis, nostris uniuersi corporis cancer appellatur, alijs satyriasis, atq; leontiasis nihil ab arā bñ lepra distans.

In precedenti rubrica dictum est.

Quintus est rectificatio membri mandantis aut mandantium si plura sunt, ut supra de uaricibus, quorum rectificatio suis quaratur rubricis.

Sextus est administratio stypticorum exiccantium, & resoluentium materiam, quæ est in membro, & prohibenti aduentum materiæ ad ipsa membra. unde ex his etiam membra ipsa sic confortantur, & ex his sunt ex appropriatis lingua arietis emplastrata, prohibet enim augmentum elephantis, & ipsum detumescere facit: & similiter lutum sigillatū cum aceto inunctum super membrum in modū ceroti positum confortat à proprietate membrum, & resoluit materiam effusam, & prohibet ipsius effusionem ad manus, pedes, &c. putrefactionem, ulcerationem, corrosionem, & coartando uenas retinet sanguinem in eis, & stocados confert, & propriè in materia phlegmatica. item colloquintida fricata in omnem modum administrationis, calamētū, & maximè post eius comestionem bibatur aqua casei diebus pluribus continuis. sulphur cum resina pini, & aceto, & cum his forte curauit Asclepiades Nicomachum elephantiticum, sed, ut dictum est, cum membra mittentia sunt in mala dispositione habituata, & similiter inferiora; cura impossibilis est. ad idem ualet inunctio cum oleo myrtino, chamæmillino, ro. in quo nuces cupressi sunt decoctæ, ut in precedenti rub. item emplastrum factum cum ros. floribus, chamæmillæ, meliloti, puluere myrtillorum, boli ar. farina gallarum, mixtis & incorporatis cum oleo ro. & mucillagine seminum citoniorum, uel psyllij, & farina melicæ, uel millij, & stet usq; ad finem curæ pedibus eleuatis multum, & abstineat omnino à motu, & coitu.

C. V. R. A. In ea, quæ est ex phlegmate grosso, seruetur canones prædicti.

Primo ex parte diætæ abstinendo à pastilliceis, & hmoi phlegmate grossum multiplicatibus, & utatur cibus calidis boni nutrimenti, ut tertio trac.

Secundo fiat digestio si opportuna erit. cum digerentibus phlegma grossum, ut quarto trac.

Tertio est euacuatio cum uomitu appropriato ad hoc, & maximè post repletionem cibi, ut supra de uomitu set, aut bis in hebdomada, item fiat uentris solutio cum medicamine de turbith, uel de hermodactyli, & huiusmodi, sed plus ualet uomitus; & idè ad eum faciendum studè, & cū cautela. & post ipsum stet abstinens à cibo, & potu, & à motu, & stet cruribus, & pedibus eleuatis. unguatur crus ex oleo myrti, cum oleo liliorum simul mixtis, fiat emplastrum super totum crus, & pedem cum absinthio contuso, pistato incorporato cum puluere nucum cupressi, myrtorum, boli arm. myrrhæ, aloes, olei de myrto, farina melicæ, sliginis, mucillaginis seminis citoniorū, scœnugræ, & uino rubrica styptico. teneantur pes, & crus ligati cum bindis, & etiam super emplastra satis fortiter comprimendo; nam talis ligatura membrum confortat, ut de leui materiam ex superioribus non recipiat.

De doloribus iuncturarum. Rubl. 6.

I. V. N. C. T. V. R. A. est, ut nostro pertinens proposito, ossium cum ligamentis connexio, uenis, arterijs, musculis, neruis, & chordis circunuoluta: ex quo inferitur, quod cum ligamenta & ossa non sentiant; neq; uenæ; neq; arteriæ; quod si dolorem sentit iunctura; hoc est mediante musculo, neruo, aut chorda. unde, cum cuiuslibet doloris causa sit mala complexio, aut solutio cōtinuitatis; sequitur, quod dolor iuncturæ nō erit aliud, quàm eius tristis sensatio à mala complexione, uel solutione cōtinuitatis mediante musculo, neruo, uel chorda in ea facta: & hic scito, quod licet Aui. secunda primi numer. 15. species dolorum; tamen in iuncturis omnes tales nō inueniuntur. unde hæ sunt species in eis consuetæ inueniri extensiuus, compressiuus, frangitiuus, stupefactiuus, pulsatiuus, fatigatiuus, mordicatiuus, siue corrosiuus. & dicitur extensiuus; quando humor aliquis, aut grossa uentositas inclusa neruum, aut musculus, aut chorda supra iuncturam uel in eius circuitu positum secundum aliquam sui partem extendit. dicitur compressiuus; quādo humor aliquis grossus & grauis, aut grossa uentositas musculus circundantē iuncturam comprimit, uel in loco arcto coangustatur. fran-

E gitiuus; quando humor aut uentositas ingreditur inter ossa ipsorum, & panniculum tegentem ossa, & separantem inter ea; & musculus superpositum; & tunc apparet patienti quod illa frangantur, aut frangi debeant. stupefactiuus; quā in membris circundantibus iuncturam erit mala complexio frigida ualdè, quæ cum hoc, quod dolorem facit; sensum tamen in membro obtundit; cuius obtusione dolor apparet remissus cum quodam remisso modo stuporis, aut quando in membro fuerit mala complexio, aut solutio faciens dolorem; sed pro tunc uia transitus spiritus sensibilis ad ipsum oppilationem pateretur, qua prohibetur transitus sufficientis quantitatis ipsius spiritus requisiti ad bonā sensationem: quare non percipitur dolor ille nisi cum remissione multa. pulsatiuus est, quādo cum dolore simul pulsatio percipitur in iunctura: & hoc contingit, quando est multa materia in circuitu iuncturæ replens carnem; unde materia illa arterias multum coartat, unde necessitantur pulsare, ut necessitati euentationis satisfaciant. fatigatiuus est; quando eger sentit iuncturas fatigatas; ut accidit præ nimia deambulatione: cuius causa est humor, uel uentositas, ut supra. mordicatiuus est; quando humor acutus membra in circuitu iuncturarum lædit mordicando, uel corroden-

F do. distinguetur etiam hic dolor in chiragricum, podagricum, sciaticum, arthriticum, & dorsalem. & gutta est, sicut nomen generale ad hæc, quæ gutta non est aliud, quàm materia in uacuitates iuncturarum in modum rheumatismi cadens, & guttatim. unde chiragrica dicitur gutta manuum à cheiros, quod est manus, podagrica à pede, sciatica à scia, arthritica, quia in omnibus accidit articulis, dorsalis à dorso. & plures authores de his omnibus unum faciunt capitulum non curantes de distinctione formali. ego tamen ad clarius, & citius inueniendum curam horum omnium in rubricas aliquas distinguam; licet ipsorum omnium causas sint consimiles siue eadem, de quibus causis prosequar statim prius dixero, quod Gilberto placuit. & est, quod talis dolor dicitur uagatiuus, cum uagatur de loco ad locum & est ex humoribus liquidis, subtilibus, aut uentositate subtili, quapropter dolorem causant modò in una iunctura, modò in alia. dicitur aliquando fixus; quia non sic mouetur, & est ex humore grosso, uiscoso, aut imbibito. dicitur nodosus; quando humor intantum ingrossatus est, & ingypseatus, ut membrum à sua debita flexione prohibeat: & de tali gutta nodosa stat uersus. soluere nodosam nescit medicina podagramunde. quandoq; ex iuncturis egreditur, sicut gypsum, & sunt propriè materiæ phlegmaticæ crudæ. dicitur & quandoq; ossuosus; quando humor petrificatus est, & prohibet membrum à flexione.

C. A. V. S. A. E. Et de causis prosequens dico, quod quidam tres esse dixerunt, quidam quatuor. Aui. tangit tres. primo. scilicet sciens, & est membrum efficiens, sicut complexionem, & materiæ. coadiuuans, quia latitudo uiarum ad iuncturas ex creatione, uel accidenti. alij quatuor ponunt, & sunt fortitudo membri, uel membrorum mittentium, debilitas membrorum recipientium, multitudo materierum malarū multiplicatarum, latitudo uia ad iuncturas.

Alexander dixit duas esse; intrinsecam. scilicet & extrinsecam, quem ad clariorem doctrinam. & pro sequentibus pro nunc sequi uolo: in quibus tamen, ut apparebit, omnes modi causarum iam dicti clauduntur, & exemplificans.

H Extrinseca, ut casus, percussio, & obuiatio, ad corpus durum conterens. uel contundens; unde membrum debilitatur. item ex parte sex rerum non naturalium, ut propter uehementem frigiditatem congelantem; & indurante inmalam cōplexionem debilitatis; sicut accidit uiatoribus, nauatis, piscatoribus, & huiusmodi; aut propter uehementem caliditatem rarificantem membrum, & dissoluentem, unde ad membrum facilius fluit humor. item operatur mala cōplexio sicca exiccando, & prohibendo consuetum fluxum humiditatum, unde deinde ad iuncturas mittuntur. similiter & mala complexio humida relaxationem faciens, & iuuans ad humiditatum fluxum, item exercitium forte, fortis motus, & maximè super repletionem cibalem & humoralem, item longus somnus, & maximè diurnus, quies multa, & ociositas; ut in præbyteris, item ociositas

tas multa post fortia exercitia. & ideò rustici, qui ditantur, cum capiunt ocium, multum podagrizant. item uigiliae multae multum debilitantes, usus cibi, & potus difficilis digestionis, aut generatiuus humorum fluidorum: item potus aceti, praecipue uini subtilis potentis in quantitate & specialiter post cibum non digestum. item & potus plurimus eius post paucum cibum, uel absq; cibo generantur sic multi humores crudi in hepate, qui postea ad iuncturas fluunt. fatietas nauseatiua, omnis multa repletio, crapula. & ebrietas, uenereorum multus usus, & immoderatus. item ipsius frequentati subita dimissio: quare qui religionem ingrediuntur, consueti coitu multo, ex tali subita dimissione periculum incurrunt, ut Guil. nofter. & ideò sic cautus. item usus balneorū plurimus, & maxime aquae dulcis. & ad istas causas extrinsecas reduci potest omnis consueti fluxus retentio; ut haemorrhoidarum, sanguinis narium, uentris uomitus, urinae, sudoris, menstruorum. item retentio catharri chronici, consueti fluere ad alia loca, ut ad pectus, & huiusmodi. item curatio colicae, per quam ita confortatur intestina, ut materiam amplius non recipiant; sed ad extremitates mittant. item dimissio euacuationis consuetae fieri; ut, cum quis usus est phlebotomia, & ipsam dimittit, item & purgari saepe, & curari per artem postea dimittere. & de his etiam infra de praeservatione, & cura dicitur.

Intrinseca est primò ipsa materialis suscipiens, & est membrum, quod est causa huiusmodi aut propter debilitatem sui naturalem, aut ei accidentaliter euenientem à mala complexione confirmata, & proprie frigida: item & nimia frigiditas, item & nimia caliditas rarefaciens, & dilatans uias item iuuans in attrahendo potest esse causa: item dolores fortes, ite & mala complexio membri principalis, ut cordis, hepatis, & cerebri potest esse causa doloris iuncturarū & similiter mala complexio totius, ut quoniam tali complexioni commiscetur humiditas extranea: qua propter mala complexio calida dissoluens aut frigida constringens, & comprimens siccum; ut ad iuncturas mittantur materiae malae congestae, uel defluxae ledentes. quare insurgit uirtus fortis expellens ad iuncturas. & ad hoc genus causae reduci potest mala dispositio contracta à principio generationis in membris derelicta; nam podagricus podagricus generat; est enim de his, quae haereditantur. Serapio de completo sermone in ægritudinibus, & xxij. tertij de doloribus iuncturarum. tertio est dilatatio iuncturarum ex creatio ne, uel ex accidenti sic dilatarum, & lassatarum ex mala complexione calida, aut ex multo motu in labore, aut exiccatione earum, aut propter dolorem fortem, unde aggregantur materiae multae, quae si diu remanserint: dilatant uiam. quartò est materia ipsa superfluens sanguinea, cholericæ, phlegmaticæ, melancholicæ, uel mixta, uel uentositatis retenta. & licet ab his humoribus singulariter causari possit dolor in iunctura; tamen, ut placuit principi, plurimum fit à phlegmate cum cholera, deinde à cholera, deinde à sanguine, deinde à cholera, & raro fit à melancholia. & credo dictum eius uerum; quoniam, ut plurimum homines utuntur regimine grosso, & inde superfluitates grossae generantur: quae fluere non possent, nisi cum eis commisceret humor cholericus ipsas subtilians, & reddens eas habiles ad penetrandum. & si de simplici humore loquimur: credo magis ex phlegmate subtili; nam natura ipsum phlegma ad iuncturas naturaliter mittit: de alijs humoribus aliter operatur ad alia mittendo loca; & tu considera. credo tamen istas conclusiones fore ueras. prima, quae si fuerit per uiam paulatinae congestionis, maxime sunt à puro phlegmate. secunda, quod, si fiant per uiam defluxus; sunt à phlegmate mixto cholerae. tertia, quae raro sunt à puro, uel pura cholera. ultima rarius à melancholia.

Alij dixerunt causa primitiua est aer grossus, cibus, &c. ut dictum est de sex rebus non naturalibus. antecedens humor grossus cum subtili, uel alius qualiscunq; fluens ad iuncturas. coniuncta uero ipse humor iuncturam actu replens, uel mala complexio ipsa existens in iunctura absq; humo-

A re, si qua datur talis: aut causa compositionalis, quae est raritas, & dilatatio iuncturarum, ut dictum est, multum operatur. & ut rem magis comprehendas, do modum quomodo hic dolor iuncturarum causatur, & est, quoniam membra iam debilitata per uiam paulatinae congestionis partem nutrimenti, & superfluitatem non potentia resolueri, & nutrimentum totum in se conuertere aggregant in suis uacuitatibus, donec repleantur, & concauitatibus repletis amplius aucta membra circumstantia expellendo extendit & in tumorem eleuat. eodem modo materia per meatus occultos defluens, facitq; per meatus manifestos, & uenas & arterias primò ex eis magnas replet: deinde aucta replet minores perueniens usq; ad capillares. ideò in circuitu sui apparent repletae, quae tempore sanitatis non apparent, deinde per orificia, & per poros earum ad concauitatem effluunt iuncturarum, & admiscetur humiditates plegmaticae ad eas à natura delegatae, & illas replet, & amplius aucte impellunt, etiam hincinde concatenationem ossium quaerens ipsorum facere digestionem, implent etiam panniculum colligantem ea, & eum, qui in ossibus, & musculos, separat, impelluntq; ad musculos in circuitu existentes, & eos replent. eorum extendendo continuitatem soluunt, atq; ipsorum alterat complexionem ad id, quod praeter naturam est. & sic tumorem, & dolorem causant: & tu bene considera hunc modum: nam etiam de isto particularius infra de podagra: & tu ibi.

B Et, quia dictum est, quod causa intrinseca prima est membrum suscipiens; uidendum est propterea, quae sunt copora habentia membra ita disposita ad recipiendum, ut in eis facilius fiat dolor. primò ex parte sexus uir est magis aptus, quam mulier; propterea quia est magis inordinatus, item magis coituius, maiores motus, ac labores facit. mulier nanque purgationes menstruales habet, per quas saluatur à podagra iuxta illud Senis, ut in fine. Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. ex parte aetatis senes magis caeteris propter multiplicationem malarum materierum ob debilitate. item quia expulsua est debiliior in eis, & in eis sunt uiae latiores. pueri uero minus, & rarissime iuxta illud Hippo. xxx. apho. vi. sectionis. puer podagra non laborat ante usum uenereorum. i. ante spermatis emissionem nam uirtutes in eis fortes sunt, & materia in augmentum conuertitur: iuuenes uero medio modo inter hos se habent. ex parte complexionis primò phlegmatica: quia multa materia phlegmatica, & plus in eis mittitur ad iuncturas, deinde sanguinea, deinde cholericæ, deinde melancholica. ex parte habitudinis; quia pinguius magis, quam macra, & dilatatorum meatuum magis, quam constrictorum item eunuchi non podagrizant, ut Hippo. item, ut dictum est, qui sunt ex parentibus podagricis nati. & hic nota, quod, ut dicit Gordonius, aliter nunc uadit negocium; quoniam mulieres, & eunuchi hodie podagrizant ex inordinato regimine: & ideò uerba Hippo. intellige sane. item & parati sunt ad podagram conualescentes ex ægritudine chronica; quoniam non reguntur bono regimine: nam propter debilitatem uirtutis multae materiae male multiplicantur: & istud maxime habet ueritatem, quando non fuerunt debite purgati, & eorum uirtutes confortatae. item, & qui passim sunt podagram chronicam, & curati sunt cum sedantibus, & stupefacientibus, & non est deinde facta in eis purgatio bona. item exercitantes artem podagrae proportionatam; ut piscatores, facientes fictilia, artifices fullonum, uiatores, & huiusmodi. & si queratur, quare plus in iuncturis multiplicatur hi dolores, dicendum, quod hoc est, quoniam sunt magis uacuae alijs membris, pluris motus, debiliioris complexionis, & frigidioris situatae in extremis apte recipere ipsas humiditates. ultimò, quoniam sunt à regimine fontis caloris magis remotae. ex quibus apparet, quare magis accidunt in pedibus, & in eorum extremis frequentius. item ad euidenciam scito, quod frequenter dolores iuncturarum sunt causa longitudinis uitae hominis, & cura eorum est causa breuitatis uitae in eis; nam, cum curantur, & fortificantur iuncturae; materiae consuetae mitti ad iuncturas redeunt, & ad membra nobiliora mittuntur, & quandoq; ad principalia, & sic sunt causa mortis. aduerte ulterius, quod tempore

tempora aptiora ad hos dolores sunt uer primò, quia eo tempore humores sunt in motu magis: secundò in autumno; quia in eo tempore sunt uia amplifiata propter calorem æstatis præcedentis. item & propter calorem, qui est in die autumnali: secundò uirtus est debilitata, tertio sunt multiplicata materia malæ ex fructibus, & alijs, à quibus homines malè se custodire sciunt. ex quibus inferitur, quòd in his temporibus debent suspecti ad tales dolores sibi præcauere, & se præmunire, scito nunc ultimò, quòd quandoq; in febribus laboriosis apparent isti dolores, de quo in apho. in fine. Ioannitius tamen in suo antido. has quatuor causas sic distinxit. prima est fortitudo membri impellentis. secunda multitudo humorum iam dictorum. tertia est debilitas nutritiæ. ex quo apparet, quantum facit regimen in sex rebus ad curam, & præseruationem. quarta est largitas uiarum.

De præseruatione ab incurfu doloris iuncturarum. Rubrica. 7.

ET, POST QUAM tractatum est de causis doloris iuncturarum; existimauimus prius de præseruatione ab incurfu eius dicere. & in hoc dixerunt sapientes, quòd facilius est præseruare se ab his doloribus, quàm ipsis productis subuenire. & homines, qui maximè se debent præseruare, sunt, qui sunt parati maximè ex hæreditate, & ex alijs causis, de quibus in præcedenti rub. & illi, qui semel passi sunt; nam, cù redeat cura fit difficilis: & si cõfirmantur; uix, uel nunquam est eis doloribus cura, de quo infra.

PRÆSERVATIO itaq; in duobus consistit regimini- bus; scilicet regimine per sex res non naturales, & in regimine per medicinam.

Et pro primo oportet uario modo procedere in diætâ secundum uarietatem corporum ex parte complexionis, habitudinis, & huiusmodi. unde phlegmatica debet eligere aerem calidum, & sic naturalis, & naturaliter talem, aut ad talem regionem se transferre, si fuerit extrâ. item & particularius aerem suum suffumigijs, igne, & alijs calefacientibus alterare, & sic proportionabiliter de eo, cuius complexio est ca. & sic sit aer temperatus, aut ad frigidum parû declinans; sed humiditatem etiam superfluam euitet, & simili modo de alijs. & licet de his, quæ euitanda sunt, dictû sit supra in exemplificando de causa extrinseca in rubrica de doloribus iuncturarum; tamen particularius hic loquar & ideò relege ibi, & cum illis deuitent, quæ sunt difficilis digestionis; ut panis opirus non benè coctus, cibaria de pasta, rizum, & omnia genera leguminum. carnes deuitent grossas, bouinas, porcinas, caprinas, ouinas, hircinas, auium degentium in aquis, carnes salitas, carnes multarum superfluitatum; ut sunt agnellinæ, capita quadrupedum, & omnia interiora. quidam concedunt pedes animalium; quia dicunt à proprietate simile confortat suum simile: sed, quia difficilis digestionis; melius est ab eis abstinere, & si datur licentia; sit de raro, & de paucis. item deuitent copiam ouorum sorbilium, & frixa non sumant. deuitent lac, & caseum & quæ de lacte sunt; quàmuis paucis caseo in fine mensæ uti possint. pisces deuitent lacunales, cæcros, anguillas, pisces tamen paruos, squamosos, marinos, uel de flumine petroso uti possunt in modica quantitate, & raro. item fructus deuitent horarios; ut cerasa, pruna, mora, persica, chrysomilla, pira, & poma præcipuè, & uuas recentès, & omnes fructus ante ipsorum maturitatem & breuiter, qui sunt nutrimenti humidi, uelocis corruptionis, & frigida, & tubera omnino prohibentur. & in summa sanguinei deuitent, quæcûq; multum sanguinem generant, quæcûq; sunt calida, & hu. quod intellige sane.

Et cholericis deuitent, quæ cholera generant, & exacuentia, & ambo omnia dulcia; ut mel, zucarum, butyrum, oleum, nuces, & similia. item utantur ante tempus periodicationis per aliquos dies in cibis, potibus, ac medicinis his quæ materiam ingrossant, & sua stypticitate prohibent fluxum humorum ad iuncturas. item & per medicinas exterius applicatas idem operentur. & huiusmodi canonem diligenter attende, & ipsum proportionaliter obserua in omni complexione; & tu considera. & phlegmatici, quæcûq; phlegma multiplicat, & quæ frigida sunt, & humi. & me-

lancholici: quæ cholera generant nigram: & quæ frigida sunt & sic. de quibus supra tertio tracta. & tu ibi. & ex quibus inferitur, quòd tales debent uti regimine temperato; quia proportionato ex parte cibi, & potus, & aliarum rerû non naturalium. unde cibi debent esse facili, & bonæ digestionis, boni nutrimenti, & paucarum superfluitatum, & eligendi sunt ex eis, quæ conueniunt secundum uarietatem complexionum. unde calidas habentibus complexionibus conueniunt carnes hœdinæ lactantes, paruorum pullarum, perdicum, fasanorum, alaudarum, & aliarum auium paruorum in rure degentium præterquam passerum. item & oua in aqua decocta, & leuiter. uerum in cholericis cibi alterentur cum frigidis, & humidis. ut cum seminibus frigidis maioribus decoctis cum eis. & diætâ cholericorum debet esse humidior, quàm sanguineorum, & sanguineis cõceduntur lentes coctæ in aceto. & utantur in suis cibariis sanguinei aceto, & de hoc infra. agresta, & uino de piris factò. item acetositates citri, lymonum, granatorum acetosorum. cholericis autem utantur acris, ut sunt succi nucis decocti, &

maximè succus granatorum muzorum. item & sanguineo & cholericis conuenit ptisana hordei, far, & panis de simila bonus. ex fructibus conceduntur mala decocta in pauca quantitate, pyra, coctana cocta. item amygdalæ, item pruna matura in parua quantitate, item pepones, citrulli, cucumeres, cucurbitæ, & hoc maximè cholericis. ex herbis à crudis abstineant, & à coctis ut possunt; quoniam humores generant putrescibiles. & hic nota Auic. inquit. Et ex oleribus deuitent ea, quæ sunt sicut, sicla, baucia, & citrulli & aqua melonis: nocent; propter quod generant humore aquosum, & conferunt per prouocationem. & in summa nocent cibi aquosi difficilis digestionis uiscosi, & apti facilliter putrere. frigidas uerò habentibus complexionibus carnes conueniunt castrati unius anni, pullorum, gallinarum, fasanorum, perdicum, coturnicum, pipionum uolare incipientium, turturum, turdorum, paruorum auium, & passerum, caro caprioli, & interdum leporis, caro eritii est eis bona. item & conueniunt hœdinæ, & quâdoque uitulinæ, sed illæ magis. & sit earum usus assatæ magis, quàm elixæ.

item & oua conueniunt maximè melancholicis. cibaria cõdiantur cum aromatibus digestionem iuuantibus, & uentositatem disrumpentibus. unde in omni studio instandum, ne cibus corrumpatur, aut indigestus à stomacho egrediat; sed perfectè digeratur. ex fructibus uerò talibus dari possunt dactyli, passulæ, caricæ; in parua tamen quantitate dentur caricæ; quoniam materias deferunt ad extrema. ite auellanæ optimè masticatæ, pineæ, phistici cum zucarò. Filagrius autem concessit omni podagrico pyra bona. fatis usque ad modum dictum est de cibo conueniens etiam, ut de potu dicatur. & dixit Ras. xij. continentis. Abstinentia à uino sanat podagram, & multi sanati ob dimissionem uini in totum; sed benè considera ætatem, usum, complexionem, habitudinem, & huiusmodi. si ista tolerant, ut patiens in deteriore non currat passionem. & inquit Auic. Et deuitent potare uinum plurimum grossum; immò omne uinum. xxii. tertij de cautela à doloribus iuncturarum. Sunt tamen aliqui, qui eum dimittere non possunt aut propter stomachum, aut propter debilitatem uirtutis, aut quia timetur ex usu aquæ inflatio, & multiplicatio uentositatû, & incursum doloris intestinorum, debilitatem hepatis, & sic cachexiam, & huiusmodi: & in isto casu detur pauciferum lymphatum plus, & minus, ut exigit dispositio. item sit coloratum; quia aureum, uel ad colorem granatæ, uel rubin tendens. non sit album, neque subtile, non nouum, non grossum, ut supra. sit itaque amenum ad stypticitatem quandam declinans. & aqua mellis simplex, aut cum decoctione cinnamomi solius consueuit esse potus conferens, & maximè in frigida. & quidam coquunt in aqua saluiam, rosmarinum, maioranam, betonicam, & similes herbas. item in calidis aqua hordei cum zucarò, aut iulep cum multa aqua, ita aqua ferrata cum uino mixta. & nota, quòd, si aufertur uinum consueto; illa ablatio fiat paulatinè, & cum prudentia. item quòd non delectetur multiplicatione plurium ciborum in eadem mensa: sit itaque contentus uno, uel duobus ad plus item non bibat, ut supra, ante cibum; sed, postquam com-

Simile suū simile à proprietate confortat.

derit

dērit saltem quartam partem sui cibi. & est communis cā-
nō Cermisoni nostri in regimine sanitatis. & licet de alijs
rebus non naturalibus dictum sit suprā, & de doloribus iū-
cturarum, a quibus se debet precauere; tamen aliqua succin-
ctē hic de eis discurrem. exercitiū euitent, ut suprā alle-
gata rubrica. item frictions fortes iuncturarum, item fati-
gationes fortes; & idē euitent calciamenta stricta, exerci-
tio utantur temperato. unde Ras. de passionibus iunctura-
rum. Non est res melior motu: quod intellige paulatim,
& moderatē facto. & quia balneum tenet locum exercitij,
ut suprā secundo tractatu; idē hic tātum dicatur, quōd bal-
nea conferūt naturalia; & maximē in declinatione, & ex a-
quis humidis nocent. & dixit Auē. Ex eis, quæ conferūt
eis, cum balneantur, & etiam post repletionem balnei. Im-
mō in medio eius est effusio aquæ frigidæ super iuncturas,
si non est aliquod, quod prohibeat ex debilitate neruorum.
item euitet somnum super cibum immediatē factum, & diu-
turnum; est enim ex rebus nocibilioribus eis. Auic. Et for-
tes uigilias, & immoderatas, ut suprā allegata rubrica: &
tu pro his, & alijs ibi.

Non repleantur. quōd si contingat ex quōdam lapsu de-
lectabili repletio; statim fiat euacuatio uomitu. quōd, si nō
potest uomere; expectet, quōd cibus descendat, & deinde
assumat clyster. item non comedat, donec non sentiat sto-
machum benē mundum. item si comedat semel in die; est
ualde utile. pro inanitione dicendum, quōd uentrem tene-
at lubricum, & abstineat, ut potest; nam, ut Gal. abstinentia
est summa medicinarum. sicim patiatur, & famem, ut potest
& præcipuē qui ex phlegmatica. & sicut abstinentia est
summa medicinarum; ita repletio summē inimica eis. &
quia coitus, ut allegata rubrica continetur sub inanitione;
dicendum, quōd nullo modo coeat post assumptum cibum
cuius contrarium communiter fit. unde ludens coitus ge-
nerat dolorem arthriticum. quod, si fit aliquando; fiat ante
cibum, & potum. abstineat ab ira, tristitia, furore, & ab om-
ni sollicitudine multa, & maximē calidas, & siccas habē-
tes complexionēs.

EXPEDITO regimine sex rerum non naturalium ue-
nio ad expeditionem secundi, quod consistit in his canoni-
bus. primus est resolutio materiæ superflua. per quam pos-
sit podagra periodicare. secundus est confortatio iunctura-
rum. tertius est conseruatio membrorum nobilium in sua
bona dispositione. quartus est digestio materiæ, quando es-
set necessaria propter errorem contingentem in regimine
iam dicto. quintus est euacuatio eiusdem. sextus est confor-
tatio iuncturarum secundum se, & ne recipiant materiam
fluentem, ut dictum est, & earum alteratio cum calidis, aut
frigidis, ut exigit dispositio.

Pro primo scito, quōd post tale regimen debes attende-
re confortationi membrorum naturalium, & maximē sto-
machi cum rebus confortantibus, & resoluētibus, quōd ex
ipso regimine superfluit, ne ex paulatina aggregatione ac-
cidat deinde dolor; & hoc electarijs, cōfectionibus, unguē-
tis, & alijs, ut suprā de debilitate stomachi dictum est: & tu
ibi. & commendatur usus theriacæ in casu isto in frigidis.
tu itaq; ordinem da de usu earum, ut ibi.

Pro secundo aduerte, quōd styptica calida, aut frigida
ipsum complent. item & quæ resoluunt superfluitates, quæ
in eis iam sunt aggregatæ, quæ circa iuncturas applicentur
sed cum cautela; quoniam, si uideris, quōd corpus propter
bonum regimen non sit repletum, neque aptum repleti, il-
la securē administrabis. quōd, si corpus non fuerit tale; earū
applicatio esset infirmi, sicut interitus; quoniam iam con-
fortatis sic iuncturis materiæ retrocederent ad membra no-
bilia; unde grande sequeretur nocumentum, fortassis mors
ut iam uisum est. ex quo apparet, quōd aliquando malē ter-
minantur hi, quibus illaqueantur uenæ. & idē etiam in
tali casu benē considera. & idē hic age non ut empiri-
cus. unde replico, attende diligenter, si corpus est mundum
ut in inspectione exeuntium, in tactu pulsus, & huiusmo-
di. quōd, si non fuerit mundum; non approximes ista loca
lia, nisi prius ipsum mundaueris. & ex confortantibus iun-
cturas sunt abrotanum, agaricus, aqua sulphurea, & lu-
tum etiam ipsorum, aloes, chamæmilla, cupressus, embli-

A hermodactyli, oleum de spica, de myrto, de mastice, de
chamæmilla, de absynthio, de spica, de ireos, de ros. de
anetho, de costo, de citonijs, de cheiri, laurinum, de ru-
ta, plantago, squinantum, stœcados, uinum stypticum ni-
grum, item & absynthium, acacia, acetum, alumen, am-
niacum, capræ stercus, cerotum archigenis Mesue in cu-
ra paralyt. cupressi nux folia eius, citrum, costus, em-
plastrum mirabile Auicē. xi. quinti. enula, fumus terræ,
galla, granatum, lauri lignum, licium, maiorana, mastix,
myrobalani, myrtus, mummia, nitrum, papauer, sto-
rax, terbentina, uernix, hypoquistidos, item memithe,
thutia, balauſtia, urina, lotio cum ea calefacta. & ex com-
positis sunt. Recipe acaciæ, litii, memithe, hypoquistidos.
ana. fiat cum eis linitio tempore sanitatis, item decoquan-
tur gallæ, cum ea decoctione fiat ablutio per interualla
non longa; habent enim a proprietate confortare membra
lapsa, & sua siccitate exiccare fluentes, & fluxus materias.
& myrtus idem. item ablutio ex decoctione abrotani, nu-
cum cupressi in uino styptico, uel ablutio in uino ipso solo.
B item ablutio ex urina, & est efficax. & tu cōpone ex dictis
unguenta, emplastra, cerotaria, & ablutiones, & alia huius-
modi, de quibus tamen compositis satis abundē infra de cu-
ra doloris iuncturarum.

Et pro tertio recurre ad proprias rubricas, ubi docetur,
quomodo succurri habeat his membris; ut conseruentur
cum unguentis, emplastris, confectionibus, electarijs, &
huiusmodi; & tu ibi. & tu da ordinem clientulo tuo, ut ibi.

Ad quartum, & quintum complendos non est dormien-
dum, nisi ubi malum regimen præcesserit, & sit necessa-
ria euacuatio. unde, quia homines huius temporis sunt
mali regiminis; ego consulo, quōd non deueniatur ad ad-
ministrationem localium, nisi quædam prius purgatio, si-
ue euacuatio præcedat leuis, fortis, ac fortior, secundum
quōd uidetur, quōd exigit dispositio; quoniam in benē
recto leuis, in malē fortior; in mediocri forti. quia au-
tem dictum est, qui sunt humores peccantes, & qui ma-
gis; idē oportet prius cognoscere ipsum peccantem hu-
morem. quōd, si fuerit sanguis, & non fuerit necessaria,
digestio, sed sola euacuatio, per phlebotomiam nisi pec-
cauerit sua substantia; ut quia nimis subtilis; & tunc dan-
da sunt, quæ ipsum ingrossant; ut syr. de myrto, de agreſta,
uinum granatorum, & huiusmodi, item oxizacchara. &
quid de syrupis acetosis dicendum sit, in cura articulo-
rum dicetur infra. item, si fuerit nimis inflammatus; da
extinguentia, & de his infra. quōd, si fuerit ex alio hu-
more simplici, uel composito; commisce digestiua, ut se-
cundum proportionem mixtionis humorum habitam ex
cōmuni cōiecturatione tua: uel da ipsa simplicia digestiua,
uel proportionata; inuenies suprā quarto tractatu: & tu
ibi. sed tantum nunc dico, quōd debent esse aperitiua, &
prouocatiua, ut materias diuertant, & benē considera. si
catarrhus est in causa; quia sic simpliciter aperitiua non
conferunt, ut suprā de catarrho; & tu ibi. euacuatio
autem fiat cum phlebotomia, ut dictum est, maximē
quando humor est sanguini commixtus, aut solutione
uentris, aut uomitu, aut prouocatione sudoris, aut uri-
næ. & ex solutiuis conferentibus est agaricus, rhabar-
barum, hermodactyli. & sunt medicina propria myro-
balanorum genera, hiera simplex, & composita, & ma-
gis hiera Hermetis. Et breuiter solutiua simplicia stypti-
ca uirtute participantia, quæ dari debent in temporibus
medijs; ut uere, aut autumno, ut statim, & per interual-
la modici temporis. & ex singularibus euacuationibus
est uomitus, si his facile fieri potest: & tu suprā decima-
tertia tertii de uomitu. item conferunt clysteria, de
quibus plenē in de cura. item, ut dictum est, conferunt
euacuationes cum sudore, & urina ex aperitiuis, &
prouocatiuis, de quibus sape, & in quinto tractatu: & in-
frā de cura.

Post autem istas euacuationes conforta iuncturas, ut di-
ctum est, ut applicando, aut calida, aut frigida styptica, de
quibus suprā, & cum moderamine semper.

PRESERVATIO in speciali magis. Et descendendo
magis ad specialia, ut cupis; quia dictum est suprā, q̄ in ue-
re,

re, & autumnò hi dolores magis mouentur. idè aduerte, & semper, & per totum annum regimen dictum de sex rebus nò naturalibus obseruari debet ab eo, qui paratus est, & tueri se uult ab incurfu. deinde debet uniuersalem purgationem facere his duobus temporibus, & in tempore intermedio particulari euacuatione uti, de quibus per ordinem statim tempore autem ueris debet medicus considerare corporis purgandi dispositionem, ut, si repletum est, & mundatum; aut non, ut dictum est. q, si fuerit mundum quod rarissimè accidit; non est necessaria purgatio, sed sola iuncturarum confortatio, ut dictum est. quòd, si non fuerit mundum, consideret prius, si in eo est augmentum in sanguine, aut in alio humore sanguini mixto, aut aliter sua qualitate humor alius à sanguine peccans fuerit. quòd, si primum fiat phlebotomia, & si augmentum fuerit propter cibum, & usum uini dulcis, & aliarum rerum sanguinem multiplicantium; ordinetur diætã ad contrarium: & similiter, si fuerit peccatum in humore, quicūq; sit propter ociū & somnum; ordinetur motus, & uigilia, & sic de alijs suo modo te opponendo contrarijs remouentibus causam ex parte sex rerum non naturalium. & rediens ad phlebotomiam dixit Auicen. xxij. tertij de cautela iuncturarum. oportet, ut utatur ille, qui consuetus est doloribus iuncturarum phlebotomia, & solutione uentris in uere: quod credo intelligendum, quando corpus fuerit repletum plethoricum scilicet & sanguis in eo multiplicatus est regimine; nã in uere multiplicatur magis sanguis, quàm alio tempore: & consimiliter agendum, si fuerit alius humor sanguini commixtus; nam phlebotomia reddit humores cursibiles: & idè ex se non competit, nisi fuerit repletio, ut supra. & debet fieri ex basilica primò, postea de arthritica, si particularia coindicant: & est sententia Gordonij. quòd, si ex alio fuerit humore non commixto, euacua: sed prius dabis digestiua ipsorum humorum; ut uerbi gratia in materia cholericã da syrupum acetosum simplicem, de quo infra. uinum granatorum, oxyzaccharã, & talia frigida stypticitate participãtia: nam, si essent simpliciter aperitiua; ponerent humores nimium in fluxu. item ualet oxymel diureticum, mel ro. colatum de quinq; radicibus, de stœcados, & huiusmodi. sed hic aduerte, q, si catharrus esset suspectus; talia aperitiua dari debent cum cautela, & cum admixtione stypticorum, ut supra de catarrho. ordina diætã sibi proportionatã, ut supra ex rebus frigidis, & humidis. deinde euacua cum myrobalanis citrinis, rhabarbaro, & huiusmodi solutiuis, aliquali stypticitate participantibus, de quibus solutiuis, & digestiuis habes supra quarto tractã. & tu ibi. item conceditur electarium de succo ros. commune. & illud Mes. & consimiliter agas de digestiuis, & solutiuis materiã phlegmaticã, & melancholicã semper ordinando diætã prius, ut supra. pilulę in materia frigida, & etiam in mixta. R. hermodactylorum, turbith, agarici, ana. 3. iij. cassiã lignẽã, garyoph. carpobalsami, xyloaloes, macis, zinz. galangę, masticis, assã, maratri, anisi, saxifragiã, milij solis, seminis brusci, sparagi, iari, salis gemmã. ana. 3. ij. aloes ad pondus omnium diagridij. 3. i. confice cum succo iari, uel sceniculi. ad idem syr. solutiuis R. turbith. lib. i. & mitte in tribus lib. aquã frigidã, & moretur tribus diebus ad solem, deinde cola, & uide, si amisit saporem, & si sic; proijce, & aquã referua. quòd, si non amisit saporem suum; referua etiam aquam primã, & pone iterum ipsum in alia aqua tantã quantitatis ad solem, ut dictum est, & toties fac, donec amittat saporem. deinde aggrega eas aquas, & pone unam lib. aquã, & plus, ut uidebitur expedire, & decoque, & fac iulep. & si citius uis facere; decoque ad ignem turbith cum aqua, sicut fit ad solem. alius fortior, & solutiuis. R. chebulorum, turbith. ana. 3. i. hermodactylorum. 3. ij. agarici, radicem capparum. ana. 3. 5. zinzib. piperis long. ana. 3. ij. spic. 3. i. terantur, & ponantur in madefactione aquã sufficientis per tres dies naturales. postea totum ponatur ad alembicum, & distillatum syrupizetur cum melle. dof. 3. ij. usq; ad. iij. pilulã optimã. R. turbith, hermodactylorum. an. 3. i. 5. colloquintidã, bdellij. ana. 3. 5. zinzib. spicã, masticis, ana. 3. i. confice cum oxymel. potes, si uis syru. facere solutiũ cholera per sublima-

tionem, aut infusionem, ut dictum est, ex rhabar. myrobalanis citrinis, hermodacty. & modico scammonẽã, cum rosis citonijs, & huiusmodi. item ex eisdem confice pilulas educentes materiam cholericã. R. aloes. 3. i. scammonẽã gra. iij. ro. ru. 3. 5. hermodacty. 3. v. dosis una numero. dixit Serap. Si repletio est ex humore cholericò acuto; oportet, ut demus decoctionem duorum myrobalanorum, aut citrinorum, & indorum, & aquam decoctionis absinthij, sumiterrã, passularum, prunorum, thamarindorum, & similia. item proportionabiliter age in materia melancholica cum folliculis senã, polypodij, & huiusmodi respicientibus materiam melancholicã, de quibus supra. iij. tract. & infra de cura eius ad plenum. item supra de cura melancholię habes cõfectiones ad hoc, & tu ibi, & precipuè, quę cerebrum respiciunt. syrupus solutiuis materiã melancholicã. R. myrobalanorum indorum. 3. ij. stœcados. 3. vi. senã epithymi. ana. 3. i. spicã. 3. i. cinnamomi. 3. iij. decoque in tribus lib. aquã, donec ad unam redeant, & in fine addatur epithymus cum lib. i. zucc. syrupizetur. & quia infra de cura horum dolorum eris copiosus; hinc à narratione plurimũ supersedeo reliquens hæc tanquã exempla. & hic aduerte canonem, & aduertendum de cura, & est Rasis in libro de iuncturis. Medicinã, quã attrahunt cholera, & phlegma simul, meliores sunt his, quã attrahunt phlegma tantũ, uel cholera tantum: & hoc habet ueritatem etiam, ubi materia fuerit simplex: sed uerum est, ubi ægritudo foret sic cholericã: solutiuum soluens cholera debet esse ualde potens supra educens phlegma. & propterea Auicen. Rasis, & alij. & portet, ut non educatur phlegma tantum, immo cum cholera scilicet educatur: nam, cũ educitur phlegma tantum; cholera remanens subtiliat phlegma iterum, ac reddit ipsum cursibile ad locum iterum. & de his suo loco infra. item & principaliter fit euacuatio per uomitum, ut supra. est enim singularis medicina. & ita laudat eũ Raf. & alij. & Auic. de uomitu supra, & tu ibi omnino. & maxime quando passio est in iuncturis inferioribus; ut est podagra, sciatica, & huiusmodi; eradicat enim materiam antecedentem; sed ut allegato loco, non debet frequentari, ne stomachus inde lædatur. & tu de uomitu supra. unde fiat bis in mense, aut plus, uel minus, ut decebit: & tu allegato loco. consimiliter ualet euacuatio per prouocatiua urinã; nam sic subtiliantur humores, & euacuantur per urinã: nam sic facilius uidetur euacuari, & melius, quàm per egestionem. & sicut dictum est, q, medicus debet considerare ante euacuationem, & digestionem corporis dispositionem. sic pariformiter debet aduerte adueniente Autumnò, in quo tempore cholera uidetur plus dominari propter præcessionem ætatis, quàm phlegma: & tunc secundum humorum peccantium qualitatem debet medicinas, & digestiua exhibere ita, q, sic se habeant medicinã inter se, sicut humores inter se, ut, q, medicina in massa uincat, sicut humor in massa uincit. & hic ponã, ut sit sicut exemplum optimum electarium unum magistrãle, & digestiuum materierum iã dictarum, & est membrorum confortatiuum. R. iux recentis subtilissimè incisã, & cum melle reseruato ad tempus, deinde. R. de hac conserua. lib. i. 5. herbã paralyf. similiter reseruata in melle. 3. viij. spicã nardi, garyophyll. piperis longi, nucis musc. zinzib. liquiritiã abrasã. an. 3. i. herbã arthriticã, chamæpit. stœcados arabici, radicis acori, maioranã, saluiã, florum anhos. ana. 3. ij. fiat ex eis electarium dof. 3. 5. mane ieiuno, & post eius assumptionem stet tribus horis ad minus tempore frigidò singulis diebus. in calidis semel in hebdomada: medijs autem alternatim. electarium Iudæi laxatiuum phlegmatis, & cholera in arthritica. R. cinna. electi. 3. ij. garyophy. nucis musc. galangã, folii. an. 3. i. 3. i. turbith gumosi. 3. vi. specierum electarij de succo ro. 3. i. zuc. al. lib. i. aquã polypodij. lib. i. fiat electarium. dof. a. 3. iij. usq; ad quatuor in temporibus frigidis: in benè recto sumatur bis: in temporibus calidis semel in mense. unde hic oportet aduerte regimen diligenter, & uirtutis consuetudinem. post autem has euacuationes, si corpus benè mudificatum fuerit, conforta iuncturas cum ablutione aquã sulphurẽã, aluminosã, salitã, aut uino nigro, decoctione in eo facta ex rebus supra positis iuncturas confortantibus

tantibus, & præcipuè ex odoriferis. item lotio ex urina, ut supra. item fac unctioes ex dictis confortantibus, uel ce-rotaria, ut supra: & hoc plus, & minus secundum temporis consuetudinem, ut bis, & ter, uel plus in hebdomada, & ad balnea ipsa se aliquando transferat. sed aduerte dispositionem corporis propter periculum dictum; ut quia sit facta euacuatio conueniens; unde non confidas de una euacuatione tantum propter malû regimen; sed plures saltem particulares euacuaciones facito post uniuersalẽ. & , antequã ad hæc localia peruenias; tales facias paulatinè, & nõ subito, & non uiolenter, qm̄ materiæ illæ non sunt ita faciliter, & subito aptæ educi. utere ergo enematibus ex rebus appropriatis, & conuenientibus, ut uerbi gratia. R. florum chamæ. mercurialis, maluarum furfuris, blitis iux. ana. mel lis ro. 3. ii. olei cõis uel liliorû. 3. iiii. & , si uideat, adde agarium, uel benedictã, uel colloquintidam aut aliud, ut uidebitur. pilulæ, quibus utebat Comes de terra noua in præseruatione non præcedente digestionẽ, & ei benè succedebat præmisso semp bono regimine, euacuant sex uicibus, uel circa. R. agarici, absynthii, corticum myrobalanorum citrinorum, & chebulorum, colloquintidæ rectificatæ secundum artem, hieræ logodion. ana. 3. i. 5. conficiantur cum succo citoniorum, & betonicæ. dof. 3. i. semel in hebdomada tempore frigido corpore robusto: in calido uerò minus & tu tua prudentia operare. ualent & pilulæ foetidæ descriptione Almanf. item & de hermodactylis minores Me. & tu ex datis compone, quæ humorum massam respiciunt, & membra confortent nobilia. & de confortatione membrorum nobilium, in quibus est suspitio, q̄ mandent nihil, præterquam dictum est supra. tu itaq; ad suas rubricas recurre quia copiosissimè scio dictum. & , si benè authorum medicinæ dicta contempler; præseruatio hæc consistit in debito regimine sex rerum non naturalium, euacuatione uniuersali præcedenti digestionẽ, euacuatione particulari cû moderantia frequentata, & plus, & principalius consistit in his duobus. in confortatione membrorum nobilium, & maximè stomachi, & confortatione iuncturarum ultimò facta propter causam iã pluries assignatam: quibus autè hæc omnia compleantur iam abundè habitû est. medicamen Hermetis præseruans post factas purgationes dictas; & est medicina solennis. R. chamædreos, gentianæ. ana. 3. iiii. aristolochiæ rotundæ. 3. i. seminum urticæ. 3. 5. terant subtiliter, & cribellent. dosis coclear. i. cum zucch. item ad idem diacorus, pliris arcoticon, mithridatum, theriaca, ut supra. ite R. aristolochiæ longæ. 3. vi. mellis. lib. ii. misce dosis huius compositi est. 3. ii. 5. bis in mense, uel plus. uel minus s̄m tẽporis assistentiã. Auert. laudare uideat magis rotundam. Rasis. xii. continentis, hæc est medicina laudata ad tollendum penitus dolores arthriticos, & sciaticum, si frequenter sumitur in potu spatio unius anni; stomachû confortat, acuit uisum, tollit obliuionem, emittit superfluitates per urinã, emendat hepar, & splenem durum, sed dolorem arthriticû dissoluit omninò. R. chamædryos. 3. ix. centaureæ, aristolochiæ long. gentianæ, spicæ romanæ nouæ. ana. 3. vi. hypericon. 3. v. apii montani. 3. iiii. limaturæ ferri. 3. iiii. agarici boni. 3. ii. myrrhæ. 3. i. triturentur, & fiant trochisci. dof. 3. i. post tres horas diei, & post ipsum faciant motum modicè, & paulatim ieiuno stomacho. & post eius assumptionem stet tribus horis, antequam comedat; deinde comedat cibû laudabilem euitata repletionẽ omnino, & assumat in hyeme, & in fine autumnii, in æstate uerò abstineat; quia propter eius caliditatem liquefacit corpus ualdè. & hæc medicinæ debent esse nouæ, & montanæ, ut sint fortiores. & ex dictis colligere potes modum componendi confectionis electaria, & huiusmodi in præseruando: & ideò considera diligenter: nam in causa calida frigida: in frigida uerò calida. unde in calida triasandali sunt medicina cõueniens: nã participant stypticitate cum frigiditate sua. item tenere iuncturas debito modo ligatas cum institis, uel cum corio de pelle canis, & maximè inferiores est ex eis, quæ multum conferunt. & hoc genere remedii utuntur plures moderni ex nostris. & breuiter in summa quod maximè præseruat, est regimen bonum, euacuatio frequentata, & iuncturarû confortatio, ne recipiant cum canone, ut supra. unde ex

A mille remediis auctorû ad hoc. 990. sunt de euacuatione, & corporis mundificatione: & ideò de eis stude. in patria ista nostra in uulgari de ea sic dicit. Chi ha la gotta, non la tocca, apre il culo, stringe la coda, ferra la bocca: hoc est qui guttosus est nihil circa guttã operet, tangendo cû oculis. l. & huiusmodi. teneat uentrem lubricum, abstineat à coitu, & claudat os, idest, utatur tenui diætã.

B **SIGNA** demonstratiua. quia aliquãdo contingit medicû decipi in iudicio dolorum iuncturæ, an. l. ex causa sit frigi. uel cal. & ex hoc infirmus multû ledat, & medicus infamiam non paruã acquirit. ideò statim de signis ipsis quàm potero longiora, ac clariora signa ponere statui. unde in primis cõsidera, q̄ aliquñ in forti dolore tali applicamus stupescientia, ut infra: & ex his recipit infirmus quietem, unde pro tunc iudicatur, q̄, quia talia frigida contulerunt, q̄ materia calida sit. secûdò, q̄ aliquñ materia est pauca, subtilis, & cal. & corpus non est plethoricum, & ex applicatione calidorû resoluentiũ faciliter illam materiam cessat dolor: & ex hoc tanquã à iuuante iudicatur ipsam esse frigidam: & in hoc casu decipimur. & quandoq; est magna furia paroxysmi, & dolor ex multitudine materiæ phlegmaticæ multum fluentis, cum qua commiscetur materia cholericæ subtilians ipsam, & faciens penetrare ad iuncturas, & tunc membrum ratione doloris fortis erit calidum, & rubeum, ac etiam pro parte furet cholera cum materia illa frigida commixta, & erit cum seb. urina tincta, & etiam tingitur in cholericæ, phlegmaticæ, ut supra, cum insomnitate, siti, uelocitate pulsus, & huiusmodi. & sic iudicabitur dolorem esse à causa calida, & tamen erit à causa frigida. & huiusmodi deceptionis causa est; quia materia illa fluit per uenas intrinsecas ad neruos, & ad lacertos, ut in principio capituli, & p uias nobis occultas. & ideò debet medicus in primis considerare ætatem, complexionem, habitudinem, plethoriam, regimen præcedens & membrorum interiorum nutritiuorum complexionem singulariter, cõsuetudinem, & si ab alio fuit curatus, & quibus usus fuit remediis, in quibus iuuamentum adinuenerit, tempus anni, regio, & huiusmodi. quibus diligenter examinatis accedat ad signa significantia super frigiditatem primò, quia ab illa secundum plurimum contingere solet, & primò discernat, si est mala complexio simplex, aut materialis, aut ex simplici humore, uel commixto.

C **Signa** malæ complexionis simplicis, quæ perrarissimè fit, sunt, quia dolor est absque grauedine, absq; inflatione, & non est alteratio coloris notabilis, neque signum materiæ, de quibus statim.

D **Signa** materialis sumuntur ex colore, tactu, tumore, & dolore, & ex exeuntibus, & aliis, ut dicitur. a colore; quia color non multum alteratur à consueo, & declinat ad plumbeû, uel ad album. a tactu; quia locus sentit frigidus, & in eo percipit patiens frigiditatem s̄m plurimum, dato, q̄ in principio aliqualem senserit caliditatem. a tumore; quia illic est tumor, siue inflatio non tamen magna. à dolore; quia ibi est dolor continuus non multum intensus, & q̄ est dolor latus, & non acutus, ut qui ex calida est causa. & urina est remissa spissa, quia non tincta. sed hic aduerte, quòd aliquñ est colorata, ut in fortificatione eius doloris, ut de colica dictum est, quia in forti dolore hepar inflamatur: considera. egestiones sunt plegmaticæ, mucillaginosæ. ex aliis; quia pulsus non est notabiliter in suis differentiis uariatus est complexione phlegmaticus, uel ætate senex, tempus hyemale, regimen phlegmaticum, stomachus eius frigidus & humi. diues, ociosus, coitu debilitatus, aut uino, & huiusmodi, quæ habent generare phlegma per uiam indigestionis; etiam si esset cholericus.

Signa autè materialis calidæ sanguinæ sunt dolor magnus extensiuus, cû pulsatione, & grauedine pceptus, colore rubeo, sanguineo, tendete ad obscuritatem, maximè quñ materia uenit ad locû, & nõ per uenas multum profundas tactu percipitur notabilis caliditas non multum mordicans. cum tumore non multû notabili, qui, si contingit, per uenas multum intrinsecas non erit illic tumor, aut quasi nihil. & erit urina spissa rubea cum pulsu magno, ueloci, habitudine carnosã, complexione sanguinea, regimine

præterito sanguineo, & tēpore ueris, ætate adolescentiæ, & magis affligitur tempore matutinali. & in sciatica sanguinea dolor extensiuus, longus, longior, quàm in cholericæ, quem phlebotomia saphenæ statim sedat.

Signa autē cholericæ sunt dolor acutus, extēsus, & fortis, quem adauget tactus quantumcunq; paruus cum paruitate grauedinis. & tactus est calidus, acutus, mordicatus. color ad citrinum, uel ligneum tendens non participans multa rubedine, & subito accidit cum aliquali tumore. & urina est tinctæ tenuis, egestiones cholericæ, pulsus magnus uelox, & frequens, iuuenis cholericus, tempus calidum, ut ætas, regimen præteritum cholericum, affligitur magis hora tertiarum, & ita de alijs super choleram ipsam significantibus.

Signa autē melancholicæ sunt doloris quasi occultatio, & paruitas tensionis, & paucitas iuuamenti cum curatione, & loci attenuatio, & non est ibi mollities, neq; loci claritas, & tactus frigidus, color ad fuscum tēdens, nullus quasi tumor, urina remissa, tenuis pulsus nō magnificatus, tempus autumnale, complexio, habitudo melancholica, regimen præteritum melancholicum signantibus; ut est splenis, & huiusmodi.

Signa phlegmaticæ falsæ sunt caliditas uehemens, cum qua est pruritus, & dolor satis intēsus, medius inter acutū, & latum, cum aliquali tumore, & urina est colorata, & pulsus magnus, & uelox, ætas, complexio, habitudo, & ægritudines consuetæ, regimen, & huiusmodi tibi fidem facient iuuari frigidis, ledi calidis. & hoc ultimum signum in omnibus superius dictis operari habes. sed, ut dictum est, caue, ne ex eius operatione decipiaris.

Signa uentosæ, quia ibi est dolor extensiuus, & absq; grauitate, & q̄ dolor permutatur, recedit, & uenit. regimen præteritum uentosum, & q̄ calidis resolutiuus iuuatur, & in hoc caue, ut dictum est.

Materiam autem mixtā signant ex dictis signa mixta, ut cū calida frigidis commiscētur, quæ stāt in discursu medici sua prudētia hoc mesurant plus, & minus secundū maiore & minorem adinuicem participatiōē. & ideo benē æquili bra. dicit tamen princeps. Materias autem mixtas significant tensio uehemens, aut paucitas iuuamēti cum curationibus calidis, & frigidis, & diuersitas horarum, in quibus iuuatur; iuuatur enim aliqñ medicina una hora & aliquādo alia sibi contraria. & plurimum quidem accidit hoc corporibus cal. complexionis, aut cholericæ naturæ; quæ utuntur regimine infrigidante humectante generatiuo phlegmatis & humoris crudi, & cibis, & motibus super repletionem: quare commiscentur duo humores, & expellitur, quod ex eis grossum est. propter quod submergit ipsum subtile sanguinem, & cholericum ad iuncturas. & horum quidam plurimum iuuantur, & quiescunt dolores per compressionem subtilem cum manibus pluribus; quoniam humor resoluē & maturatur per eam, & iuuantur per unctiōem temperatæ caliditatis cum quiete; nam motus prohibet à maturatiōne. postremò quia de tumore facta est mētio; quia tumor in eis non facit apostema, ut in cæteris; quia ad saniationē nō uenit; sed aut resoluitur, aut in gypsum conuertitur per subtilis resolutionem.

PROGNOSTICA. Eunuchi non podagrizant, neque calui fiunt; uerū quantum est ex parte coitus, nunc uerò aliter fit. podagra est morbus hæreditarius. ex podagra mēbra macrescunt, & extenuantur. confirmata curationē non recipit, maximè quando est nodosa, & etiam quando est ex diuersis humoribus. quādo arthritica de materia cholericæ est in homine, qui se multum replet; quoniam subitā inducit mortem, tam podagra, quàm sciatica de facili reciduant. sciatica est dolor maior podagra, & alijs doloribus iuncturalibus dato, quòd fit fortis dolor; tamen spasmū nō inducit; quia non est in chordis, & ligamentis. locus est speculationis: podagricis bursa testicularum prolongatur. quādo in podagra urina est spissa, & multa uelut subiugaliū, aut uarices fiunt; curatio fit. febris aliquando curat, & aliquando est causa euentus eorum, & ut dicetur, si à principio sui succurremus; de facili fit curatio: & est Auic. quòd, si confirmetur; non curatur, cum membrum incurrit poda-

gram, aut sciaticam; secundum plurimum non redit ad dispositionem suam naturalem. podagra propter uarietatem causarum suarum de difficili curatur, & difficilè cognoscit. cura eorum quandoq; perducit corpus ad perniciem; quia superfluitates consuetæ fluere ad iuncturas ueniunt ad mēbra principalia, & si non ad principalia; ad alia, in quibus collectionem faciunt. & sic sunt aliquando causa longitudinis uitæ: considera. & hæc satis.

De cura doloris iuncturarum in uniuersali. Ru. 8.

IN QUIT Alexander medicus. Podagra est morbus laboriosus, cuius curam medici nequeūt inuenire, & p̄cipuè quæ est roborata uitio uini, fructuum, aut coitus. unde talem. xii. continentis Ras. numerauit inter morbos, qui non sanantur. & Auic. inquit. Cum succurritur doloribus iuncturarum in primis, cum apparent, quia in prima uice, secūda, & tertia cura eorū est facilis, & si confirmatur, & prout consuescant, idest, pluribus uicibus reuertentes in quibuscunq; iuncturis propriè illi, qui generati fuerunt ex humoribus diuersis, non curantur, quin redeant, etiā quacūq; bona utuntur præuisione. & ideo dixit carmen supra allegatum. Soluere nodosam nescit medicina podagram. hæc anteposui; ut non sis facilis ad promittēdum in eis facilem salutem; ut multi trufatores, & certè credas hæc dicta authorum non sine magna causa posita. sunt enim pro uerificatione horum uerborum quinque allegandæ causæ: prima est uehementia sensus neruorum, & musculorum, secunda quia, postquam superfluitas in foueam cecidit; non cito dissoluitur propter duritiem membrorum; & quia illi non est facilis locus uia ad exitum. tertia est profundatio materiæ cum frigiditate membrorum, quæ facit ad debilitatem uirtutis expulsiuæ. quarta est remotio eorum à fonte caloris. quinta est remotio ab approximatione conuenienti medicinarum ad locum: nam quæ exterius approximantur; male penetrant, maximè quando iunctura est profunda, & quæ per interius multum debilitantur, antequam ad loca perueniant, ut patet; considera. itaque non sis audax in promittendo.

CVRA canones. primò uidendum est, si à sola mala complexione euenerit dolor: & tunc ordina diætā, de qua statim, cum solis alterantibus contrariis auferatur, qui participant stypticitate, de quibus calidis, & frig. dicet ad plenum, cum tractabitur in canone de alterantibus applicandis ad extra.

CVRA. Si fuerit cum materia, quod est secundum plurimum hos obserua canones. primus ordinatio diætæ, secundus, si dolor multum infestauerit; postpone, & trāseas, si est in principio ad diuersionem cum euacuatione. quòd, si materia fuerit fluxa; digeras; deinde euacua, deinde diuerte, deinde, si materia fuerit à membro aliquo transmissa; rectifica ipsum ita, ut non mandet, euacuando, diuertendo, & confortando. deinde resolue, quod fluxum est, & quod post euacuationem remansit. deinde conforta membra ipsa dolentia cum alterantibus intus, & extra administratis. ultimò corrige accidentia. & sic in summa habes canones decem, & sunt ordinatio diætæ, sedatio doloris in casu, diuersio cum euacuatione, digestio, euacuatio, diuersio, rectificatio membri mandantis, aut totius si totum mandat, resolutio, confortatio per alterantia, correctio accidentium.

ET, LICET de ordinatione diætæ dictum sit supra in de p̄seruatione; tñ hic aliqua particulariter annotabo ex his, quæ aut conferunt, aut nocent. unde, & si diætā in alijs etiam conferat ægritudinibus; tñ in hac passione magnam uidetur habere prerogatiuā; propter quòd diligēter stude in eius debito regimine. & de nocentibus sunt aer grossus humidus; qualis, qui circa lacunas, & stagna; præparat enim iuncturas ad recipiendam materiam. item aer subtilis ualde, & omnis excellentis quantitatis, item fumus metallorum, & specialiter argenti uiui, item uenti, ut supra. item omnis cibus difficilis digestionis, & multæ quātitatis, multum nutrimenti, multum humectantis. unde Aui. Oportet, ut euitet carnem in eo, quod factū est in hac ægritudine, idest dum infestat ægritudo. q̄ si necessariū fuerit uti ea, aut propter debilitatē, aut propter aliā causam detur, quæ sit faci-

lis digestionis, paucarum superfluitatum, & in pauca quãtitate, ut est caro perdicum, auicularũ paruarũ, ut statim de conuenientibus. de uino dicendũ, ut suprã, quòd inimicum est. unde Auer. Oportet, ut dimittatur uinũ omnino, usquequo sanetur sanatione integra. quod dictum exponunt aliqui, p̄ tempore afflictionis, & talis dimissio debet fieri gradatim præcipuè in assuetis, considerãt tamen multum ætatem, uirtutem cum hoc: unde stante debilitate dant uinum omni tempore morbi. quidã, q̄ intelligitur de p̄seruatione ut quia dimissio uini omnino gradatim facta præseruat, ut suprã de præseruatione. certè nostro tempore, & in Italia, & ultra mōtes homines ita dediti sunt uino, ut uideant cū dimissione uini perdere uitã; & ideò oportet, ut medicus prudenter agat. fructus euitet, ut suprã de præseruatione.

Euitet somnum diurnũ maximè, si p̄cessit nocturnus; aliter oportet te in hoc moderare: itẽ fortes, & ultimas uigilias: motum, & quietem superfluè factos, ut de præseruatione. balnea humida, inanitione, & coitum, repletione, iram, tristitiam, & hm̄oi, ut suprã de præseruatione. & tu ibi. Cõueniunt aer bonus nõ excessiuus in qualitatibus proportionatus materiẽ peccanti, ut suprã de præseruatione. ex cibis laudabilis nutrimenti, facilis digestionis, pauca superfluitatis. unde conuenit panis benè coctus, fermentatus, modicũ salitus; immò cibaria omnia meliora sunt, quando sunt conuenienter salita. carnes conueniunt montanæ; ut perdicum & aliarum bonarum auicularum, caro leporis, capreoli, & carnes paucarum superfluitatum, de quibus suprã in præcedenti rubrica. ex ferculis conueniunt farrum, chist hordei, panis decoctus, item factum ex bliti, spinachiis, scœnugræ. petrosell. boragine, brodium cicerum rub. & maximè in declinatione, & quando præcessit euacuatio, & quãdo est necessarium diuertere materiam per uias urinæ, & huiusmodi. ex fructibus conueniunt passulæ, amygdalæ dul. & conquinatum cum lacte earum caricæ, phistici, & huiusmodi ut suprã in præcedenti rubrica. potus in materia cal. est aqua hordei, in frigida uerò aqua mellis, ut in præcedenti rub. nota tamen secundum aliquos uinum clarum subtile pauciferum posse concedi in declinatione, & cum dolor infestat, quia in principio debet patiens uti tenui diætã ad prohibendum fluxum, ut dictum est suprã, & vi. cap. de fluxu. tu tamẽ uirtutis tenorem considera. & ad specialia ueniens dico, q̄ in sanguinea existente feb. da sicut ptisanam, succum granatorum muzorum, & dul. & rege regimine morbi acuti ad ministrando frigida, & styptica sanguinem ingrossantia, & inspissantia, & eius fluxum prohibetia, ut in canone de præseruatione dicebatur. & conuenit in potu aqua decocta cum uino granatorũ, item & aqua ipsa cum zuccher. ro. q̄, si fuerit absque feb. da ex eis remissiora: unde in assuetis poterit dari uinum lymphatum nigrum; etiam si uidebitur aqua chalybeata. quòd, si fuerit ex cholera; competunt consimilia, sed intensiora; ut granata acria, aqua ipsa frigida, itẽ aqua cum syrup. acetoso simplici, item cum syru. de acetositate citri, de ribes, de lymonibus, de agresta, & berberis, & huiusmodi. his conueniunt blitis, spinachia, cucurbita, & huiusmodi. & lens est cibus eis conueniens, item geladorcia acetosa, & similia. & in declinatione competunt frigida aperitiua, & euitent, ut suprã de præseruatione ex his, quæ dicta sunt apta nocere: & tu ibi. & licet ita sit, quòd uti debeant his, quæ inspissant, & ingrossant; ut sunt in sanguinea frigida, & sicut in cholericã frig. & hum. non de facili corruptibilia; tamen, cum cessauit fluxus; debent ab his declinare, & uti quæ in frigidant, & exiccant in sanguinea, sed quæ non multum inspissant, & in cholericã, quæ in frigidant & humectant, sed non multum. unde hic certa regula dari non potest; sed oportet, quòd medicus ea inueniat intensiora, & remissiora, ut ipsa exigat dispositio. in phlegmatica uerò diætã sit in principio ualdè subtilis. unde quidam non dant nisi semel in die cibum, & pauci nutrimenti; sed oportet uirtutem hic benè considerare. unde tolerantia famis est eis iuuatiua ualdè. aquam puram non bibant, item sitim patiantur, potus eorum in principio sit aqua mellis absque speciebus; in processu uerò poterit dari cum speciebus. itẽ in assuetis uinum multum lymphatum, ubi etiam esset uirtutis debilitas, de quo modo in dubijs. item ubi uirtus sit

A fortis, competit panis furfuraceus conuenienter salitus. & ex oleribus conueniunt borago, scœniculus, petrosellinus, origanum, sparagus, & huiusmodi, maximè in cessato fluxu item conueniunt ex fructibus, ut suprã de præseruatione; ut dactyli, phistici, pinæ, caricæ, porrum in parua quantitate, allium coctum, mel, & mellicia. ex carnibus laudatæ bonæ calidæ, de quibus. iii. tract. ut pipionum, castrati, leporis & huiusmodi; & tu ibi. etiam assatæ, & cum aromatibus in sapore mellito. in melancholica uerò totum regimen conuertatur ad calefactionem, & humectationem, & caueatur omne regimen exiccantium; quia sic materia induraretur. sed hic nota, q̄ in principio etiam styptica conferunt prohibendo fluxum, & ingrossantia aliquantulum; sed minus, q̄ in alijs. tu tamen aduerte in omnibus, nec sic iugrosses, ut oppilationem facias, cruditatem, ac indigestionem inducas. de cæteris pertinentibus ad alias res non naturales recurrere ad ea, quæ posita sunt suprã de præseruatione, & de cõferentibus, & nocentibus in hoc casu: & tu ibi.

ETIAM expedito complemento primi, quod satis apertum est ex iam dictis, & ex his, quæ suprã de præseruatione accedo ad expeditione secundi, in quo medicus debet esse non minus attentus, q̄ sollicitus. tu itaq; primò attẽde si dolor est tolerabilis, aut nõ. quòd, si non; à sedatione eius prius incipe; deinde ad causam eius. q̄, si fuerit tolerabilis; non multũ instas à causa eius inchoa: nã regulariter operando prius est cã reiicienda, ut in princ. operis dictum est. & qm̄ dolor talis cõiter cõsueuit esse multũ infestus; hinc ab eius sedatione initium faciam. & propter hoc secundò scito, q̄ sedantiũ dolorem quãdã hoc agunt à proprietate, quãdam à complexione, quãdam ab utroq; & de his etiã infra de dolore dorsi. exemplum primi; ut sunt bolus ar. terra sigil. ossa humana adusta, ut. xii. continen. pes testudinis, rana uiridis, mustela, uesica apri, magnes, peonia, caul. radix matricariæ, & huiusmodi plura de quibus ru. de sciatica, & de podagra: & tu ibi. quæ autem conferunt à complexione, diuersificatur; quoniam earum aliqua sunt tẽperata omni dolori ex quacunq; cã. s. fri. uel cal. conuenientia, qm̄ sua complexione alterant, & remittunt, & sua caliditate tẽperata materiam resoluunt, & partes membri molliunt, & tractabiles reddunt maximè, si lenientia sint; unde extensionem melius tolerant, & sic dolorem mitigant. quòd, si fuerint exiccantia; extensionem congregant, & non remittunt, & sensum, & calorem confortant. & ex his sunt simplicia, & composita; ut scœnugræ. chamæmilla, althæa, semen lini, ro. oleum omphacinum, ro. uitellum oui, lac, absynthium, melilotum, & hm̄oi. & hic attende, quòd per temperata intellige talia similiter, & calida usq; ad primũ. quẽdã sunt cap. & in his sunt gradus; quoniam alia intensiora, alia remissiora, similiter est de frigidis. quæ aut utroq; modo sunt ex his cõposita, & simplicia etiam, quæ sua complexione manifesta opponuntur; ut lutum arme. in causa cal. & de his omnibus ad plenum exemplificabo allegatis rub. item in hac ru. ponam plura composita ex his simplicibus exemplificandis composita. nota tertio, q̄ in horũ applicatione, siue approximatione ordo talis seruetur, q̄ prius incipiamus cum his quæ hoc agunt à proprietate; cū sint efficaciora his, q̄ agunt à cõplexione. itẽ, quia, si accidat error in cognitione causæ ex horũ approximatione non infertur nocumentum. itẽ ex eis etiam non timetur repulsio materiæ ad principalia, itẽ neq; nocumentum in iuncturis, dummodo sint temperata. postea uerò administrantur, quæ agunt à complexione anodina tẽperata, aut parũ excedentia simplicia, uel composita cum ex eis non timetur error, ut de prædictis. deinde ascende ad intensiora calida in frigido, & in calido ad frigida, & in mixto ad mixta æqualiter, uel inæqualiter, ut exigat dispositio. quòd, si non sufficient; tunc in tempore isto medio euacuatione sollicita, & diuersione ascende ad fortiora, & usq; ad narcotica. ultimò, si uidebitur expedire; nam facta euacuatione, & diuersione nõ erit timor de repulsioe, quæ noceat. & talia administrantur aut per modum unguenti, aut cerotarii, aut emplastri, aut embrochæ, aut saccellatio. aut uaporatorij, aut epithematis: item per interius clysterizando, aut per os dando, ut dicetur. nota quartò, quòd ut quarta primi primo capitulo in talibus oportet mutare

medicamina, ne ex assuefactione natura patiat; & ideo uaria medicamina, & non intentionem. nota quinto, q̄ alia debentur in principio, & alia in aliis temporibus: debent talia remitti à calidis plus in statu, & declinatione, quam in augmento, ut de apostematibus sæpe dictum est. unde in principio confert hoc medicamen. ℞. fœnugræ. triti sufficienter, & cum aceto cōmixti, & super ipsum deinde fundatur mel, & decoquatur, donec coaguletur, & extendat̄ super pannum lini, & circa locū ponat̄, & dimittatur duobus diebus, aut tribus. & eius exiccationi, si exiccabitur, succurrat̄ cum oleo rosæ. in augmento uerò, & statu ualet medicamen factum ex mucillagine fœnug. & semine lini conuassati c̄si oleo sisamino decoquat̄ ad grossitiem mellis, & fiat, ut dictum est. in declinatione uerò confert emplastrum ex caulibus, & apio factum, & sic proportionabiliter de alijs agas. ego autem te copiosum faciam de multis remedijs. nec me redarguas de prolixitate; quoniam in talibus medicus non potest esse nimis plenus. & iterum replico, q̄ prius causa est reijcienda: & ideo in talibus ego in isto prius, quantum plus possum euacuationi, & diuersioni: nam plus ex his fit, & reperitur iuuamentum cum dicta quam cū remedijs localibus: & tu quoq; similiter age. iterum à leuioribus inchoa, maximeq; age à complexionē, & gradatim ascende, nisi magna te cogeret necessitas, ut statim ad stupefactiua, & narcotica te transferas. & si dubitares de spasmo, syncopi, feb. & huiusmodi; tūc appone frigida, stupefactiua leuia, actu talia, uel potentia. unde in principio cogente fortitudine doloris, administrare potes aquam frigidam actu, & calybeata est minus mala, & ego iam expertus sum pluries in principio, & contulit magifice, & cum honore discessi. unde Auic. uigesimasecunda tertij de narcoticis sedantibus dolorem inquit. & ex eis, quæ aperta sunt, est effusio aquæ plurimę, cum non sunt ulcera. & de his narcoticis infra. sed hic nota tria. primum, q̄ infirmitas sic in principio posita debet canonicè magis applicari iuxta iuncturas, quam supra iuncturas: de isto particularius infra. secundò, q̄ talia frigida non permittantur stare longo tempore super iuncturas; ne ex eorum longa mora materia existens in superficie accentretur, & in loco incunietur. tertio, q̄ circa locum iuncturæ; quia supra locū ipsius debemus audacius cōtinuare hæc frigida usq; ad cessationē doloris donec securi sumus de cessatione fluxus. in augmento uerò, & statu fortioribus utemur remedijs de quibus infra, quæ erunt stupefactiua fortiora; aqua enim frigida stupefactiuum est debile, & domesticum, in quo habui certè honorem, & maxime causa existente calida. declinante uerò dolore, tunc redeas ad certam curam; quia ad euacuationē, hoc est attende causæ ipsius. unde in principio quidam, & est usuale, applicant emplastrum factum ex mica panis grattulata cum lacte uaccino: alij cum humano, uitellis ouorum, oleo rosæ. item ex solo lacte, & mica panis adiuuicem benè incorporatis his entibus tepidis dolori subueniunt: & hoc in principio principaliter causa existente calida; sed tamen & in frigida conueniunt, quia anodina. itē confert medicamen de fœnugræco pauloatē positum. item ubi materia sit frigida, confortet emplastrum de caulibus recentibus, & apio. & fortius illo est medicamē factum ex oleo irino, farina fœnugræci, farina cicerū, mel le, & pauco uino styptico cum aliquantulo oleo rosæ. causa existente frigida. item frigida in principio ualentia sunt lac, oleum uiolatum, rosæ. de oleo omphacino, oleum de nenuphare, mucillago psyllij, oleum ablutum, & huiusmodi, de quibus infra rub. de dolore podagrico. & ex compositis ℞. uitella ouorum cum suis albuminibus, & conuassentur cum farina hordei, oleo rosæ. & modico aceti, & emplastrantur. item & fortius est succus cannæ humidæ cum oleo rosæ. & modico aceti, & lenticulæ succo. item ad idem mucillago psyllij, succus solatri, & uirgæ pastoris, uel semperuiuæ, uel endiuiz, uel cucurbitæ, uel cucumeris. item & succus iusquiami cum oleo rosæ. & aceto, & epithemetur locus. itē & fortius addas succum mādragorę. & ex ultimis est opiū cum lacte mulieris dissolutum cum cera, & oleo rosæ. mixtum; sed eius quantitas sit parua. & propter eius nocumentum scito, ut supra, quod crocus, myrrha, thus, storax, casto

E reum, cassia lignea corrigunt eius nocumentum: & ideo cum eo commisce. item embrochatio facta ex oleo chamæ millino generaliter corrigit omnem malam impressionē ex opio, uel alio narcotico in membris factam. dicitur, q̄ theriaca confert omni dolori, & maxime dum materia in fluxu: quod credo uerum de theriaca noua. item ad idem succus citoniorum cum aceto, & modico opij, & succo solatri. & hic attende canonem, de quo infra rubrica sua, q̄ in dolore sciaticæ in principio abstinendum est à talibus repercussiuis. unde Auic. uigesimasecunda tertij de cura doloris iuncturarum inquit. Nisi in sciatica: nam repercussio in ea retinet materiam in profundo: quare patet, ut fiat paulatim, aut debiliter, aut dimittatur, & sit occupatio cū eūone. & antequam ab eo, quod inceptum est, discedam; plura ponam repercussiuia debilia, fortia, & fortiora sic in principio conferentia, magna existente necessitate, ut supra, & non aliter. ℞. opij. 3. iij. croci. 3. i. terantur, & cum lacte uaccino, & medulla pannis fiat emplastrum. item ℞. feminis iusquiami nigri. 3. vi. opij. 3. i. croci. 3. 5. uini dulcis quod sufficit ad incorporandum, & cum cera fac unguentum. aliud fortius. ℞. opii, seminum iusquiami al. psyllij, acaciæ, radices granati quod tibi uidetur, & cū lacte uaccino administra. aliud. ℞. aloes. 3. x. suc. iusquiami albi. 3. vi. iusquiami nig. 3. iiii. hypoquistidos. 3. x. croci. 3. iiii. decoquantur in aceto pomæ mandragoræ, donec dissoluantur, deinde proiice super medicinas, & fiat ex eis linimentum. item mandragora trita cum butyro, item storax, opium, & ex his fac epithema. item psyllium infundatur in aqua calida, & cum inflatur, conuassetur cum oleo rosæ. & cum totum frigefactum fuerit; ponatur circa iuncturas. ego autē usus sum unguento populeon descriptione Nico. maxime in calidis; & contulit, item succis frigidis, & aqua frigida; nam in aliis non reperitur iuuamentum ita subitum, ut in his, & specialiter in aqua frigida. unguentum ad hoc. ℞. opii, corticum mandragoræ. ana. 3. v. confice cum melle, & aqua, & succo portulacæ, uel iusquiami, & applicetur loco à quo remoueat̄, cum dolor cessare incipit. causa autem existente frigida cōmendatur. ℞. eupatorii, pirethri, amoniaci, costi, hermodactylorum. ana. 3. i. succi ebulorum decocti in modicum causę suspensæ in caldario, donec inspissetur lib. 5. fellis bouini tantundem, terbentina. 3. ii. succi radices bryonię lib. 5. olei. 3. iiii. ceræ quod sufficit. terenda terantur, bulliant ad spissitudinem unguenti. & pro complemento, & apertione primi notati ex tribus pauloante positis aduertendum, q̄ sic instante, & infestante dolore duæ insurgunt intentiones, quarum una est ad repellendū materiam fluentem, & quæ iam in loco colligitur: secunda autem ad prohibendum, ne amplius materia fiat. & in primo casu debent repercussiuia super locum doloris apponi & in secundo supra iuncturam. & prohibentia à repellentibus differunt; quia prohibentia debent esse purè styptica unde Gerardus super. ix. Almanf. emplastrum ponendum circa locum debet esse purè stypticum. & hic aduerte canonem Auic. inquit de cura podagræ. Repercussio autem materiei à membro non oportet, ut fiat materia existente fortis effusionis plurimæ resumptionis; illud enim facit res duas malas, quarum una est, q̄ facit materiam inobedientē & est contrarium motui eius. quare accidit dolor magnus & cum accidit huiusmodi, tunc cessa, & occupare cum lenificantibus, idest, mollitiuis anodinis. & secundū est; quoniam fortassis conuertitur ad membra principalia: quare accidit timor, & cum, materia non est plurima, aut pro restauracione; tunc non est malum repellere eam in primis, cum est nisi in sciatica; nam repercussio in ea retinet materiam in profundo. quare oportet, ut fiat paulatim debiliter aut dimittatur, & sit occupatio cū euacuatione uera. uult ergo Auic q̄ in principio materia existente multa occuparis in euacuando, & reperiendo debiliter, & tu confidera. & utile in hoc à causa calida. ℞. sumach. myrtillorū, boli arme. ana. 3. 5. sandali albi & ru. acaciæ, gallarum, psidiz, balaustiarum. ana. 3. i. olei rosæ. 3. ii. aquæ rosæ. plantaginis. ana. 3. iiii. farinæ hordei, uel lentium. 3. ii. confice emplastrū materia autem existente frigida sic ordina. ℞. gallarum foliorum cupressi, myrrhæ, malticis, thuris. ana. 3. iiii. gummi arabici

Aqua frigida stupefactiuū debile, ac domesticum.

Theriaca quæ anodina.

arabici, sandaracæ. ana. ʒ. ij. farinæ cicerum, aut orobi. ʒ. ii. confice cum aqua ferrariorum, in qua coquantur sauina, & folia myrti. sed tempore prohibitionis interim debet apponi super locum causa existente calida illud, quod malâ complexionem alterat, & dolorem mitigat; ut uerbi gratia, facilius linimentū ex mucillagine psyllij, althææ, & maluz, & oleo pinguedine gallinæ, & pauco aceto. & in frigida ex mucillagine foenugræ. seminis lini, althææ, butyro sine sale, oleo sisamino masticino, nardino, pinguedine anatis, & quidam addunt cinerem radicū caulīs, & farinam orobi. aliud prohibitium in causa frigida. R. aloes, myrrhæ, mastice, licij, acaciæ, gallarum. ana. & tu in composita materia, ubi calida uicerit frigidam; adde frigidas medicinas supra calidas: & e contra, si pars frigida uicerit. & breuiter dixit Ras. de iuncturis, q̄ in princ. utemur frigidis stypticis; & in declinatione mollificatiuis dissolutiuis, & in medio; quia in augmento, & statu; compositis; sed diuersimodè; quoniã in augmento debent repellētia uincere resolutiua, & plus quanto plus augmentum appropinquat in princ. sed in statu debent æquari. & quanto plus procedit status ad declinationem; tanto plus debent resolutiua uincere: uerū tamē tam in gradu repellentium, quàm in gradu resoluētium debet fieri uariatio secundum materiam dolorem causantē & tam hoc in materia simplici, quàm in composita; nam, si materia cholericâ fuerit; repellentia in frigiditate debent sumi intensiora; in stypticitate uerò, & siccitate remissiora & adhuc remissiora in stypticitate, & in materia melancholica; item & remissiora in frigiditate, & in sanguinea remissiora frigida, quàm in cholericâ, & in phlegmatica adhuc remissa magis; sed in siccitate in his intensiora, quàm in cholericâ. unde Sera. Si itaq; uincēs de humoribus est sanguis; oportet, ut eligantur tam res infrigidantes, quàm humectantes: & si uincēs est cholera citrina; oportet, ut eligantur cōtraria illarum scilicet in humectatione, quàm in sanguinea etiam magis infrigidantes. & si uincens est phlegma, aut melancholia; tunc indigent correctionibus calefacientibus idest minus infrigidantibus in princ. sed nō oportet, ut sint exiccantes, aut humectantes in forma una; quia materia phlegmatica indiget medicina calefaciente, & desiccante, & melancholia humectante; nam exiccantes exiccant materiam melancholicam, & indurant. unde fit earum resolutio difficilis, & euacuatio etiam. & humectantes faciunt acquire uelocitatem resolutionis, & facilitatis euacuationis, ut supra de melancholia. & pone medicinas in causa composita secundum compositionem humorum æqualem, uel inæqualem. iudicio medici arbitratio habetur, & nō aliter. & ut dictum est rub. de podagra, ponētur simplicia cal. & frig. ex quibus componere poteris: & tu ibi. quidam aut sic instant dolore operantur, ut Placētins, & specialiter cā exillente sanguinea, uel cholericâ; q̄ statim faciunt phlebotomiam diuersiuam, & hoc à princ. ut. s. si dolor fuerit in pede dextro; phlebotomant in manu dextra: & e contra, si in sinistro; in sinistra. quod, si fuerit in manu; phlebotomant pedem eiusdem lateris; deinde consequenter sollicitat euacuationi per pharmaciam cum pilulis de hermodactylis, & hmōi in cholericâ, de qua euacuatione in suo loco. deinde inungunt pluries in die locum dolentem cum oleo ros. & uult esse ro. ex oleo omphacino, uel cum oleo myrtino, uel de nenuphare non frigidando; sed leuiter cum penna. uel epithemant cum succo solatri, semperuiuæ, plantaginis, & huiusmodi, & continuant usq; ad cessationem doloris, uel eius mitigationem; deinde procedunt cum resolutiuis non attractiuis, & doloris mitigatiuis; ut sunt oleum de chamemilla, anethi, mucillago althææ, oleum seminum lini, & huiusmodi anodinis calidis: & deinde ascendunt ad intensiora, quando nō dubitatur de fluxu nouæ materiæ, & q̄ dolor ex toto cessauerit. & in eo casu faciunt eos omnino abstinere à potu uini; quia dicunt nihil deterius esse eo in passionibus neruorū, articularū, & cerebri, siue materia fuerit calida, siue frigida; quoniam de proprietate portat superfluitates ad neruos, nodos, & cerebrum. & exhibent aquam hordei, aquam decoctionis prunorū cum zuccharo ro. specialiter in causa cal. item ualet aqua decocta cum uino granato, & paucissimo zucc. deinde ordinant dietam ex rebus

A frigidis, ut dictum est; & hoc in cal. q̄, si fuerit ex materia frigida phlegmatica, uel melancholica; uidentur abstinere à phlebotomia, de qua in dubijs. & sollicitant euacuationē cum pilulis de hermodactylis maioribus, & similibus, ut in fra. & diuersioni, & prohibitioni fluxus materiæ, & in hac non exhibent narcotica sicut in cā calida; sed in frigida mixta cum calidis, & styptica; ut oleū ro. cū oleo de absinthio, & similibus. unde aduerte de narcoticis, ut de tenesmo, q̄ ultimo loco sunt applicanda, quando. s. alia non conferunt; compingunt. n. materiam in loco, & ingrossant, & eā ineptam reddunt resolutioni; quare nec eis utēdum est nisi ut dixi; & si utentur, non sunt diu continuanda. secundò aduertendū, q̄, quia in dolore tali ex materia frigida dolor non est multū infestus: & ideò in princ. debet sollicitare euacuationem, & diuersionem: & cum quibus dicitur statim, & omittas localia repellentia; & ideò ex eis nihil; secus. n. est in cā calida; & tu considera causam superius assignatam quare à localibus sic in princ. est abstinendum. in princ. datur aqua mellis, & postea potest concedi uinum lymphatū maximè in debilibus, & assuetis.

B V ENIO itaq; ad complementum tertii, quia ad euacuationem cum diuersione; & prius expediam, quid circa euacuationem curandū est, & primò, q̄, ubi materia fuerit sanguinea, aut sanguini mixta; competit phlebotomia diuersimodè tū, ut paulo ante allegatum est. sed duo prius aduerte primū, q̄ per ipsam non fiat tractus super principale. s. m. q̄ phlebotomia non fiat in opposito, si membrum tale fuerit debile, aut propter apā, aut quia consuetum sit pati dolorem, aut aliter quomodolibet debilitatū, & trahatur quāritas s. m. tenorem uirtutis, ætatē, magnitudinem doloris, & quantitatem materiæ peccantis. q̄, si fiet in muliere podagra ex retentione menstruorum; erit maximè conueniens. deinde utendum manna, thamarindis, casia, prunis, aqua fructuū, & hmōi remittentibus acuitatē, siue feruorem san. de quibus ad plenū supra. iiii. trac. & in casu laudant pilulæ de hermodactylis minores descriptione Mes. itē. R. pulueris hermodactylorū alborū mūdatorū à cortice suo. ʒ. i. ʒ. diagridii. grana. iiii. zucc. ʒ. ii. ʒ. zinziberis. ʒ. ʒ. puluerizent, & scammonia non multū puluerizata in fine addat, & omnia simul misceantur. minores dosis, ut uidebitur. detur in media nocte, & post bibatur aliquid uini, & dormiat post par. ii. uel. iii. horas. deinde non dormiat, & expectet eūonem bis, uel ter, antequam comedat, & bibat lauatium hoc medicamen. item laudatur, ut claudos rectos ambulare faciat, & quia de his ad plenū in de podagra, & de sciatica; hinc à multa solutiouum narratione supersedeo.

C Nota secundò, q̄ in principio nō debes uti medicina solutiua ualdè forti, & calida, & præcipuè in magna quantitate; quia illa poneret humores in fluxu, & faceret currere humores ad locū, sed benè medicina forti in parua quantitate. tertio, quod medicina non sit euacuans phlegma solū, quoniã sic remaneret cholera faciēs phlegma, quod remanet ad mēbra currere aliqñ subtiliando. & laudatur ab Aui. & aliis hermodactylus; qm̄ post eius euacuationē derelinquit in mēbris stypticitatem: ppter quod membra confortantur, & prohibentur fluxus humorum ad ea. alia autem solutiua meatus membrorū dilatatos relinquunt. item loco hermodactylorum datur pes coruinus; quia succus eius, & non uidetur ita stomacho nociuus, sicut hermodactylus cū quo oportet ponere zinz. piper, cyminum, & hmōi pro eius correctiuo, ut in Mes. item ualent pilulæ foetidæ, item pilulæ de hermodactylis maiores, item pilulæ aggregatiuæ Mes. item lapis armenus. item ualet medicamen ex zinzib. pipere, agarico, medulla carthami, & radice pedis coruini sed, ut dictum est, ponentur talia in causa cal. aut frig. ualētia rubrica de sciatica, & podagra. supremè laudatur uomitus; quia cum hoc euacuat specialiter, causam anteccedentem etiam diuertit, & maximè in sciatica, & podagra dolore existente in parte inferiori. unde spontaneus, siue medicinalis est maximè faciendus. & specialiter causa existente frigida. uomituum commune. R. radice raphani. ʒ. i. seminum anethi, atriplicis, sinapis, cœparum. ana. ʒ. ʒ. pistentur & bulliant in unc. viii. aquæ, donec quarta sit consumpta. colentur, & cum colatura addantur. ʒ. ii. oxymel-

lis compositis, uel scillitici. datur tepidum per horam, post quam uenter fuerit repletus ex faseolis, coepis, porris, piscibus salitis, & huiusmodi, & hoc de uomitu, & alias supra. 13. ca. propria rub. aliud facilius hoc decoquatur raphanus in aqua, ubi sit acetum, & oleum amygdalarum dulcium, & coletur, & ex colatura recipiat parapsidem unam, & sit tepidum; deinde cum penna prouocetur; & hoc post assumptum cibum, ut dictum est; etiam ante fieri posset. fiat clysteria, & suppositoria, ut dicitur de podagra, & sciatica.

Friciones, & alia diuersa etiam fieri possunt; ut uentosa rum applicationes in parte opposita; & hoc in principio dato, quod sint in usu, unde in summa existente dolore in parte superiori magis competit euacuatio per inferius: ubi autem e contra magis, & euacuatio per superius, unde Auic. Vomitus est magis iuuatiuus ei, quam solutio uentris, & maxime quando dolor est in inferioribus. aperitiua etiam conueniunt diuertendo, quae, ut infra cum prudentia exhibenda sunt, & ueniendo ad complementum tertij scito, quod saltem materia existente phlegmatica uiscosa, quae est secundum plurimum, non debet fieri euacuatio saltem fortis, siue notabilis, nisi prius praecesserit digestio; ne subtile euacuetur, & grossum, & spissum remaneat, quod ex ipsa redderetur ineptum euacuationi, & resolutioni. & dicitur saltem; quia ubi materia fuerit phlegmatica subtilis, fluida, non inconuenit, quod eius fieret euacuatio non praecedente digestionem. & sic tollitur contrarietas Rasis, & Alexandri.

EX PRO digestionem materierum nota, quod oportet hic tria principaliter considerare. primum est humor digerendus, secundum locum situationis membri, tertium uia, per quam habet materia transire ad locum expulsionis; quia ipsa remota est ualde a uis ductuum, & in ipsis maxime inuiscata, & non nisi forti medicina, & reiterata educibilis, ut dixit Auic. cum per strictos canales habeat pertransire. unde, si aphorismus habet ueritatem, quo inquit Hip. Corpora cum quispiam purgare uoluerit; oportet fluida facere; maxime habet in hoc casu. haec itaque digestio fit cum adquantibus materiam uirtuti expulsiua; qualia sunt subtiliantia, incidencia humorum uiscositatem, quae est secundum plurimum in causa, & inspissantia subtilem, qui est de se aptus fluere ad iuncturam, de quibus omnibus exemplificabo statim locus, qui est membrum generans, & mittens; ut uerbi gratia, quia digestiuum debet habere respectum ad ipsum ut ad cerebrum; si fuerit illud de complexionem; frequentius a nonnullis suspectum scribitur, aut ad hepar, ad stomachum, aut ad splenem, aut ad corpus totum. item & membrum recipiens, quod est iunctura, apponendo, quae iuncturas, & neruos recipiant; ut hermodactylus, acorus, & huiusmodi, de quibus infra. item & exterius applicando, quae digerunt, ut supra primo ca. tractatus sexti. nam ita cum emplastris, & huiusmodi digeri potest materia; sicut cum portionibus; & tu considera.

Via autem consideratur aperiendo eam, & habituando, ut per ipsum facilius educatur humor, & ad loca expulsionis perueniat: hoc autem non completur, nisi cum aperitiuis. sed nota, quod aperitiua etiam sunt suspecta; ne sit causa praecipitationis materierum in iuncturas; & ideo non sunt exhibenda fortia; sed leuia moderata styptica, uel ex se, uel per commixtionem stypticorum cum eis. & si nuquam sunt suspecta; maxime sunt, quando dolor est ex materia a capite rheumatizante, ut supra de catarrho; & tu ibi uide canonem. item fortia aperitiua sunt causa resoluendi subtile, & ingrossandi & gypseandi; & ideo errant, qui in principio utuntur aperitiuis fortibus. & hic aduerte, quod potetius operatur, quae sunt a proprietate talia calida, uel frigida, quae allegata sunt in praecedenti rubrica, & in praesenti. unde in causa frigida ualent calida numerata; ut stoeccados, hyssopus, pes colubinus scilla, polium, anethum, keiri, rubea, acorus, praonia, garyophyllus, aristolochia, semen rutae, & gentiana, cyminum & maxime in uentosa, cinnamomum, os humanum ustum in potu sumptum, sauina sicca, & semina calida; ut anisum, semen foeniculi, apij, petrosellini, & huiusmodi materia per uias urinae deriuata. & in causa calida ualent rosae, cichorea endiua, coriandrum, myrtus, lenticula, lactuca, & hmoi, quae humorem inspissant, & stypticant; ut granata, de quibus in

praesenti rub. item aduerte, quod non raro oportet haec adiuuante commiscere; quoniam raro est, quod materia non sit mixta; & ideo commisce calida cum frigidis ea proportione qua de materia commixtione coniectura uerisimile fecisti. item commisce semper, quae digerunt ad membra, uel mittens, ut ad hepar, si fuerit illud; aut ad cerebrum, si fuerit illud, quod est plerumque; ut Gal. & consimiliter de aliis. item quia materia non raro est grossa uiscosa; ideo indiges incisuius subtiliatibus, & hmoi; quare acetum, & acetosa et in hoc conueniunt casu. debet tamen talia non multum esse acetosa; quia, ut supra rub. de iuncturis, acetum maxime nocet neruis; & de hoc in dubiis. laudat itaque oxymel simplex, & scilliticum cum melle ro. & maxime materia existente frigida grossa uiscosa, item oxymel compositum. dixit tamen Auic. de cura doloris iuncturae, & podagrae. Et oxymel propter sui acetositatem non est magni iuuamenti. item laudatur syrupus de stoeccados descriptione Mel. ad idem Rec. acori, radice arthritica, betonica; capilli ueneris, endiua lupulorum, melissa, pedis coruini, stoeccados ara. saluia ana. M. i. ros. M. ii. fiat decoctio; deinde cum sufficienti quantitate zuchari fiat syrupus. idem fieri potest ex betonica, saluia, stoeccados, & ros. & acoro. aliud Recipe iuxta, betonica cum sua radice, saluia, camedreos, camepitheos, pedis ceruini, eupatorii, ualeriana, pentaphilon, ana. M. i. radicum foeniculi, spargi, brusci, graminis. ana. 3. i. anib, foenicu. ana. 3. i. saluia sicca. 3. v. foliorum rosarum. 3. vi. polypodii. 3. ii. mellis despumati lib. ii. aceti scillitici. 3. iii. fiat oxymel, & aromatizetur cum nuce muscata, & cortice citri.

Item etiam in causa frigida Thadeus dabat oxymel compositum, & oxymel scilliticum. ana. 3. i. com uino calido. quidam ut Cermifonus dant syrupum de calamento, & syrupum de stoeccados cum melle ro. colato cum aqua saluia, & iuniperi & aromatizant com puluere rutae siccae, & polii. item & syrupum de eupatorio cum melle ro. colato, & puluere aristolochiae cum aqua saluia. & in causa calida ualent frigida numerata; ut sunt rosa, endiua, coriandrum, lenticula, lactuca, & hmoi frigida, & styptica, quae choleram ingrossant, & prohibent fluere materiam subtilem; ut est syr. de myrto, ros. & huiusmodi. sed hic aduerte, quod cum his frigidis commiscenda sunt ex calidis dictis aliqua, quae digerant illa frigida ad membra laxa. item ut conseruent eorum naturam: tertio quia raro materia sic fluens est absque mixtione materiae grossae; ideo admiscenda sunt, & ex compositis laudatis. & endiua, lactuca, lupulorum, lenticula, coriandrorum. ana. M. 5. rosarum quartam. M. i. stoeccados. M. 5. radicum foeniculi. M. i. succi endiuae, succi citoniorum, & granatorum acetosorum. ana. 3. ii. decoquantur herbae, de qua decoctione. 3. li. ii. & addatur succi, & cum zucharo albissimo fac syrupum, quem aromatiza cum sandalis. & consimiliter compone ex aliis frigidis stypticis tibi magis gratis, de quibus ad plenum supra de fluxibus. & hic aduerte, quod cum hic morbus sit debilitans, ac prosternens uirtutem, & deiiciens appetitum, laedens stomachum neruolum, & reddens cibos sibi consuetos iam horribiles; tua tota intentio debet esse in conficiendis nedum digestiuis; sed etiam solutiuis, & aliis ita delectabilibus, ut aegro sint quam maxime grata esse possunt conficiendo & ultra ipsa digestiua sub forma electariis trazeae, confectiois, & hmoi; ut gratius infirmo esse cognosces. & consimiliter in cibis ex aromatibus calidis, aut frigidis, & fructibus, balsamentis, & huiusmodi, ut supra de ordine dietae actum est.

POST ATEM determinationem de digestiuis agendum est de euacuatione, & solutiuis: quae quidem sunt maxime necessaria in cura doloris iuncturarum materiali, de qua ad praesens sermo fit, cum euacuatio materiae ipsum a loco remoueat. fit itaque haec euacuatio altero duorum modorum; aut phlebotomia, aut pharmacia ipsa. in qua quidem tali euacuatione considera prius uirtutis tenorem: secundum materiam ab ipso corpore euacuandam. phlebotomiam autem facias, si non obstant aliqua, & maxime si fuerit sanguinis multitudo, ac dolor ab ipso pendens sanguine, aut humore ipsi sanguini admixto. unde Aui. Et, si fuerit sanguinea aut cum dominio sanguinis; oportebit, ut admittres phlebotomiam ex parte contraria: & si fuerit cois iuncturis; tunc ex utrisque partibus simul. & aduerte, quod. 12. continen. scribitur. Si quis habet dolorem in pede dextro; fiat phlebotomia.

phlebotomia de basilica dextra: si in sinistro, de sinistra. & sic uideretur conuenire dictis Aui. propter quod Gētilis dicit dictū Aui. debere intelligi, quā est ultimata repletio; nā tūc, quia intētio est ad euacuationem, & diuersionem à toto licet transire per duos diametros. quā uerò non est ultimata repletio, & non intendimus ad euacuationē; sed ad diuersionem solū; sic possumus phlebotomare de basilica, siue de saphena eiusdem partis, & sic cessat cōtradictio. & hic nota uerbum Aui. inquit in fine. Et, si uenerit dolor in dorso in primis, & permutetur ad manū; tunc phlebotomia ex manu; ut egrediatur sanguis, & humor ex parte suæ declinatiōis iuxta illud Senis sexta aphorismo. quæcunq; rupta ex dorso ad cubitum descendunt, uenæ sectio soluit. uide in apho. infra. Materia autem existente phlegmatica, uel cholericā sanguini non admixta, non facias phlebotomiā. unde Aui. loquens de tali materia inquit. in principio non fiat phlebotomia; phlebotomia enim facit accrescere humores, & facit eos currere in corpus, & non extrahit illud, quā necesse est, ut extrahatur; quod intelligit Dynus de eradicatiua. unde faciebat securē minoratiuā in principio & ei uidetur assentire Gētilis. Gordonius eam negauit dicens eā in arthriticis his directē non cōpetere, eo quod reddit humores cursibiles. ubi autem esset cū plethoria, & fortitudine uirtutis, cōcedebat. & si phlebotomia fieri nō posset aut propter atātē, aut propter aliā causam; tunc utē re eius uicaria, quæ est scarificatio facta cū uentosis circa cura, uel spatulas diuertendo, aut prouocabis hæmorrhoides, aut menstrua. & de his in dubiis.

Circa autē medicinā solutiua in cura podagræ, siue doloris iuncturarū administrandam septem sunt principaliter cōsideranda. proprietas, qualitas, quantitas, seu uirtutis ipsius potentia, tempus, hora, modus, & ordo. proprietas, quidem, ut sua proprietate peccātem educat humorem calidum, uel frigidū, qui sē plurimū subtilem, & grossum, ut decebit. & hic aduerte Auic. de solutione eorum inquit, Oportet, ut in eis nō educatur solutio phlegma solum; immo cū cholera; cum in eis phlegma solū solutione educatur iuuantur statim, & redit cholera, & facit currere ad membra phlegma uice illa. debet itaque ipsa medicina ipsos humores respicere à proprietate, & plus unum, quā aliū saltem quo ad potentiā sē diuersitatem cōmixtionis humorum. & tunc qualia oportebit, educentur. & ideò cōferent, & benè ferent. ex his autem solutiuis sic appropriatis quedam phlegma, quedā cholera, quedā melancholiā quedam utrunq; educūt. exemplum primi, hermodactyli cōtriti cū pipere, zinzibere, uel cinnamo. quia de se nocēt stomacho, pes coruinus, & hmōi. exemplū secundi, ut scāmonea. exemplum tertii, ut lapis armenus, polypodium, quibus genera myrobalanorum affociantur, & in adusta fumus terræ, senæ, de quibus suprā. iiii. tract. & hmōi. exemplum quarti, ut agaricus, aloes, & hmōi, de quibus suprā. iiii. tract. & pauca clausi, quia copiosè de cōpositis statim. qualitas, ut primò nō sit caliditas fortis. unde Aui. allegato loco. Et oportet, ut non sit eorum catharticum uehementis caliditatis fortis ualdè. quare liquefiant humores, & redeat ad membrū, quantū est illud, quod acceptum est multipliciter; nam fortis caliditas humores quietos, & coagulatos dissoluit: uias, & uenas aperit, & fluere facit ad iuncturas. secundò quòd in se uirtutem stypticam, & instā habeat uel alterius rei commixtā, quæ membra confortet, & humores refrenet, & ductus, siue uias stypticando auget: quæ duo p̄cipuè in hermodactylis inueniūtur. unde Auic. allegato loco. & in hermodactylis quidem dicūt esse plurimū iuuamenti; propterea quā ipsi soluūt statim humorē frigidū, & ipsis inest res alia; quā faciunt succedere solutioni stypticitatem, & cōfortant. quare non est possibile cū eis, ut recedāt superfluitates liquefactæ per medicinas, quibus nō accidūt, ut euacuētur, & phibēt iterū, quod subtiliatū est per uirtutem medicinæ solutiuæ currere in meatus. & subdit. & quāq; cōmiscantur eis ea, quæ sunt, sicut aloes, & scāmonea, & confortatur eorū solutio. & iterū catapucia, fumus terræ, uitis alba, colloquintida, sarcocolla, amoniacū, bdellium, turbith, & hmōi, de quibus in de cōpositis statim. quantitas, quia non sit excedentis uirtutis, qua hu-

A mores p̄cipitentur ad loca, spiritus resoluant, uirtutes, & membra debilitent: neq; sit deficiens, & pauca quantitas quæ dissoluat humores, & ipsos non educet. sed sit cū bono arbitrio uirtuti, & humori p̄portionata: & hoc consistit in pectore medici. tempus; primò, quo ad morbum; quoniam in principio debet esse medicina leuior, & minoratiua, & in processu, & post digestionem fortior, & eradicatiua; nā ut dictum est oportet, ut cū facilibus p̄cedatur; quā humores ex his locis trahi non possunt nisi cum reiterata, & frequentata medicina: & ideò nō debet esse sic fortis in principio saltem ante digestionē, cum sint inhabiles ratione situs. & attende hic uerba Aui. de cura doloris iuncturarum podagræ, & sciaticæ inquit. Et incipe à re forti, si non prohibet priuatio maturitatis, & grossitudo materie; quāuis facilis sit incolumior, & gradatio cōuenientior: dein de sequere cum solutiuis mundificantibus. & sunt de hominibus, qui scribunt initium cū facili post facile, & sigillant cū forti post maturationem: & rectius quidem est in hoc si materia est subtilis cholericā; festinare euacuationē cū uidetur maturatio. & si est grossa; non est malum p̄mittere, quod eā subtiliet, & maturet, & p̄paret ipsam ad hoc, ut expellat ad partem euacuationis. & tu interim alia leuia cū solutiōe subtili. & si possibile est, ut cesses ab euacuatione, & sis contentus embrochis, fac. & nota textum, & in eodem capitulo. si autē repletio exigit, ut fiat expulsio; tunc fiat cum eo, quod facit ascellare semel, aut bis. & nota paucitatem, uiam, & debilitatem medicinæ dandæ. item tempus, quo ad anni constitutionem; quā in uere humores sunt magis apti, quā in autūno, & uirtus fortior in uere; & sic de aliis cōsiderādis. Horā quia matutinale, quæ est cōsuetā exhibitioni solutiouū item quia tunc stomachus est uacuus; quia solutiua consueuerūt subuere. deinde debet cessare à comestione sē Dynū tribus horis: quem terminū uidetur exprimere Aui. inquit. Expedi ei, qui uult sumere medicinam, ut summo mane sumat, & tardet cibū, deinde sumat post tres horas. xx. aureos panis cū uino, & aqua pauca, & intellige, ut Dynus, quā dandus est panis in confortationem; sed debes tardare sex horis in exhibitione p̄adii. cōiter uerò non datur ientaculū, & tardatur prandiū à quatuor horis usq; ad quinq;. Placuit Dyno qui fuit magnus p̄cticus, ut pilulæ solutiuæ dent magis sero ante, quā mane, sed liquida solutiua dabat mane: tu cōsidera. inquit Aui. Crises. s. & quæ fit in die quarto, & septimo, & undecimo. & horum crisis eis melior est quartusdecimus, & hoc, ut percipias benè terminationem ægritudinis. item ne contingat in die critico te exhibere solutiū. modus; quia ingeniari debemus dare hæc solutiua; ut stomacho reddantur gratiora, quā esse possint aut in forma pilulari, aut sub forma electarii, aut traxæ, uel confectio- nis, etiam dentur cum placentulis, aut cū nebulis, aut faciēdo uina solutiua tempore uindemiarū, aut cū brodiis, aut cū brodio galli antiqui, de quibus, & similibus statim. ordo, ut p̄mittantur clysteria, deinde uomitus, uel econtra deinde solutiua, & hoc semper habito respectu ad partem patientem, & tu considera. uomitus etiam sub euacuatione comprehensus; quāuis sit comprehensus sub diuersione, de quo suprā; per ipsum. n. fit euacuatio causæ antecedentis & diuersio, de quo Aui. Et, si fuerit cōis iuncturis corporis tunc ex utrisq; partibus simul. deinde administra uomitū, & propriè quā dolor est in inferioribus; uomitus. n. magis iuuatiuus est ei, quā uentris solutio. deinde administra solutionem uentris: & sic patet ordo ex ordine scripturæ eius. in eradicando autem materiam coniunctam forte melior, & iuuantiior est solutiua fortis: considera.

Et pro ampliori cōplemento canonis huius multa exempla describam ex expertioribus collecta clysteria, uomitiua, ac solutiua ipsa, ut sæpe promissum est. clyster ad frigidam arthriticam. R. centau. M. i. poli. M. s. mercurialis, anisi, foeniculi. ana. M. s. assari, ireos. ana. M. i. furfuris. M. s. bulliant in sufficienti aqua, deinde colentur, & addantur mellis communis. s. iii. salis communis. s. ii. olei anethini. s. iii. uel rutacei. & quiddam addunt colloquin. quidam agaricum, quidam oppopanacum, quidam euphor. & est forte. & super fortia clysteria quidam maximè confisi

sunt. unde Gilbertus anglicus inquit. Post purgationes maior cura fit per clysteria fortia, quæ attrahunt materiam tali attractione, quod uulnerat intestina, & exire faciunt sanguinem, & tunc cessat dolor eadem die: quod ego uidi plus quam in mille hominibus, & nunquam uidi aliquem, qui uteretur istis medicinis, quin ex toto sanaretur, uel alleuia retur nisi esset ita fortis, quæ indigeat uestione. & ego de istis clysteribus aliquas maneries pulchras, & expertas dicam. hæc ille. clyster ualdè forte attrahens phlegma crudum, & auferens ægritudinem. ℞. corticum radicū capparū, corticis colloquin. centau. mi. cucumeris asi. corti. aga. ana. ʒ. vi. bulliant in. iiii. lib. aquæ ad consumptionē tertiæ partis. cola, & adde mel, & oleum, & ipsum teneat, quanto plus potest: ite ex oleo corticis colloquintidæ cū oleo fiat clyster. item ex esula, elleboro nigro, colloquintida, nasturcio, cetaurea, chamædreos. ana. in tribus lib. uini cū oleo; ē enim nimium forte, nec nisi in habētibus intestina pinguia exhibendū est. hanc curam amplius non prosequor cū his fortibus; quoniā nō est cura nisi ualētis, & experti medici in corpore forti, robusto, pingui, ex salua, cetaurea, chamedreos fœniculo, anetho, & hmōi, cum oleo rutaceo, & similibus securius fieri possunt. item ex chartamo, flore chamemilla, anetho, aniso, fœnugræ. semine lini, centaurea, mercuriali, & huiusmodi cum casia, & benedicta, oleo cōmuni, aut chamemillino, rutaceo, & huiusmodi, ut exigit dispositio, & ista leuiora sunt securiora. in causa calida utere frigidis ex aqua maluæ, uiolarum, hordei, sebesten, & prunorum & huiusmodi frigidorum. conuenientium in causa calida, de quibus suprā.

De uomitiuis habuisti suprā de uomitu: & tu ibi. sed, nescis nudus recedas; recordare de facili factō ex syrupo acetoso simplici, & aqua tepida, aceto, & oleo paucō, & hoc magis in causa calida; licet & in frigida cōferat irritādo expulsiuam, & incidendo. & fit fortis in causa frigida ex decoc. raphani cū sale, & aceto. ite ex decoc. raphani & semina anethi. par. iiii. olei cōmunis mali odoris, & saporis par. ii. aceti acuti par. i. & ut facilius fiat uomitus, & uomituum operetur; prius comedat, & repleatur notabiliter ex cibis incisuiis, subtiliatiuis, absterfuiis; ut sunt cœpæ cū aceto, porrū, raphanus, pisces saliti cū pane, deinde per horam unā cū dimidia, aut duas, uel plus sumat uomitiuū tepidū, & non calidum, & sit duorū cyathorū. quod si nō uomat; accipiat tantundē, & imponat digitos in ore, uel pennam inunctam oleo mali odoris. fit uomituum fortius ex decoctiōe raphani, in quo steterint frustra ellebori infusa per noctem, de quo suprā. i. 3. capitulo de uomitu.

Solutiua sunt ponēda, siue danda talia, quæ minus, quantum possibile est, sint stomacho displicibilia, ut suprā de modo. & ideò ponam diuersas descriptiones s̄m diuersa ingenia; ut syrupos solutiuos, trageā, electarium, pilulas, confectiōes, uina solutiua, & alias potiōes, nebulas solutiuas, hie ras solutiuas, & hmōi, de quibus statim per ordinem.

Syrupus solutiuus educens materiam phlegmaticā, cholericā, adustam, & melancholicam. ℞. pedis coruini, arthriticæ, herbæ paralisiuæ, bethonicæ, hyssopi, melissæ, chamedryos, chamepiteos, lupuli, endiuia, hepaticæ, buglos. boraginis, capilli ue. ana. M. i. radicum fœni. sparagi, brusci, residentium in aceto passulato, liquiri. florū ros. ros. an. ʒ. i. dauci, carui, aut cymini, cartami, assari, squinati, radicū acri. an. ʒ. ʒ. casia lig. ʒ. i. zuc. lib. i. ʒ. mel ros. lib. ʒ. aceti p̄dicta rū radicū. ʒ. iiii. & in fine aromatizet cū cinnamo. ʒ. ii. cucubæ, zinzi. an. ʒ. i. ligni aloes, piperis lon. spicæ. an. ʒ. ʒ. & qui dā addunt in eiusdē coctione polypodiū, epithymū, & agaricum, & turbith. & cartamum s̄m diuersas intentiones: & aliqui addunt myrab. quia stypticant, & confortant, & aliqui addunt frangētia lapides renū, & ipsos de renibus eduentia, ut semen genestæ, & est efficax in hoc. staphisagria al. saxifragiā, grana lolis, fraxinum, & est efficax, & expertum in præseruatione, & in cura. & hic modus syrupi sit tibi sicut forma, & imago ad alios tales s̄m diuersas intentiones cōponendos eligendo tibi simplicia tuo satisfaciētia p̄posito. item recurre suprā ad syrupos appropriatos materiebus peccantibus. iiii. trac. cum quibus commisce ex solutiuis, quæ tibi satisfaciant s̄m dominium, & multi-

tudinem peccantium humorum in ea coniecturali p̄por-tione, qua ipsi humores sunt adinuicem commixti: & tu cōsidera. potio ad frigidam experta. ℞. betonicæ, pedis coruini, chamædreos, chamæpiteos, arthriticæ, capilli uene. ana. M. i. assari, squinati. an. ʒ. ʒ. passularum enucleatarum. ʒ. i. corticum citri, myrobal. citri. chebul. ana. ʒ. i. polypodii, turbith contriti cum zucch. hermodactyl. contritorum cum pipere al. ana. ʒ. ʒ. bulliant in aqua decoct. cartami, & mercurial. deinde bulliat in eis agaricus cū melle ro. & ualet in omni materia, & stomachum cōfortat, & uiscera. item capias decoct. syrupi appropriatam materiam peccanti, & cum ea fac bullire ex solutiuis appropriatis. trageā solutiua ad dolorē ex causa frigida. ℞. turbith gummosi albi, & electi. ʒ. i. zinzi. ʒ. i. hermodactylorum electorum. ʒ. i. piperis lon. ʒ. i. anisi. ʒ. i. iari. ʒ. ii. pulueris ossis humani. ʒ. ii. tribulorum marinorum puluerizatorum. ʒ. i. ʒ. ros. ʒ. i. myrobal. citri. ʒ. i. zuc. ad pondus omnium dos. cōclear. i. post quod bibatur aqua coctæ. ʒ. iiii. & sit pl̄, quam tepida. electarium solutiuum in casu frigida. ℞. turbith gummosi, esulæ electæ. ana. ʒ. i. myrobal. citri. chebu. contritorum residentium in lacte per dies tres. ʒ. i. garyophyl. ʒ. i. ʒ. conficiantur cum zucch. & succo ro. dos. ʒ. ii. usque ad. iiii. aliud ad idem, & est Auic. ℞. zinzi. ʒ. i. piperis, agarici. ana. ʒ. ʒ. medullæ cartami. drac. ii. radice pedis coruini. ʒ. iiii. confice cum melle. dos. est. drac. i. usque ad duas, facit ascellare septies usque ad decies. collyria similiter confertur, ut ℞. serapini, oppopanacis, pulpæ colloquinti. ana. ʒ. i. stercoris muris. ʒ. i. mellis. ʒ. x. salis gem. ʒ. ii. salis cōmuni. ʒ. i. dissoluantur gummi prius, deinde addatur mel, & reliqua, & fac inde collyria. pilulæ communiter uisitatæ sūt pilulæ foetidæ descriptione Mes. item pilulæ aggregatiuæ pilulæ de hermodactyl. item pilulæ de serapino, oppopanaco descriptione Mesue, pilulæ arthriticæ descriptione Ni. item pilulæ magistræ hæ ualentes in causa calida. ℞. aloes succotrini, myrobal. citri. ana. ʒ. i. diagrid. ʒ. ʒ. esulæ gra. tria, masticis. ʒ. i. conficiantur cum succo citroniorum. dos. ʒ. ʒ. usque ad. i. pilulæ expertæ ad cholericam, & phlegmaticam. ℞. myrobalanorum citrinorum. ʒ. iiii. rhabbari. ʒ. i. agarici. ʒ. ʒ. electarii de succo rosa. ʒ. iiii. masticis, garyophyllorum. ana. ʒ. i. turbith. ʒ. i. arthriticæ, stœca dos. ana. ʒ. ʒ. pulueriza, & confice. & sunt, qui addunt diagrydii bene repressi. ʒ. ʒ. Alia, & appropriatæ, & expertæ, & sunt Iudæi ad materiam mixtam, ut suprā. ℞. turbith albi, & electi, aloes succotrini, corticum myrobalanorum citrinorum ana. ʒ. iiii. ros. zinzi. ana. ʒ. i. salis gemmæ. ʒ. ʒ. piperis longi. ʒ. ʒ. croci grana. xv. confice cū electario de succo ro. dos. est. ʒ. usque ad. ʒ. & iterum. ℞. cymini, carmeni. zinzi. hermodactylorum ana. ʒ. i. aloes pondus. ʒ. ii. sumantur. ʒ. ii. de puluere hoc cū decoctione anethi; est enim iuuatiuum in hora. i. statim. Aui. aliud leue ipsius Auic. ℞. sarcocollæ, rubæ. ʒ. iiii. zucch. ru. ʒ. ii. ʒ. terantur, & commisceantur cum oleo nucum, & proiciatur superea aqua anethi; est enim mirabile soluens absq; labore, & alleuiat. sed hic nota, quod stomachi nostri malè tolerant hunc potum: & ideo benè considera, quæ dicta sunt modo. Hæc uolui tibi sic in generali sufficere de pilulis; quoniam de his etiam infra de cura podagræ. ex consimilibus dempto aloë fieri possunt confectiōes. item & ex quibus fiunt elect. quæ per te compone. nebulas conficiunt solutiuas factas ex succo & puluere hermodactylorum, agarici, turbith, rhabbar. myrobalanorum, & aliorum solutiuorum addendo diagridium aliquando, tanquam calcar; aliquando, ut sit calcar, & principaliter soluens, & maximè in causa calida: quare aliquando plus, aliquando minus ponunt de eo: & tu ipse faciliter compone considerans, quantum de solutiuo ingreditur in una nebula, siue scaleta. de hieris autem summè laudatur ab Aui. hiera Hermetis, de qua Aui. & hiera quidem Hermetis maximi est iuuamenti ei, qui bibit uere diebus aliquod confortando iuncturas eius, & ipsa extrahit superfluitates eius, plurimum efficit per sudorem, & pro-uocationem, & confert sciaticæ. item & hiera Ruffi. uinum efficitur solutiuum ex admixtione rerum solutiuarū tempore factiōis eius; ut quando. s. nouum ebullit, ut uerbigratia. ℞. folliculorū senæ. M. ii. esulæ. M. i. agarici M. i. ʒ. her-

hermodactylorum. M. i. turbith. M. ii. diagry. ʒ. i. masticis. ʒ. ii. garyophyllorum. M. ʒ. cinnamo. M. i. ponantur in situ-
 lis sex uini noui, & permittantur adinuicem bullire in ua-
 se angusto ad solem, donec caleſcat. & quidam addunt zuc-
 ru. siue mellis zuccha. ut totum dulcoretur. aliud ad idem,
 & est modus curiosus ualdè. ſcindatur uitis per longum, &
 extrahatur medulla ex ea in aliqua quãtitate, & ponantur
 scammonia, uel elleborus niger, aut turbith, aut esula, aut
 aliquod tale laxatiuum forte, & imponatur aliquid de her-
 moda. & stringatur deinde uitis, & ligetur, sicut quando
 inseritur, & pertransibit liquor perducendus ad generatio-
 nem uuarum per locum illum, & ificietur illis, & inde fiet
 uua laxatiua, & uinum laxatiuum. consimiliter fiunt rosæ
 al. uirides, azuræ, & huiusmodi ponendo colores in medio
 stipitis plantæ rosarum. per consimilem modum fiunt pru-
 na laxatiua, uel uua, & in uino infundantur, & morantur,
 donec turgescant, sic inde uinum laxatiuum, & est res mi-
 rabilis apud nescientes. ex his itaq; sic positis potes uaria
 tibi conficere solutiua habita de simplicibus solutiuis noti-
 tia suprâ. iiii. tract.

AD DIVERSIONEM accedens dico, q̄ diuersiones fiant,
 ut de eis sæpe actum est in diuersis rubricis. & maximè cõ-
 mendatur uomitus specialiter causa existente in inferiori-
 bus, ut dictum est in præcedenti canone. item diuertatur
 materia cum enematibus materia existente in superiori-
 bus, & cum cibariis dictis, item frictionibus. sed hic bene
 aduerte, q̄ membrum, quod fricatur, non sit debile, & con-
 suetum pati dolorem notabilem. item nõ fiat diuersio per
 duas diametros, nisi esset maxima plenitudo, & specialiter
 cum phlebotomia. item diuertatur materia phlebotomia
 facta ex uenis pedum, aut manuum, ut decebit: item uento-
 sis cum scarificatione, & absq; item cum rubrificantibus, &
 uesicatoriis positis in parte diuersa, item cauteriis, de qui-
 bus suo loco. sed quidam dixerunt, q̄ cauterium positum
 sub genu est de his, quæ maximè diuertunt materiam à iun-
 cturis: & tu considera. specialem autem locum habet iste
 canon in principio materia existente in fluxu. postremò
 scito, q̄ etiam sit diuersio per uias urinæ. unde prouocatio
 talis est magis & maximè utilis diuersio, de qua Auic. uerun-
 tamen plures habentium dolores iuncturarum frigidos,
 & complexionis humiditas non iuuantur solutione pluri-
 ma facta sub positione, & clystere. & cum medicantur cū
 diureticis, sanantur. sed tu abstine à fortibus. unde Auic. &
 semina fortia, sicut semen fœniculi quandoq; adurunt su-
 perfluitatem, & conuertunt eam in lapidem. & in eadem
 subdit Auic. & de corporibus quidem extenuatis sunt cor-
 pora, quæ non tolerant solutionem, & prouocationem plu-
 rimam, & generantur ex eis in ipsis adustio sanguinis. cõsi-
 derentur ergo omnia illa.

QUALITER autem rectificatur membrum mandans, aut
 totum, si ipsum fuerit in causa, iam apertum est ex dictis, &
 in propriis rubricis. unde Auic. multi de habentibus arthri-
 ticâ oportet, ut rectificetur splen, & euacuetur eius melâ-
 cholia, & humectetur corpus eius, & leniatur cum cibis,
 unctionibus, & similibus.

IN DECLINATIONE in resoluendo materiam fluxam ad
 iuncturas oportet te uti fortioribus resoluentibus, quàm
 quando materia resoluenda est in aliis locis; propterea
 quia iuncturæ sunt membra frigida à fonte caloris distan-
 tia magis, tamen quia substantia sunt solida, & ossuosa, ac
 neruosa, & ligamentaria, ut suprâ in principio capituli. itè
 quia materia resoluenda est ut plurimum materia grossa,
 uiscosa, congelata, frigida, resolutione multum resistens.
 item quia in profundo posita est, & difficilè trahetur, &
 quâto magis profunda, tanto difficilius resoluetur, & for-
 tioribus egestionibus; sicut in dolore sciaticæ, siue anchæ,
 deinde spatulæ descendendo. ex quibus infertur primò, q̄
 chamæmilla, & huiusmodi per se parum uidentur confer-
 re in complendo hanc intentionem. secundo, q̄ cum istis
 fortibus materia sit apta in lapideitatem conuerti; quia le-
 nitiua, siue mollificatiua debent cum prædictis associari,
 nec ab eo aliquouis modo absolui. resolutiua autem hæc
 sunt in fine applicanda. unde Auic. in fine uerò eius oportet,
 ut occuperis in eis, quæ resoluunt, & subtiliât, & extra-

A hũt materiam ex profundo ad illud quod apparet: quia ad
 cutim cum uetosis, incisione, suctione, aut cauterio, de quo
 infrâ, cum rubrificantibus, & uesicantibus, per quas cur-
 runt materiz, & nõ consolidantur usq; ad tempus. & infrâ
 parum. & nõ oportet, ut approximent ei resolutiua fortia
 in principio etiam ante euationem; quoniam facit eueni-
 re materias plurimas; deinde resoluit subtile earum, inspif-
 fat residuum, & retinebunt ipsum. hæc autem resolutiua ad
 seinuicem differentia fortitudine, & debilitate diuersimo-
 dè applicari debent secundum diuersitatè materiæ, tempo-
 ris, atq; sicuum, ut quia in subtili materia leuiora, & in prin-
 cipio similiter, & consequenter ad fortiora deuenire. & in
 iuncturis, quæ sunt in propatulo posita similiter leuiora, &
 in his quæ in profundo magis fortiora. & horum omnium
 quædam simplicia, quædam composita.

Ex simplicibus resoluentibus quædam resoluunt lique-
 faciendo materiam congelatam; ut crocus, melilotum, ani-
 sum, aloë, mastix, ireos, itœcados, & sunt ex fortibus: quæ-
 dam eorum grositiem subtiliando, & attrahendo ex pro-
 fundo ipsorum ad exteriora cutis; ut caricæ, mel apum, len-
 tiscus, abrotanum, apium syluestre, calamentum, aristolo-
 chia, ruta cum melle ut sunt ex debilibus urtica, nasturciũ
 gummi, ruta syluestris, & aliæ gummi species, amoniacũ,
 galbanum, euphorbium, resina, terbentina, citrach, costus,
 castoreum, & sunt ex fortibus. quædam resoluunt trahendo,
 & uesicando; ut cœpæ, allium, lac, ficus, mel, anacardi, sa-
 po, cortex nucum, atramentum, fermentum, & huiusmodi
 quæ uesicant, ut suprâ quinto tractatu. quædam adurendo,
 & ulcerando; ut colcotar, atramentum, staphisagria, fermẽ-
 tum, squilla, uernix pini. & fortiores ex eis sunt taspia, can-
 tarides. & cum hæc applicantur, oportet, ut ulcera seruen-
 tur aperta cū cœpis contritis; ut materia attracta ualeat
 exiccari. quædam resoluunt penetrando in profundum, ut
 aqua uitis, & est expertis, oleum terbentinæ, oleum philo-
 sophorum. quædam resoluunt leniendo, & mollificando,
 ut adeps anatis, anseris, ursi, uulpis, leonis, & animalium ra-
 pacium, medullæ cruris uituli, cerui, asini, hyssopus humi-
 da, mucillago feminis lini fœnugræci, althææ, oleum uulpi-
 num, de lilio, oleum de colloquintida, quia factum ex deco-
 ctione eius in oleo ro. de castoreo, de synapi, de nuce ro-
 mana, oleum de costo, & est ultimum propriè cum storace
 & cum assa, de centaurea, de mastice, de rhabbaro, de nu-
 ce indica, de granis citri, de cerasis, & citrangularum ad-
 dendo ceram quæ facit ea perdurare in membro. & in his
 (ut suprâ) ordo attendendus est ut præcedete euacuatio-
 ne à simplicibus incipiamus, & leuioribus, deinde ad for-
 tiora, deinde ad composita. attendendum tamè est, q̄, si ex
 eis sic secundum ordinem applicatis tumor, & dolor non
 cessarent, sed potius auerentur, oportet, ut eis dimissis
 ad euacuationem mittentium redeamus; est enim signum
 regeneratæ materiæ, quam traxerunt, & non resoluerunt:
 & idè reiteretur euacuatio sufficiens, deinde attende re-
 solutioni, & super locum iuncturæ continuum stypticum
 applica, quod prohibeat materiã ad ipsam iuncturã fluere.

Ex compositis resoluentibus quædam sunt balnea, quæ-
 dam euaporationes, quædam fomenta, quædam unctiones
 quædam emplastra, & huiusmodi diuersa secundum diuer-
 sa ingenia, de quibus omnibus exemplificabo, ponendo ex
 expertis. & memorare, quòd talia applicari non debent,
 nisi cessante dolore, & tumore diminuto, quia in fine rei,
 ut dictum est. de balneis primò naturalibus, quæ tinæ
 dicta sunt, tantum pro nunc dicatur, quòd sulphurea, nitro-
 sa, & aluminosa, & ferrea sunt in hoc casu conuenientia,
 quæ, ut dictum est, administrari non debent nisi in fine, de
 quibus balneis habes suprâ ad plenum. ii. trac. & tu ibi. de
 artificialib⁹ uerò sic dicatur, quòd ex aqua simplici facta sal-
 tem balneatione in eis facta nocent, & præcipuè cum cali-
 da administrantur; eliquant enim humores, & dilatant po-
 ros, maximè causa existente frigida: nam causa existente ca-
 lida conuenit balneum aquæ tepidæ post effusionem aquæ
 frigidæ super iuncturas, Auic. & hoc existente dolore. qui-
 dam præsumunt in ea calida administrare balneum aquæ
 simplicis fortasse conferre; dummodo non fiat balneatio
 in ea, sed sola statio, ut corpus sudet, & in sudore materia
 resoluatur

resoluatur: & tu considera. consimiliter in causa frigida ad ministrant balneum aquæ maris, aut aquæ arte salitæ. item ex medicinis appropriatis; ut sunt stœchas, saluia, chamæmilla, pes coruinus, prassum, ireos, abrotanum, apium, origanum, urtica, folia sambuci, radices, ebuli, ruta anethum, maiorana, folia lauri, cyminum, & huiusmodi, de quibus supra ad plenum de præseruatione. nonnulli diuersa componunt, & administrant, & cum his admiscendo uinum, & cum uino solo, & sale, & est expertum. unde faciunt hæc bullire, & faciunt embrochas cum musto, siue uino nouo. item quidam, & est usitatum nunc, & pro resolutione, & confortatione faciunt membrum, aut membra stare in racemis uuarum, dum bullit uinum. item aliqui cum decoctione uulpis in aqua, sic materiam resoluunt: cæteri cum aqua lupinorum. in causa calida, & in frigida cum aqua caulium. item quandoque spongas infusas in decoctione harum rerum membris applicant. quidam stupam, quidam lanam sic infusam, quidam filtrum, quidam qui faciunt membra recipere uaporem decoctionis cum instrumento obturato circumquaque, donec membrum sudet; deinde, cum tepescit aqua abluunt, & per se siccare permittunt. & multi cum laceribus, aut lapidibus molaribus ignitis proiectis in aqua idem operantur; ut ex fumo sic recepto materia resoluatur. item quidam in causa calida euaporant cum aceto simplici non multum acuto item quidam idem operantur etiam applicando toti corpori præcedente semper euacuatione, uomitu, aut clystere, & diæta conuenienti, ut supra. quidam eos sepeliunt in arena calida, donec sudant, & caput eorum à sole tunc defendunt. secundò habes diuersa ingenia, quibus hic canon compleri potest: & tu considera. itè fiat decoctio ex malua, flore chamæmillæ, surfure, & in uino rub. & loco applicentur: ex quibus potes facere fomentum. item fomentum ex radice ellebori, foliorum sambuci, saluiæ, florum chamæmillæ, & sic de aliis tuo modo compone.

Unguentum magni iuuamenti. ℞. olei antiqui lib. i. decoquatur in eo uipera cum ruta sanat sanatione integra. Auic. ad idem in causa calida. re. aloes, croci, myrrhæ. an. fiat linimentum cum aqua endiuæ. aliud resoluens diaquilon cum oleo chamæmillæ dissolutum. aliud. re. olei uespertilionum decollatorum numero. xii. cum olei antiqui lib. ii. aristolochiæ, 3. iii. decoquantur omnia simul, donec consumatur aqua, & remaneat oleum. sanum, & expertum.

Aliud castorei, myrrhæ, costi, puluerizentur, & misceantur cum oleo antiquo, aliud. re. storacis liquidæ, & amoniaci, misce cum oleo. unguentum mollificans, & resoluens simul. re. cere. 3. v. olei irini. 3. i. medullæ cruris uituli, amoniaci, storacis liquidæ, bdellii, galbani. ana. 3. x. liquefiat cera cum oleo, & alia puluerizata cum eis commisceantur.

Et hic aduerte, q̄ in causa calida talia calida nō competunt; est enim materia de se facile resolubilis: & ideo sufficiunt anodina, & reiterentur. et in his unguentis nō multiplico; quoniam ex datis potes ex te plura cōficere. item quia in fine plura ponam experta, quæ tibi huic proposito & aliis satisficient.

Ex emplastris quædam sunt leuia, quædam fortia, quædam mediocria. exemplum primi. emplastrum factum ex stercore uaccarum capiendo, sicut emittitur, uel calefaciēdo in patella cum oleo antiquo. exemplum secūdi; ut emplastrum factum ex stercore caprarum cum oleo chamæmillino. exemplum tertii, ut Re. cineris caulium in quantitate qua uis, fœnugræci decocti in uino, florum chamæmillæ. ana. 3. i. amoniaci dissoluti in succo rutæ. 3. iii. confice cum melle. aliud. Re. surfuris. M. ii. florum chamæmillæ. M. i. pulueriza, & confice cum oleo laurino. aliud leue. ℞. farina fœnugræ. cum aqua mellis. item. Re. farina lupinorum, stercoreis colubini, fœnugræci, an. partes æquales confice cum melle, & superpone. aliud. Re. surfurum decoctorum in aceto cum modico croci, & cum aqua ro. in calida, & cum uino in frigida. item in causa ca. Re. amoniaci, lycii, ana. teratur, & cum uino antiquo, & oleo omphacino. & farina fabarum emplastretur. aliud & resoluēs, & mitigans dolorem Re. cinerum stipitum caulis, bulliat cum oleo chamæmillino, & ros. an. quantū sufficit, addas deinde ex fœnugræco

℞. fm quantitatem dictorum, & addatur sexta pars aceti, & totum reducatur ad formam emplastri, & calidum mediocriter iuncturæ superponatur. & quia cessante dolore, & tumore, quibus casibus resolutiua sunt applicanda, & nō aliter, facilem fit resolutio materiæ relicte; hic supersedeo etiam à talium multiplicata narratione. sed scito, quod nonnulli primò in resoluendo incipiunt ab his, & ultimò loco balnea administrant.

PRO CONFORTATIONE iuncturarum cum alteratibus appropriatis recurre ad rubricam de præseruatione, ubi ad plenum dictum est, & plura sunt posita exemplificata.

ET IN COMPLENDO ultimū nunc canonē colliges etiā, quæ tuo succurrent proposito. accidētia autē euenire consueti sunt destructio appetitus, nausea, uomitus, syncopis, stypticitas uentris. & pro horum cura uolo, tibi satisfaciant quæ scripta sunt supra propriis rubricis, itè debilitas, lassitudo, iuncturarum dislocatio, durities, nodatio, cōuersi humoris collecti in lapidem contractio, apostematio, ulceratio, apertio, ut egrediatur aliquod grossum in modum calcis uel gypsi, & quicquid; aliquod uirulentum. prouidebimus autē debilitati iuncturarum cum cōpositis, & simplicibus talibus appropriatis, siue à complexione ipsis ad temperiem reducis, & de his supra de præseruatione. sed de cōpositis bonis sunt theriaca antiqua, mithridatum. unde Auic. Et theriaca iterum in frigidis cōfert, & propriè post euacuationem; ipsa enim mundificat reliquias materiarum cum facilitate, & resoluit eas, & confortat omnia membra. itè in aqua thermarum bulliat stœcados, saluia, & hmōi, & superaspero bono uino iuncturis applicentur. itè ualeat inunctio ex oleo masticino, de storace, de rhabarbaro, de centaurea. quod, si fuerint lapsæ ex causa ca. in aqua ferrea, uel chalybeata, uel ferrata bulliant folia myrti, ros. glandes, & saluiæ parum, & applicentur, inungantur cum oleo ros. myrtino, lentisci & huiusmodi frigidis stypticis. quod, si ultra debilitatē fuerint lapsæ, siue mollificatæ; addatur oleum de stœcados, de chamæmillæ, & oleum de stinco, & est proprium. & lycium emplastratum, grana myrti, lutum sigillatum, armenum cum oleo ro. confortant iuncturas à proprietate, & dolorem mitigant. quod; si fuerit dislocatio; reducantur, & conseruentur cum emplastris stypticis conglutinantibus, & cum ligaturis conuenientibus, restorationibus notis, & in hoc casu usitatum est oxycroceum Ni. sed bene considera propter caliditatem eius. quod, si fuerit durities, & lapideitas; prouide cum aqua decoct. radicum althææ, feminis lini, meliloti, sisami, & absinthii, deinde inunge cum oleo amygdal. dul. de liliis, nuce indica, sisamino, de phisticis, & hmōi, uel ex althæa, & adipe anseris. q̄, si cū tali duritie oportebit subtiliare: emplastretur cū sisamo, & bdellio, & est proprium, & decoctio casei antiqui cum crure porci saliti facta confectione unguenti in dolore, duritie, & applicata efficit, ut scindatur caro per se, & egrediatur uirulentia, & aquositas multa; sicut Gale. expertus est, & alii multi, & subsequitur alleuiatio. & ex ultimis expertis est, ut fomententur cum aqua althææ prædicta addita saluia, & pauco uino; deinde inungatur cum oleo terbetinæ extenuat enim neruos ingrossatos, & congelatas iuncturas ex oppilatione aperit: quod oleum costinum etiā operatur; etiam si ligaturæ longi temporis fuerint oppilatæ, & congelatæ. nodationi autē ipsarum, & contractioni, & cōuersioni in lapidem prouide cum mollificatiuis resoluentibus, succedentibus, uel utrisque simul mixtis; cuiusmodi sunt ex simplicibus amoniacum, bdellium dissolutum in succo rutæ cum axungia anseris. & ex cōpositis est hyssopocerotum fm omnes descriptiones eius, & cerotum diapente, andacocha, & oleum eius est ex medicinis propriis; præseruat enim à timore contractionis, & iam sanati sunt aliqui ex ea. apostematibus uerò prouide cum his, quæ conueniunt apostemati, & chirurgus relinque. sed scito, q̄ iuncturis rarò accidunt apostemata. ulceribus uerò earum prouide manu chirurgica, q̄ si quod egreditur, fuerit, sicut calx, & gypsum; Re. cyperum, & misce cum axungia anseris, emplastra. & nota, q̄ omnia, quæ sic applicabis sint actua calida; frigidum. enim neruis, & ossibus, & spinali medullæ inimicum. Hip. ex conferentibus duritiei, & lapideitati

deitati est euaporatio cū fœce aceti in omni parte, cuius ponitur sexta pars harmel contriti, super quam projiciantur lapides igniti; ut uiscus cum resina mixta cum aqua, item farina lupinorum cum oxymelle. itē & est Raf. abluere membrum cum aqua, in qua decoctæ sint radices maluaui. chamæ. anethum, donec rubeat, quod est in circuitu iūcturæ: & nota, quod, quādo fortis est lapideitas; tunc locus non rubet, quod est in circuitu iūcturæ. deinde ponenda sunt pinguedines, & medullæ die, & nocte, postea accipe lapidem magnetem, & pone in igne, donec rubeat, postea rora cum aceto forti, & pone membrum desuper, ut uaporet hora una: postea cum aceto forti, & calido, & fiat per alios dies, postea reitera mollificatiā, donec resoluitur. & emplastrū proprium ad hoc. R. amoniaci, oppobdel. galba. nitri, sulphuris. ana. de litar. quantum de omnibus, decoquatur, donec fiat spissum, & confice. dixit Gale. maximè cōfert caseus lōgi tēporis, & nastur. an. pulueriza insimul, postea accipe pedes porci saliti, & antiqui, & coque cum aqua illa nastur. & caseum, & fiat emplastrū. scito q̄ rumpetur cutis, & exibat, & est expertum. item maximè cōfert oleum de andacocha. & quoniam in sequenti ru tractabitur de podagra, quæ est ab arthritica differens, ut particulare ab uniuersali; hinc referuabo in fine eius plurima, ac uaria remedia ponere in his casibus conferentia supersedeo; quia à multiplicatione horum cum in fine ipsius sequenti rubrica plurima describam; sed tamen consequens accidentia. & scito ultimò hic, quod, quando cum dolore articulorum uehementi incipiunt apparere tremor cordis, & anhelitus malus; expectanda est mors subita. q̄, si superuenerit turbatio mentis, & alienatio, & tremor cordis; tunc paralytim futuram, & etiam subitam expecta. & hæc sufficiunt.

De dolore dorsi. Rubrica. 9.

DOLOR dorsi est tristis sensatio rei contrariæ imprimētis sua malitia cōplexionis, aut solutiōis cōtinuitatis, aut utriusq; in musculis, aut chordis intrinsecis, & extrinsecis cū dorso, aut in concatenationibus spondiliū dorsi.

CAUSA eius est aut mala complexio frigida, & est ut plurimū pura: aut cū humoris uitio. & ille humor s̄m plurimum est phlegmaticus interclusus in lacertis, & chordis intermediis spōdilibus, & inuolutis dorso, aut replente illos, & trahente, seu extendente, ut in dolore iūcturarū cōtingit, quā ppter s̄m plurimū est grauius, aut extēsius, & q̄n hoc phlegma est mollificās multū; tunc accidit dislocatio spondiliū non cōfirmata ad alterā quatuor partium. quare accidit gibbositas, concauitas, arcuatio, tortio, asthma, & hmōi, aut uentōsitas frangens os, & non completè nec fractione magna; quia tunc esset mortale. aut fit ex repletionē uenæ magnæ super dorsum extensæ à collo usque ad caudam, aut arteriæ in eo loco residentis, aut propter uulnus, siue ulcus in canna pulmonis. aut ex nimio labore, equitando super equū malè succussantē; ut accidit amico nostro: aut peditando, aut aliter hmōi. ex causis primitiuis ut ex onere rei grauantis, percussione, casu, & hmōi. aut ex causa gibbositatis; cū nondum confirmata est de supra. aut multitudine coitus; quia debilitatur dorsum cōitate renum ad ipsum, qui renes in coitu debilitantur. aut communitate renum, aut propter cōitatem oris stomachi ad mediū dorsi, aut propter matricē maximè, q̄n appropinquat descensus menstruorū, aut propter præfocacionem matricis: aut propter partum, in quibus omnibus accidit dolor cōitate ipsorum membrorum ad dorsum. & Aui. Plurimū eius, quod accidit ex dolore dorsi, est propter frigus, aut propter debilitatem renum.

SIGNA demonstratiua, quādo est frigore, & humore frigido; tūc percipitur frigus per signa frigoris dicta in rubrica de doloribus iūcturarū, & tu ibi. & incipit paulatine. & ambulatio, & exercitiū s̄m plurimum sedant ipsum, & huiusmodi. discurre per signa illa.

Signa, si fuerit ppter laborē rei grauantis, uel casu; manifesta erūt ex re ipsa, & q̄ post sentit dolor ipse cōtinuè.

Signa, si fuerit ex coitu; significat antecessio eius, & q̄ post ipsum sentitur dolor in dorso semper.

Signa facti causa renum est dolor in alchatim, & debili

A tāt appetitus in eo coeundi. & accidit propter aliquā ægritudinē renibus cōtingentē ex parte ipsorū, quæ de ipsis dicta sunt, ut sunt dolor lapis, debilitas, & hmōi. & si ex ipsorum causa contigerit; signa suis requirantur rubricis.

Signa facti propter repletionē m uenarum sunt extēsiō doloris in dorso cum caliditate, & inflammatio, & pulsatio & repletio corporis, & habitudo (quia pinguis ualdè, & carnosus) rubedo faciei, & totius corporis, inflatio maxillarum, & faciei, urina spissa, ruffa.

Signa facti propter causas gibbositatis sunt ea, quæ dicta sunt de gibbositate. unde & q̄nq; & non rarò materia catarrhalis causa est doloris dorsi; quando per nucham ad posteriora descēdit. q̄nq; materia est uentosa clausa sub cute, & in musculis extrinsecis, & chordis extrinsecis, & magnū facit dolorē extēsiuū, & est hic dolor mutabilis. cuius signa, ut supra de dolo. iūcturarū à uētositatē: & tu ibi et uocat in uulgari nostro caro crepata. et sentit cū digitis q̄n benè cōprimitur uētositas ipsa, quam forte frictio ipsa delet. unde mulieres nostræ uetulæ capiunt axungiam porci rubei, & cum ea eliquata locū fortiter fricant bis in die dicentes quandā filateriam talem, quam in fine laborum nostrorū tibi ad solatium scribo. Dominus sanctus Petrus, & dominus sanctus Paulus per mare nauigabāt, Iesu Christo obuiabant. dixit Christus. quid facis Petre, q̄ non nauigas. respondit non possum nauigare; quia fractus est mihi remus, & caro est mihi crepata. accipe de lino, & de axungia porcellini, unge, & frica caro eliquata, & unge caro crepata. addas. ita possit hæc ægritudo eliquari, sicut eliquatur sal in cibo. in nomine patris, & filii, & spiritus sancti amen, & hoc ter faciunt. scio te ridere, quod à te expectaui. dolores dorsi aut indigent curuatione patientis, aut erectione. & indigētes curuatione sunt illi, in quibus causa est spasmsus ex apostemate dorsi, aut aliis ex causis gibbositatis. & indigentes erectione sunt illi, in quibus nō est necessarium, q̄ diuersificet reductionem anhelitus, & incolumitate lacertorum, aut recuruatiōe retrò, & incuruatione ante facientibus dolorem.

PROGNOSTICA. cum manus inuenit dolorem; tunc causa est in dorso. q̄, si nō inuenit; tunc causa est in concauitate sub dorso.

CURA. canones. primus, q̄ cura huius dependet magna sui parte à cura doloris iūcturarū; de qua iā actum est in præcedenti ru. itē & à cura gibbositatis pro una causa saltē ut dictum est, de cura eius iā actum est supra. secundus, q̄ cura fiat particularis s̄m causas particulares iā positas. tertius, q̄ ubi dolor dorsi esset fortis, quod rarò est, debemus incipere ab eius sedatiōe. quod, si debilis sit; tua sit intētio in remouēdo prius causam imprimētē, qua remota remouebit, & dolor. sedantia dolorē, ut rubrica de cura dolo. iūcturarū sunt triplicia, prima sunt temperata, aut calida anodina, alia sunt frigida, apocruistica, narcotica. tertia uerò à pprietate talia, & exēpla sunt posita allegato loco: & tu ibi. prima sunt applicāda, & prius tētanda. à secūdis abstinendū, nisi maxima urgeret necessitas, quod rarissimum est, & præcipuè q̄n sunt multum styptica. tertiis autē uti poteris moderatē, ut tuæ uidebitur prudentiæ. ueniendo itaque ad eas particulares.

CURA. In ea, quæ est ex mala cōplexione frigida pura, sola sufficiunt alteratiā cōtraria, deambulatio, & exercitiū regimen calidum per totū. unde calefactoria, frictiones cū manibus calefactis, sacellationes ex chamæ. pullegio, origano, calamento, sale, sifelēos. item inūctiones ex oleo chamæ. anethino, de liliis, laurino, costino. itē ex consimilibus cerotaria, & quæ dicentur statim.

CURA. In mala cōplexione materiali frigida audi Placentinum nostrum. qui patitur dolorem in dorso propter materiā frigidam, aut propter repletionē uenæ, non tardet in eius cura; quia aut incurret mortem subitanam uel paralytim, aut apoplexiā in breui tempore. forsan in eadem die. tu itaque festina ad eius curam euacuando eadem die cum pilulis foetidis, aut cochiis, uel de hermodactylis maioribus, aut in medicamine de turbith & maximè in causa frigida. item uterè ænematibus fortibus, de quibus actum est supra, & in sequenti rubri. dicetur. item fiant

fiant inunctiones ex rebus calidis, de quibus supra saepe, & infra a collo usque ad dorsum, & in fine confert balneum ex calamento, pulegio, saulina, furfure, & huiusmodi, ut supra item, & balneum naturale sulphureum, ut supra. studeasque ad euacuationes frequentes. in casu isto habeas cerebrum suspectum: propter quod diuersiones per nares maxime conferrēt: & tu considera. in quibus est ex repletione uenarum, aut arteriarum stude statim phlebotomia ex nigra, uel de saphena, uel sciatica prius, si uidebitur usque ad lypothymiam, si ætas, uirtus, & cætera consentiant. & Auicenna. solum expressit uenam, quæ est sub poplite in hoc casu tanquam illa, quæ dorsalia immediatius, & magis respicit, ut credo. quod, si phlebotomia fieri non potest, pone uentosas in naticis, in pulpis crurium, & in coxis cum scarificatione. item confert prouocatio hæmorrhoidarum, deinde inunge locum aliquo leui frigido, uel oleo ro. balneo frigido potentia non actu; sed actu tepido, uel fiant ex his leuibus infrigidantibus, fomentatio, uel epithema, & totum eius regimen declinet ad frigidum, & humidum: conuenit tamen & uinum granatorum, agreste, & huiusmodi, ut supra de dolore iuncturarum ex causa sanguinea: & tu ibi. quod, si fuerit uitio alterius humoris; ut cholericis; da oxyzaccharam, & alia cholerae digestiua. & quomodo syrupi acetosi conferunt, cum uideantur ratione aceti nocere; dictum est supra de cura iuncturarum in uniuersali. deinde euacua cum hiera simplici, uel composita, deinde inunge cum aliquo fortioribus frigidis quam in eo, qui est a repletione uenarum, & cum oleo uiol. & pauco aceti, aut cum epithemate ex succo solatri, uel endiuia cum aqua rosæ. & pauco aceti, & huiusmodi. quod, si necessaria fuerit diuersio propter membrum mandans illam; fac, ut dictum est saepe supra. regimen autem totum ad frigidum, & humidum tendat. quod, si humor fuerit lubricans, & mollificans euacuationes, fac præcedentibus digestionibus. deinde applica exiccantia; ut spongiam infusam in aqua salsa, uel sulphurea, aut in lixiuio, in quo bullita sunt; sicut sandaraca, thus, sulphur, calamentum, saulina, myrrha, & huiusmodi, aut emplastra, cum cypero, calamento, baccis lauri, storace, & huiusmodi. quod necessaria sit diuersio, quæ ante oculos continuè habenda est, eam facias, & membrum ipsum conforta, ne mandet, quod in reliquis locis afferas, & membrum ipsum; quia dorsum, conforta, ne recipiat: & tu semper memorare in euacuando materiam a membro mittente. in eo uero, qui est ex humore melancholico, quod rarissimum est, consimiliter procede, euacuando, digerendo, diuertendo, diuturnando, & alterando, &c. quæ autem hæc compleant habuisti supra rubrica de melancholia copiosè: & tu ibi. & in summa in causa materiali competunt summæ euacuationes, & exhibitæ per superius, & uomitiua, & clysteria. item diuersiones, alterationes ad contrarium causæ ex rebus proportionatis per inunctiones, cerotaria, epithemationes, fomentationes, balnea naturalia, & artificialia. item alterationes ad intra ex electariis calidis frigidis, confectionibus, & huiusmodi de quibus saepe dictum est, & tu pone ex datis ualentibus in doloribus iuncturarum, de quibus supra. in eo autem, qui est ex uentositate, ualent frictiones fortes cum pinguedine porci salis, sacellationes ex milio, sale, anetho, cymino flore chamæmillæ, ruta, & huiusmodi, epithemata ex his in uino albo facta, unctioes ex oleis calidis, emplastris, & huiusmodi. & ad intus regimen calidum uentositatis carminatiuum. laudantur & rubificatiua: item & uentosa appositæ, sed ipsa applicare est boni, & experti medici; nam in eorum applicatione expectatur nocumentum ut plurimum; quoniam corpora non sunt nostris temporibus munda, sed quasi continuè repleta; & ideo cum cautela, & prudentia age: & ideo a principio dato, quod sit a uentositate, consulo, ut euacuationem facias, & per exhibitæ per inferius, & per superius; quoniam de causa antecedente euacuabitur: considera.

CURA. si fuerit ex apostemate in musculis, & chordis; erit cura apostematum calidorum, aut frigidorum, ut exigit dispositio administrando in principio repercussiuua leuia; ne materia retropellatur ad principale. aut misce re-

E percussiuua cum solutiuis, & procedas in augmento, & statu, & declinatione, ut dictum est supra de apostematibus hepatis, splenis, & aliorum membrorum saepe.

CURA. si fuerit communitate matricis tempore eruptionis menstruorum, tunc intende ad iuuandum exitum menstruorum cum prouocantibus non fortibus; ne inducatur ebullitio in materia: deinde procede cum anodinis temperatis sedantibus dolorem; ut sunt chamæmilla, melilotus, althæa, fœnugræcum, semen lini, adeps, de quibus saepe, & quinto tractatu specialiter.

CURA in facto ex labore, itinere, equitatione, & huiusmodi est quiescere. unde senex noster. xlviij. aphorif. ii. sectionis. In omni corporis motu, ubi laborare cæperis, quies statim lassitudinē aufert. utatur regimine bono, resumptiuo, & uino odorifero lymphato; deinde inungatur cum oleo anethino, chamæmillino mixtis, & huiusmodi resolutiuis, leuibus, mitigantibus. item potest ingredi balneum aquæ decoctionis chamæ. rosæ. maluuisi; si non sit, quod prohibeat, & saepe.

F **C**URA. si fuerit ex percussione, & casu; oportet te recurrere ad chirurgicum. unde, si expedit; fac phlebotomiā diuersiuuam, aut euacuatiuam. item diuertas, & euacua cum appropriatis, & pilulis, enematibus, & huiusmodi. deinde applica frigida, aut calida, & resolutiua, & anodina, ut ipsa exigit dispositio.

CURA in eo, qui est ex coitu, abstineat ab eo longo tempore, & utatur regimine resumptiuo, ut supra secundo ca. de eo, qui debilitatur ex nimio coitu.

CURA si uitio renum acciderit; recurre ad rubricam propriam de ipsis renibus. si uero communitate oris stomachi; cura est remotio dispositionis stomachi: & consimiliter de ulcere cannae pulmonis dicendum. in eo uero, qui est causa gibbositatis, cura est eius remotio, quæ dicta est supra; & tu ibi. scito postremò, quod conferentia paralyti conferunt in hoc casu: & ideo pro remediis amplioribus te ad eum transferas locum. & laudauit Auicenna. in causa frigida oleum de euphorbio solum, oleum de cherua, oleum rutaceum, de costo. & oleo de liliis inest proprietas mirabilis. & cum uolueris inungere, calefacias in primis dorsum cum panno aspero fricando, deinde inungas comprimendo leuiter, maxime, si non fuerit ex uentositate, quoniam fortis frictio iuuat. item cerotaria ex gummis, bdellio, popanaco, amoniaco, euphorbio, & eiusmodi: & tu compone; nam & composita in doloribus aliarum iuncturarum conferunt, de quibus supra. & hæc sufficiant.

De podagra. Rub. 10.
PODAGRA est dolor iuncturarum pedis incipiens a digitis, quandoque a pollice, quandoque a latere, quandoque a calcaneo, quandoque ad genu, & ad coxam extenditur, & est plurimum eueniens, quam dolor sciaticus. cuius causa est pro magna parte situs membri, remotio a principalibus, motus, & labor in sustinendo corpus. & hi dolores uaria fortuntur nomina secundum diuersitatem ipsorum membrorum. unde dicitur podagra a pede. chiragra a manu, quia chir manus. & sciatica a scia, & arthritica ab artubus, & similiter de aliis.

H **C**AUSAE autem factiue doloris podagrici sunt illæ eadem, quæ arthriticam, & dolores aliarum iuncturarum faciunt calidæ scilicet, & frigidæ primitiua, & huiusmodi, de quibus in rubrica de doloribus iuncturarum: & tu ibi. & aliquantulum eas tangens dico, quod causa antecedens est complexio materialis maxime humida. compositionalis raritas, & laxitas, siue largitas: unde humor fluere possit coniuncta humor grossus cum subtili secundum plurimum replens aut mala complexio ipsa sola. primitiua aer grossus humidus, malum regimen in rebus sex non naturalibus. & hic aduerte, quod dolor podagricus non causatur ex materia replente neruos, & chordas, quoniam tunc esset spasmus; quoniam spasmus de repletione causatur: sed materia faciens dolorem podagricum prius transit per uenas, laceratos, & cutem: deinde per ligamenta in uacuitates iuncturarum. unde concatenantia iuncturas, quæ sunt chordæ, & nerui extenduntur, & sic dolent, & nullo modo replentur

ut dictum est: & uesica sententia Galeni .vi. Aphor. com-
mento nono.

SIGNA collige ex signis dictis in præcedenti rub.

CURA in uniuersali. canones primus considera primò
dispositionem patientis ex parte uirtutis, ac suorum mem-
brorum, ut, si quod est membrum mandans, aut quia noci-
tum quod suspectum facis in causa, & illi tecum aptis re-
mediis oppone rectificando. & scito, quod cerebrum est secū-
dum plurimum suspectum, ut supra. secundò, quod ut supra mi-
sce semper cum aliis medicinis exhibendo medicinas con-
fortatiuas ipsorum membrorum, & resistentes malæ quali-
tati. secundus, quod diætam ordines adiuuantem intentione
secundam iam dictam. tertius, quod interponas tempus in ex-
hibitione medicaminum saltem solutiuiorum ut dies plu-
res, ut uidebitur: in quibus uirtuti attendas exhibendo pul-
los, & huiusmodi habentia confortare uirtutem; quia sint
multi nutrimeti, & paucarum superfluitatum. quartò scias,
quod si non interuenit error; podagra in uere, & æstate ueniens
non pertransit. xl. dies. quintò, quod eueniens in hyeme, & au-
tumno longiori tempore durat, & dura est curari, maximè
cum à principio non curatur cito, & dum succurritur do-
loribus iuncturarum in principio; facilis est eorum cura.
quod si confirmetur, & propriè generata ex humoribus di-
uersis, non curatur. sextò sollicita ad dolorum mitigatione
eo modo, quo dictum est supra in præcedenti rub. unde per
omnia te transferas ad eos canones. & ad complementa
eorum, si rectè uis podagræ mederi, sis memor eius, quod
dictum est de narcoticis, quæ non nisi urgente magna ne-
cessitate administranda sunt, de quibus etiam Hipp. xxv.
aphor. v. section. Tumores articularum, atq; dolores absq;
ulcere, & podagricos quoq; atq; conuulsa horum plurima
frigida aqua largè effusa leuat, & extenuat, soluitq; dolore
nam modicus torpor dolorem soluit. septimò scito, quod
materia existente frigida non debemus excessiue calida
exhibere. saltem localia; quoniam sic traherent materiam
ad locum, dato quod non esset plethoricum. & econuersò,
si materia est calida; non exhibeamus multum frigida; quia
nimis materiam condensaret, nisi uehementia doloris nos
ad hoc cogeret, ut dictum est. octauò, quod phlebotomia non
fiat saltem in principio, nisi materia esset sanguinea, de qua
phlebotomia supra. nonò, quod solutiua dentur fortia, debilia
quidem in uigore, & debilia in quantitate. decimò, quod loca-
lia non applicentur, nisi mundificato corpore, nisi neces-
sitas ad hoc urgeret maximè. undecimò, quod, licet diuretica
competant, in principio non dentur, ut supra; quoniam fa-
ciunt materiam magis cursibilem subtiliando, & sang. adu-
runt. duodecimò, quod medicamina permutentur. unde Auic.
& scias, quod rectius est, ut permutatio fiat cum medici-
nis. quandoq; est medicina conferens uni membro; & non
alteri membro, & quandoq; confert in hora, deinde post il-
lud nocet, & mouet dolorem. decimotertio bibulis inquit
Auic. & oportet, ut dimittat uinum omnino, ex quo sane-
tur ex eo sanatione integra, & ueniant super ipsum qua-
tuor tempora. & oportet, ut dimittat illud consuetus secū-
dum gradationem, & utatur cum ipsum dimittit diureti-
cis, & uinum de melle cum diureticis confert eis, de quo
in dubiis. decimoquarto manda menti uersum communè.
**Soluere nodosam nescit medicina podagram. decimoquin-
to memorare, quantum laudatus est uomitus causa existen-
te in inferioribus. & tu hic aduerte, ne sic fiat, quod stoma-
chus destruat. itaq; in eo te modera. decimosexto, quod
ut supra de iuncturis aptiores, ut in eis multiplicentur do-
lores iuncturarum, sunt senes habentes ægritudines chro-
nicas, & conualescentes, cum non reguntur rectè. Auic. de
cimo septimo, quod est passio hæreditaria; & ideò si quis
natus est ex progenitoribus podagricis; magna cum diffi-
cultate curantur, uel fortasse nunquam. unde Auic. & dolo-
res quidam iuncturarum sunt ex summa ægritudinum, quæ
hæreditantur plurimum; quoniam sperma est secundum cõ-
plexionem generantis. decimo octauo, quod habentibus
podagram accidit, ut prolongentur oschea testiculorum
propter descensum multarum humiditatum ad loca infe-
riora, & maximè urinalis, & subdit. Podagra quidem cho-**

A lerica attrahit mortè subito, & proprie apud regimen plu-
rimum, id est, cum ei medetur cum regimine repercussiuo
multo materia cõuersa ad principalia. decimonono; quod
ut supra podagra aliquando est causa prolongationis uitæ,
& eius curatio causa abbreviationis materia habente cur-
sum, deinde ad principalia; & ideò in cura eius prudenter
operare. uigesimo, quod cum incipiunt apparere uarices
habentibus dolorem iuncturarum; & podagra est sanatio
per eas Auic.

CURA particularis podagræ similis est curæ arthriticæ,
de quibus statim: sed, ut magis satisfaciam; prius rememo-
rabo aliqua, & succinctè ex iam positis in præcedentibus
rubricis, ad quas recurre, si plenius habere uoueris: & ad-
dam prædictis canones curationis similes his, qui in rubri-
ca de cura arthriticæ suis appropriatis remediis associatos
ordinatio diætæ, digestio materiæ, & non diuersio, confor-
tatio membrorū, iam fluxæ materiæ resolutio, accidentiū
remotio, quia doloris sedatio, seu ablatio. & quando dolor
est multum infestans. oportet ab eius remotioe incipere
ut supra in præcedenti rub. & cum narcoticis, & aliis ibi.
B unde Auic. cum fortes fuerit dolores, & non tolerantur; non
excusantur, quin tribuantur sedatiua doloris ebibita, & li-
nita. & subdit. Et non administres stupefaciens nisi apud
necessitatem. ego autem consueui administrare aquam fri-
gidam, & contulit: de qua supra, & maximè causa existente
calida, sed aduerte, quod ista ut supra, debent fieri cum magna
discretionem, ne, si materia fluens esset multa, & reuerteret
ad principalia mortem, aut deteriore causaret ægritudi-
nem, sed raro materia calida est multa, & raro in causa fri-
gida dolor est insupportabilis, & ideò benè considera pro
expeditione horū, quoniam de eis satis in præcedenti rub.

Pro primo in casu frigida euitet aerem frigidum, loca
propinqua aquis, loca humida, & terrena, à uento austrino
præcipue, à mutatione subita de loco calido ad frigidum,
& econuerso, ut separari ab igne, uel balneo calido, & subi-
to transire ad locum frigidum, quoniam sic poris apertis,
deinde frigidum magis penetrat. propter quod aqua cale-
facta citius congelatur; ut quarto meteororum Aristot.
C item à sessione super terram, ut est lapis, herba uiridis, &
huiusmodi, ut dictum est de frigida. abstineat à cibis gros-
sis, uiscosiss, ab aceto, uino potenti, de quibus omnibus in
præcedenti rubri. item à nauæatiua satietate; est enim de
maximè nocentibus: ab aliqua frigida maximè in ieiunio;
quia neruos & iuncturas maximè debilitat: item à fructi-
bus aquosis, & humidis; ut sunt persica, melones, & huius-
modi, de quibus quarto tractatu: item carnibus laudatis
utatur, de quibus omnibus in præcedenti rub. ab exercitio
equestri abstineat, & maximè longo, & facto post cibum;
equitationem enim inueni podagricis multum nocere: &
tales cum equitant; teneant pedem super asserem paruum
ligatum staphæ. faciat exercitium ante cibū, & conueniēs
sux dispositioni secundum ætatem, & membrorum suorum
fortitudinem ante cibi assumptionem mane, & sero maxi-
mè corpore existente purgato, & resolutio secundum ma-
gnam partem superfluitatibus fluxus; quoniam ante ex mo-
tu currerent de nouo, & non resoluere. situs pedum in
alto confert tempore quietis, & est utile. de som. & uigi.
ut in præcedenti rub. de inanitione. habeat uentris benefi-
cium omni die, & abstineat à coitu; est enim res pessima
eis, ut in Aphorismis infra. Eunuchi non podagrizant; debi-
litat enim neruos, & iuncturas omnes. à repletionem absti-
neat; est enim maximè nociua, & præcipue podagricis. ab
omni abstineat, distemperantia uirtutum animalium; ut
sunt ira, tristitia, sollicitudo, & huiusmodi; quoniam sic na-
turales debilitant. & in calida proportionabiliter dicatur
suo modo, de quo in præcedenti rub. ad plenum.

Pro secundo dicatur pro nunc, quod in præcedenti ru-
dictum sit de qualitate digestiuorum, & solutiuiorum, ac
euacuatorum; hinc pro expediendo citius solum ad exem-
pla ueniam. digestiuum in causa frigida. R. radicū apii,
foeniculi, petrosellini, sparagi, brusci. ana. M. i. saluiæ, men-
thæ, rutæ, primulaueris, aristolochiæ longæ, & rotundæ, bac-
carum lauri, cetauræ, iuræ. ana. M. s. feminis anisi foeniculi,
Practica. S. Bb carui.

carui. ana. unc. 5. costi, radicum capparum, hermodactylorum. ana. 3. iii. stocados, piperis, zinziber. pyrethri, castorei, oppopa. bdel. serapini. ana. 3. ii. & si uis facere solutium adde turbith, agarici, colloquintidæ. ana. 3. ii. 5. radicum carui. 3. ii. polypodii. 3. 5. & cum sufficienti quantitate zuchari fiat syrup. ad idem. R. pedis coruini, pedis columbini, iux arthriticæ, chamæpithyos, saluix, herbæ uitri, origani, stocados, spinæ albæ. ana. M. i. radic. fœni. petrosi, sparagi, brusci, residentium in aceto squillitico, ana. 3. i. passularum enucl. 3. 5. acori, amoni. ana. 3. iii. aristolochiæ ros. 3. 5. corticum citri. 3. i. florum rorisma. ro. ana. 3. i. hordei pugillum. i. & cum zuch. aut melle, si materia fuerit multum frigida, & cum aceto prædicto fiat syru. & ex consimilibus ordinare per te poteris. in causa calida digestium. R. endi. lactucæ, uirgæ pa. lupulorum, coriandrum, barbæ hircinæ, plantag. pedis coruini. ana. 3. i. radicum sparagi. 3. 5. residentis in aceto passulato, hordei, pugillum. i. ro. 3. i. seminū portu. & lactucæ, & endi. an. 3. 5. zuch. lib. i. mell. ro. 3. iii. aceti prædicti. 3. iii. & cum zuch. fiat sy. & ex frigidis positis supra conferentibus in passionibus iuncturaru conficere poteris sy. & alias potiones, ut placebit. & hic aduerte, q̄ hora doloris debet abstinere ab oxymel, sy. acetoso, & huiusmodi; qm̄ acetum pro tunc est causa, ut materiæ penetrent ad nodos iuncturarum. & consimiliter abstineat a uino propter consimile causam. eūo fit cum ænematibus solutiuis exhibitis per os phlebotomia, & hm̄i. exemplificabo. clyster in causa frigida. R. affari, mercurialis, maluarum, centau. minoris, poly. po. ana. M. 5. agarici. unc. 5. mellis. unc. ii. hieræ pigræ. 3. i. falis gem. 3. iii. olei sambu. 3. iii. conuenienter soluit. in calida. R. uiol. maluarum, blitis, mercu. nenu. ana. hieræ pig. cassiæ. an. 3. 5. olei uiol. ro. an. 3. ii. falis communis. 3. iii. bulliant in aqua. ex solutiuis confert maximè colloquintida, hermod. & turbith præparatum, item & scammo. præparata mixta cum altero istorum; maximè causa existente calida. unde Auic. de cura eius. Et iterum scammonia decocta in duplo sui aqua citonio. acetosorum, aut pomorum. pilulæ, & alia solutiua requirantur in præceden. rub. fiunt enim à pluribus ut supra syrupi solutiui; quia cum sy. ponuntur simplicia, ut in præcedenti ru. fit & eūo uomita, qui quæ plurimū, & sepa cōmendatur, & maximè in diuertendo. de phlebotomia autem dictū est in præcedentibus rub. & ideò discurre per illa loca; nam hic ponā sententiā de phlebotomia diuersorū authorum, & ipsam cōsiderabis: & spero te ex habitis debere intelligere; qm̄ aliqui uidentur ea ualere, ut diuersua, quandoq; ut præuina, qn̄q; ut euacuatia sed ut supra de ipsa in dubiis. Viaticus, si ex calidis fit humoribus; post phlebotomiam purgetur cholera. Alexander. Si cholera fluit in pedes; non est opus extrahere sanguinē; sed chalogogo utere in diuisionibus. Rasis. Si ex cholera post phlebotomiam; purgetur cholera, & quidam commendant sanguifugas; sed existente peccato sanguinis directè competit phlebotomia.

De diuersione, & aliis dicatur, ut in præcedenti in rubrica.

EX PARTE satisfactum uolo pro nunc huic rubricæ, si ponā plurima, & rationabilia, & empirica, & experta in passione podagrica diuersis passionibus deseruientia. in causa calida lac muliebre cū opio, oleo, & cera dolorē mitigat, itē ex psyllio, oleo ros. & aceto cū farina hordei, itē papauer cū oleo uio. ro. succo endiuix, spuma maris, & lacte. lutū armenū sigillatū cū aceto in principio, & prohibet fluxū. itē ex succo citoniorū, & farina hordei emplastrū factū cum aceto, item ex succo maluz, psyllio, portulaca, oleo ros. farina hordei emplastrum. item cum foliis iusquiami, & farina milii fiat emplastrū, mirè ualet. experzum cicuta mixta spumæ argenti, & adipi superposita. itē in dolore uehementissimo. 3. i. opii. puluerizetur cum croco, uitellis ouorum, & oleo ros. ad idem probatum confortat locum & dolorem sedat. R. seminum nasturtii, farinæ hordei, psyllii, micæ panis benè fermentati, & candidissimi, aquæ ros. ana. confice cum succo plantaginis, & portulacæ, & adde desuper oleum ros. & albumina oui, & desuper pone. & cum dolor incipit mitigari; adde uitellum

E oui cum pauco croci. mirabile ad idem Re. rob uini, aque plantaginis, muscillaginem maluauisci, albuminis oui. ana. unc. ii. confice. & semen citoniorum, farinam fabarum, farinam hordei. ana. 3. x. acaciæ, lapidis armeni, sandalorū citrinorum, memithæ, aloes, succotrini, croci. ana. aur. i. aggrega totum, & mitte ceræ, olei ros. ana. 3. 5. & misce, & cum cessauerit dolor adde olibani, myrrhæ. ana. aur. i. & duo uitella ouorum. ad ipsam calidam pluries probatum est, & est mirabile. Re. de terra formicarum lympeida. un. iii. hordei. unc. i. foliorum ros. unc. 5. farinæ fabarum unc. 5. maluz, mandragor. ana. unc. vi. coque maluam, & mandragoram in. iii. lib. aquæ, donec redeat ad medietatem: post cola, & confice cum eis omnes medicinas in mortario puluerizatas, & misce, & adde. 3. i. croci, & si uis addere; potes aliquid opii. emplastrum mirabile, quo potes uti à principio usque ad finem. Re. fabas cum corticibus, & iuiubas, & coque in aqua, & post cola, & aquam reponas in caldario. deinde. Re. seminum maluauisci, papaueris albi, seminum lactucæ, seminis citoniorum. ana. 3. ii. seminum plantaginis, fœniculi, anethi, foliorum ros. seminum caulium, mandragoræ, sandalorum citri. ana. unc. i. coque totum in aqua plantaginis ita, quod cooperiantur medicinæ, & bulliant ad consumptionem medietatis aquæ; deinde cola. & Recp. tantundem olei rosæ. & coque quousque consumetur aqua, & remaneat oleum. postea pondera oleum, & cuilibet ponderi. unc. iii. appone. unc. i. ceræ albæ, & unc. iii. de renibus uitelli, & misce totum. & si fuerit fortis caliditas; appone acaciæ, opii, ana. 3. i. camphoræ grana x. Quidam eodem utuntur in causa frigida excepto opio, acacia, & camphora; sed addunt myrrhæ, croci. ana. 3. i. 5. q̄, si uis magis calefacere; adde, ut uidebitur ex calidioribus.

In causa autem frigida ualet althæa cum adipe anseris. item cassia fistula linita, de qua experientiam habui: item stercus caprarum montanarum cum adipe porci. item aristolochia epithemata cum oleo ueteri. itē chamæpithyos cū sulphure, & nitro, & aqua linitū bonū, itē decoctio caulis, & fœnugræci embrochata, itē potenter stercus uaccinū calidum superpositū, p̄ rusticis. itē emplastrum factū ex melle, puluere dactylorū, farina frumenti & oleo ro. & uitellis ouorū, & uino, costo nigro. itē pinguedo uiperæ, & ualet supra alias pinguedines. Quidā Marischalcus Ferrariensis se curauit faciendo sibi suffumigiū omni die cum decoctione radicū ebulli; unde multū sudabat, deinde post exiccationē inugebat se cū oleo costino, & quiescebat: sed hoc remediū non fiebat nisi post purgationes cōpletas. in principio cōfert. R. acaciæ, aloes, myrrhæ. an. aggregetur cum aqua mēthæ. itē nuces cupressi, myrrha, iuniperi grana aggregetur cū aqua decoctionis gallarū, & hoc in principio itē epithema bonū. R. storacis liquidæ, castorei, euphorbiæ mēthæ, aloes, acaciæ. an. & cū uino ueteri fiat. ad idē, & sanatur in una die. R. gattū pingue excorticatū, & ipsam pistā minutim, & cū eo impleas uentrē anseris pinguis, & adde axūgiæ falsæ lib. 5. piperis, sinapi, euphorbiæ, diagrydii, pyrethri, rutæ, absinthii, lardi, axūgiæ ursi. an. 3. 5. ceræ. 3. ii. & asset, & quod distillat, seruet. & pro isto uide similiter antidota supra de paralyfi. aliud, carnes gatti decoquantur in uino cū ruta, betonica, fœniculo, saluia, agrimonia; deinde de tere carnes, & exprime, & totū deinde colet; deinde reducat ad ignē uinū, & in eo ponat medulla cerui, & thus, & bulliat usque ad spissitudinē, & ē optimū probatissimū. cauetur radix bryoniæ grossa, & ponatur intus puluis ellebori, iris, artemisiæ, calamēti, thuris, rutæ, & repleat cōcauitas eius usq; ad duas partes, & tertia sic remaneat. & addat supradictō pulueri gentianæ, pyrethri, hermodactylorū, & oleū uetustissimū, & cera. sigillet cū argilla, uel pasta desuper, & ponatur sub prunis, & diu decoquat, & postea terat, & exprimat succus, quo inugatur patiens. ad idem, & probatum, decoquatur caro uulpis in optimo uino, donec separetur ab ossibus; deinde caro sic calida teratur fortiter, & exprimatur: deinde iterum ponatur uinum cum succo expressionis ad ignem, & bulliat ad spissitudinem unguenti, & in fine adde ceram rubeam, masticem, castoreum.

reum, bdellium, myrrham, baccas lauri, parum euphorbij, & parum musci, si fuerit diues, fiat unguentum. item & est pretiosum oleum de limacijs factum tempore maij per frictionem earum in frixorio, item oleum laurinum.

Aliud & est unguentum de ranis. R. seui ranarum lib. i. butyri, agrippæ. ana. ʒ. vi. olei chamæmillini, anethini, de costo, ana. ʒ. i. ʒ. ros. ʒ. iii. terbentina. ʒ. i. ʒ. fac unguentum. & quia dictum est de eorum nocuentis emendans in iuncturis inductum ex mera ipsorum, aut ipsorum usu. R. fellis porci, uel bouis. ʒ. iii. olei chamæmillini, ʒ. iii. ziniar. ʒ. iii. farinæ hordei. ʒ. i. & cum melle fac emplastrum. & quia fui supra copiosus; in præcedenti rubrica uolo hæc nunc tibi sufficere: quare &c.

De sciatica, & ancha. Rub. ii.

DICITUR dolor anchæ, quando dolor est in iunctura anchæ ultra ipsam se non extendens. sciatica autem, cum dolor ultra iuncturam se extendit per lacertum, & neruum latum, retro per coxam. & dicitur sic à scia, quæ os coxæ est & Arif. quarto proble. problem. ii. sciaticum ischiam uocat ab ischion: græcè, quod latinè ancha dicitur. & hi duo dolores anchæ, scilicet & sciaticus conueniunt, & differunt. conueniunt quidem in essentialibus, & differunt in accidentalibus. in essentialibus quidem; quia in loco, & in causis. in loco quidem patet: in causis autem; quia eadem tam intrinsecè, quàm extrinsecè sunt ipsorum dolorum factiua. & intrinsecarum aliæ tales per essentiam, nonnullæ per communitatem. exemplum primi; ut humiditates phlegmaticæ quæ sunt secundum plurimum eorum dolorum factiua replendo, & extendendo, quæ ut plurimum à cerebro ueniunt deinde uentosa, deinde sanguinea, deinde melancholica, deinde cholericæ & quando quoddam mixta, quæ ab hepate, & uenis ueniunt. propter quod dixit Auic. Horum quidem humorum plurimum est superfluitas digestionis secundæ, & tertiæ. exemplum secundi; ut quia matrix aut cerebrum, quod habetur multum in hoc suspectum, communicat eidem iuncturæ nocuentum materiale, ut cum superfluitates emitti per eos & consueta retinetur, & ad iuncturas mittuntur, ut supra de dolo. iuncturarum. de extrinsecis idem exemplificabo, ut in præcedentibus rubrica, ut est casus, percussio, debilitas sequens, selsionem supra rem duram, aut assiduitatem æquitandi insuetam, aut super equum duriter ambulantiem, aut propter longam, & fortem ambulationem, aut propter saltum. ex parte autem accidentalium differunt, primò quantitate dolorum; quoniam dolor anchæ minor est; sed sciaticus maior, saltem extensiuè. unde quandoque peruenit ad genu, & quâdoq; usq; ad crus, quâdoque ad pedem, & impedit stationem, quandoque ad digitos pedis, & impedit infirmitatem, & quâdo ita descendit, à quibusdam nominatur sciatica completa, & materia sic descendens, descendit ad partes has inferiores per uenâ, quæ à gibbo hepatis uenit; licet ad descensum materiæ concurrat dolor, qui est causa attractionis materiæ à toto. secundò ex parte curæ; quia difficilius curæ est dolor sciaticus, & præcipuè cum completur ad intellectum datum. uterq; tamen difficilius curæ est, quàm dolor aliarum iuncturarum propter loci profunditatem: dolor tamen humeri, & spatulæ sunt periculosiores propter propinquitatem ad membra principalia. differunt tertio; quoniam sciaticus frequentius reciduat, quàm dolor anchæ, & his omnibus adhuc frequentius podagricus propter causas supra assignatas de debilitate ipsorum membrorum inferiorum, longinquitatè à principalibus, & situm eorum. & hic aduerte dictum Auic. & Hip. infra in aph. inquit Auic. Et multoties quidem multiplicatur humiditas muscosa in piscide; quare mollificatur ligamentum, quod est inter additamentum, & piscidem, quamobrem dislocatur ancha. & ante illud accidit dispositio inter firmitudinem, & dislocationem, & est ut sit uelocis exitus, & uelocis reditus, inquieta ualde. item nota, quæ, ut Auic. est de uehementibus doloribus iuncturarum propter circumpositionem lacertorum & neruorum magnorum circa iuncturam secundum plurimum & ualdè sensibiliu: quod non est in alijs iuncturis minoribus. ea. & scito postremò, quæ causa factiua doloris podagræ, & aliarum iuncturarum sunt

A causa & sciaticæ, propter quæ Auic. unum de eis fecit capitulum, & quo ad causas, & quo ad curam; & ideò recurre supra pro eis. tu tamen scito, quæ causa sciaticæ sunt difficilius inuestigationis, quàm causa aliarum iuncturarum propter profunditatem materiæ, & distantiam à sensu maiore, quarum cognitio arbitrari potest ex doloris specie, & quantitate, à iuuantibus, & nocentibus, & alijs circumstantijs.

SIGNA sunt eadem, quæ de doloribus iuncturarum, quæ posita sunt supra; & tu ibi.

CYRA. canones. primus, scit, quæ ægritudines iuncturarum habent quatuor tempora secundum motum suarum materierum uarium distincta, quemadmodum alia apostemata licet ipsa non sint uerè apostemata, sed cum eis similitudinem habentia ex parte fluxus, & tumoris, & nodositatis: & terminantur ut plurimum per resolutionem, aut per petrificationem, & nunquam per sanationem. unde, ut Rasis in diuisionibus. hoc est eis propriu. scilicet per sanationem non terminari. secundum, quæ cura eius est, proxima cura doloris aliarum iuncturarum saltè quantum ad generalia, differens tamen ab ea in quantum natura membri propria medicamina, & localia repercussiuia, doloris mitigatiua, ac resolutiua suis applicandis temporibus uariat propter situm, siue loci profunditatem, ut dicitur. & tu ad eos canones recurre supra; noli. n. uniuersalium obliuisci; ut per ea particularia operari ualeas: locus enim magis carnosus est, & rectus, & recipit eius ligamentum quasi ex omni causa debili, & forti mollificationem, & resilit uertebrium ex sciatica; in alijs autem non sic. in ordinatione autem diætæ debes te opponere ad contrarium causæ, & tale regimen sume ex his, quæ dicta sunt de cura doloris iuncturarum, & causas eius particulares considera, de quibus hic paulo antè; & illas remoue. & hæc pro prima tibi sufficiat; nam de ipso amplè allegato loco, ad secundum accedo, qui est diuersio materiæ. unde in principio fluente materia debet fieri diuersio euacuando materiâ fluentem à membro mittente, aut eam ad diuersum trahendo. in hoc autem casu competunt uomitus maxime: de quo supra sæpe, & phlebotomia, & clysteria acuta. & pro uomitiuis quare supra de cura doloris iuncturarum in uniuersali, ubi plurima posita sunt, de quo uomitu Auic. de cura sciaticæ, & est sufficietia in uomitu forti, & hoc maximè quantum ad causam antecedentem materia existente multa; quoniam si pauca; nõ debet fieri leuis uomitus; quoniam dubitatur semper ex uomitu agitatio materierum. unde securius dabitur leuis medicina, quantum scilicet ad ipsam causam antecedentem. & hoc addidi propter intellectum eius; quoniam uult, quod uomitus aliquando excuset à medicina solutiua. de phlebotomia autè sic dicatur primò, quod materia existente sanguinea, aut sanguini mixta debet fieri in principio ex manu eiusdem lateris; quia fit maior diuersio per phlebotomiam in principio; sicut in principio apostematum etiam frigidorum ad prohibendum collectionem materiæ in loco. tu tamen considera corporis habitudinem, & plethoriam, & huiusmodi: unde maiorem, & minorem putes posse facere phlebotomiam. ubi autem materia non sit sanguinea, aut sanguini admixta, laudatur magis, & est magis propria medicina uomitus, siue clyster acutum. & de clysteribus habuisti exempla multa allegata rubrica; & tu ibi. quod tamen multum laudauit, cum ægritudo prolongatur; clyster factum ex decoctione colloquintidæ, nasturcii, radicis cappari, cetauræ, cucumeris asinini, prassij, ruberæ cum benedicta, oleo, & sale, & ex cõsimilibus cum melle faciunt suppositoria fortia addedo ex fellibus aliquid, pro quibus allegata ru. ligature, frictions, & hmõi sunt et diuersione faciendes, de quibus sæpe. sed hic attende principaliter, quæ est membrum mandans; ut quæ, si fuerit cerebrum; fac diuersiones trahedo per nares, & huiusmodi; & cõsimiliter suo modo in reliquis age: nam de diuersione propria reliquis membris ad plenum actum est suis rubricis. reliquum aggredior, qui est percussio, & in cura podagræ concessum est in principio apponere repercussiuia; immo concedebatur aqua frigida, his tamen ab ipsis abstinendum est, unde Auic. de cura doloris iuncturarum podagræ, & sciaticæ inquit. Et, cum materia non est plurima, aut est parua

restorationis; tunc non est malum repellere eam in primis, cum est nisi in sciatica; nam repercussio in ea retinet materiam in profundo. quare oportet, ut fiat paulatim debiliter aut dimittatur, & sit occupatio cum euacuatione; nam repercussio in principio quandoque nocet nocimento uehementi; quoniam materia profunda est, & repercussio retinet eam illic, & ponit eam taliter, quod difficilis sit eius resolutio. Auic. de curatione eius. Sunt itaque repercussiva, & fortiter styptica hoc casu multum suspecta; quoniam materiam in loco profundo incuniant, siue sit per clystere, siue per exterius administrata. cumque repercutere uolueris administra debilia, quae defendant membrum, siue locum, refrenando materiam, & non repellendo, & incrudendo. unde commisce cum frigidis calida plus, & minus secundum materiae qualitatem; ut in calida plus de frigidis, in frigida minus cum mollificatiuis anodinis. unde oleum rosae cum adipe anseris, & pauco aceti cum petia superpositum aut cum penna linitum: similiter althea cum adipe, & radice papaueris alb. & maxime in calida, item epithema cum succo solatri, semperuiuae, & absinthij. item cum eisdem herbis cataplasmatum locus, item ex eisdem herbis cum althea & farina foenugraei, seminis lini, & hordei, & oleo rosae. item administratur a pluribus succus plantaginis cum his. & sit repercussio etiam cum impositione anematum ex his faciendo agrum stare super latus dolens: & est optimum remedium. & sic de aliis sic mixtis cum seminibus lini, mucillagine foenugraei, & aliis commiscendo frigida cum calidis ad refrenandum materiam, dummodo non sit multum styptica, ut dictum est. Et in causa frigida conferunt mel cum sauch hordei emplastratum: item emplastrum factum ex melle, & lana succida subtiliter incisa, & incisorio coctum cum pauco aceti. & hic aduerte, quod in emplastris, & embrochis, & in his, quae ad extra applicantur, tu semper aliquid appone aceti ad penetrandum propter profunditatem iuncturarum: & est canon quarta primi. i. cap. habes supra de dolore iuncturarum frigida, & calida tibi deseruientia: elige ex his minus styptica, & addas ad tollendum stypticatatem ex mollificantibus anodinis, & compone, ut uidebitur expedire. de digestiuis etiam habuisti in praecedenti rub. quia & illa ualent in hoc casu: & tu ibi. digestiuum Hermetis proprium ad frigidam. R. camebreos, gentianae ana. ʒ. iij. aristolo. ro. ʒ. ij. se. ruta sicca, ʒ. ij. terantur, & cribellentur. dosis coclear. i. cum aqua mellis. est mirabilis; sed delectabilius compone in modum syrupi cum melle.

De solutiuis habuisti supra multa. & laudantur ex simplicibus euphorbium cum speciebus mixtum; ut sunt piper, cinna. nux musc. & huiusmodi. item & ipsum clysterizatum amoniacum, serapinum, ut supra. pilulae mirabiles in trahendo phlegma crudum ex ancha. R. turbith. ʒ. i. ʒ. colloquin. ʒ. iii. bdellii quartam. ʒ. i. aloes ad pondus omnium, decoctio mirabilis, & facit statim surgere a lecto usus eius. R. corti cum apii, foeni. ana. ʒ. x. colloquin. centau. mi. ameos ana. zurumbet, esulae ana. ʒ. v. coquantur in lib. iij. aquae ad consumptionem duarum par. de ea sumatur quotidie. ʒ. i. pilulae expertae, & maxime quando fluxus est a capite. R. turbith ʒ. iii. zinzib. ʒ. ʒ. centau. colloquin. ana. ʒ. ii. ʒ. serapini. ʒ. ʒ. aloes succotrini. ʒ. iiii. rosae. salis gem. masticis. ana. ʒ. ʒ. diagydyj. ʒ. i. ʒ. confice cum succo rapha. & multa talia habuisti supra, & copiose de dolore iuncturarum; & tu ibi. aduerte tamen, quod cum ista passio fortis sit, & in ea fortibus utamur medicinis, non possumus frequentare talia medicamina; sed oportet nos ea reiterare cum prudentia, & moderatione: & ideo interpone tempus inter euacuationem unam, & aliam saltem eradicatiuam, siue fortem. quo tempore subuenias uirtuti, & interim digeris materiam peccantem, & attendendo membro mittenti. item fiunt clystera debilia, & fortiora, de quibus alle. rub. & tu ibi. satis autem actum esse putauit de medicinis ipsis cum copiose de eis dixerim in rub. de cura dolo. iuncturarum in uniuersali. restat, quid de phlebotomia dicendum sit. materia itaque existente sanguinea facta phlebotomia diuersua, cum euacuare uolueris causam coniunctam; fac phlebotomiam de sciatica, &

non aliter. unde Auic. & non fiat phlebotomia ex pede nisi post phlebotomiam ex manu, & maxime si materia non foret pauca. quod rarissime contingit. unde tutius est sic procedere, ut Auic. pro quo recurre ad dubia de ophthalmia. sed hic aduerte Auic. inquit. & de bono scilicet regimine est, ut ieiunet duobus diebus; deinde phlebotometur. unde in dolore sciatico fac phlebotomiam ex uena sciatica, quae est in parte exteriori iuxta talum pedis: de qua Auic. quarta primi de phlebotomia. & iuuamentum quidem in phlebotomia sciaticae est magnum in dolore sciaticae. & subdit. & ratio quidem facit oportere, ut sciatica, & saphena similis existant iuuamenti, quia sunt ab eodem trunco: sed experimentum facit, ut operatio sciaticae plurimum conueniat dolori sciaticae; sicut si hoc esset debitum. hoc tamen dictum de phlebotomia sciaticae Auic. de cura eius hoc modo restringit, nisi sit dolor leuior non extensus in syluestri, immo, si purus rubeus cuius resio ex domestico. quare erit saphena magis conferens ei, quam uena sciatica, quamuis ambae sint duo rami uenae unius; sicut basilica, & coephalica

in manibus. phlebotometur, & in hoc casu uena curuaturae poplitis. unde Auic. autoritate Gal. inquit. iterum Gale. memorat saphenam, & curuaturae poplitis. & phlebotomia curuaturae poplitis magis est iuuatiua, quam uenae sciaticae & saphenae simul. quod credo uerum quantum ad euandam materiam coniunctam propter propinquitatem ad sciaticam: & ideo Auic. de phlebotomia eam laudat in prouocatione menstruum. item laudatur uena pedis, quae est inter minimi digiti eius, & secundum: de qua Auic. & dr. quod haec uena magis iuuatiua est quam uena sciatica; sicut saluataela magis iuuatiua est, quam basilica in agritudinibus hepatis, & splenis. sed hic aduerte Auic. de phlebotomia inquit loquens de sciatica, quod si ipsa fuerit occulta: aliquis suorum ramorum phlebotomet: quoniam iter minimi, & secundum ab eo existit. ex quo apparet, quod plus iuuat phlebotomia sciaticae: & sic uidentur hi textus sibi inuicem contradicere: & fortasse diuersio, & eum tollunt contradictionem: & tu considera. & nota, quod talis phlebotomia non debet fieri nisi post cessationem fluxus; quia in statu: nam aliter noceret; & hoc bene manda menti. consimiliter fiat phlebotomia materia mixta sanguini. quod, si fuerit phlegmatica, aut non mixta sanguini; credo non debet fieri, quoniam ubi non est necessaria phlebotomia, & sit in passionibus iuncturarum, est multum nociua. Quidam delectati sunt quandoque loco phlebotomiae uti uentosis cum scarificatione, quae sunt uicariae phlebotomiae; ut Auic. & maxime ubi non potest commodè fieri phlebotomia. item nonnulli applicat sanguifugas: & tu considera.

EXPEDITO de purgatione, & euacuatione uenio ad alium canonem, qui est resolutio, ad quam resolutionem non debes procedere nisi in statu agritudinis, & praecedente purgatione. unde in primo administra repercussiva, siue refrenatiua: & sic in augmento quemadmodum fieri debet in apostematibus. adueniente autem statu administrare solutiua, quae in hoc casu debent esse fortiora, quam in membris aliarum iuncturarum propter profunditatem loci, & materiae multitudinem: nam quia iunctura ampla est: ideo absque praecedente purgatione timenda sunt resolutiua fortia; quoniam sunt & alteratiua dubitando, ne maior fiat attractio, quam resolutio. unde Rasis in diuisionibus per tales unctiones, & res calidas ante scilicet purgationem putrefit superfluitas, & sit egritudo difficilis sanationis ualde. & ex laudatis in causa frigida aqua ardens infusa in ea petia duplicata, & parumper calefacta superposita. laudatur quae inunctio facta ex oleo de costo, de spica, de lilijs albis, de iunipero per se uel mixtum cum aceto, & pauco cerae citrinae item emplastrum ex maluauisco, farina hordei, seminum lini, foenugraei, incorporatis cum butyro, & pinguedinibus auium. item fortius, emplastrum ex sinapi, stercore columbino, & ficibus, & est uescicans: & ideo ultimo loci applica. item ualeat decoctio assari in uino facta, item nasturcium cum sauch hordei, & pauco aceti, & cinnamomo emplastratum, item stercus caprarum emplastratum, item emplastrum factum ex origano, pentaphylon, ruta, calamentum, abrotanum, cordumeni, rubea-

tinctorum

inctorū, & melle. itē & cymīnū, item & baccę lauri, oleū laurinum. item. R. oleū antiquum, uel amurcā olei, & in ea infunde semina iuniperi grosso modo pistata; deinde fac bullire, & in fine addē modicū aceti: deinde exprimas, & cola, deinde reapponatur ad ignem, & addatur modicū cerę, & cinnamomi, & inunge. item ualet emplastrum de sinapi Mes. distinctione. xi. dixit tamen Auic. si liniā sciaticā ex stercore caprino, & aceto fortis; erit sicut medicamē de sinapi, & melius eo, & magis iuuatiuum eo. itē emplastrum Andromachi distinctione eadē. item ad idem oleū antiquum cum staphysagria, & oleo de ruta, & gumma pini, baccis lauri, seminę rutę syluestris, ameos, cordumēni, & hmōi: itē gummi omnia cū pice. item Aui. emplastra rubificantia, & uesticantia sunt bona ualdē. & cum facta fuerit uesticatio; perforēt, de superq; ponat puluis exicatiuus. deinde reiterent uesticantia, & fiat, ut dictum est, donec redeat sanitas. uesticantia autē, & rubificantia habuisti superius in v. trac. & hoc operans est emplastrū factum ex fœce uini adusta, catapucia, cantaridibus, nasturcio. ana. cū succo squillę: & est forte. hoc idem operatur mel anacardinū inunctum. emplastrum Rasis, quod extrahit materiam de profundo iuncturarum anchę urendo. R. nasturcii, pyrethri, corticum capparum ana. confice cum aqua cicerum, cinere ligni ficus, & liga, donec comburat: deinde solue. & si nigrescat locus; bonum: si non; iterum appone, donec appareant ampullę. deinde laua cum aqua calida, ut cesset dolor, & unge locum butyro, ut non cōsolidentur ulcera, & quanto plus steterint aperta. tanto melius. ad idem R. amoniaci, oppoponacis, galbani, euphorbij. ana. ʒ. ʒ. temperentur in aceto forti: postea. R. ceram, oleum de lilio, picē naualem, & fac emplastrum. item. R. castorei, sinapis, nucis romane, colloquintidę, assę, ʒ. iii. item uipera una, & uerspertiliones. x. cum istis bulliant contrita in oleo antiquo & inungatur. item fomentatio. R. maioranę, fo. rutę. ana. ʒ. ii. fœcis aceti. lib. i. aquę quod sufficit. bulliant simul, & fiat fomentatio. item superponatur filum crudum coctum calidum. & hic aduerte, q̄ talia resolutiua, & exiccatiua ualdē non applicentur, nisi ut dictum est, scilicet præcedentibus purgationibus. item & secundò, quòd cum eis administrantur ex mollificatibus. scito tertio, quòd hæc emplastra rubificantia sunt ultimo loco ponenda super locū dolentē, & uesticę sunt aperiendę, ut inde fluat aquositas, relictis pelliculis, & nullo modo incisif. scito quartò, q̄ consimiliter non sunt ponendi tales in balneis. nisi factis prius purgationibus, ut in rub. de cura dol. iuncturarū in usi. & balnea sulphurea, & aluminosa, & cinerea, & nitrosa sunt eo casu conuenientia, & artificialia etiā, ut ibi. quinto, q̄ ænemata sunt hoc casu maximē conuenientia facta ex rebus ipsis resoluentibus calidis. s. conferentibus in passione arthritica; ut de his hic sparsim dictum est in receptis positis: & tu elige. item recurre ad confortantia posita supra de præseruatione ab incurfu doloris iuncturarum. & hæc sunt anethum, chamę. melilo. satiregia, sauina, pule. cala. abrotanum, chamędryos, ari. ruta, hyssopus, saluia, stœca. acorus, ebuli radix, synapi, sulphur, gummi: omnia calida, oleum de liliis, irinum, costinum, anethinum, de euphor. de castoreo, & hmōi ualentibus in paralyfi: & tu ibi. item pinguedines numeratę ex anserē, uulpis, leonis, ursi, & sic de aliis. sexto uerò Aui. inquit. Et administrantur iterum euaporationes, & embrochę solutiuę, & aquę thermarū. & si non excusant; tunc clysteriza, deinde administrant uētosę super ancham cum incisione, & sine incisione, & pone rubificantia, uesticantia, & non consolidentur donec sanentur. sicq; in summa ex ordine recolligendo primò diuerte deinde refrena, uel repectias leuiter, deinde euacuā phlebotomia, uel pharmacia, & pharmaciam fac præcedere digestiua, si dabit inducias. deinde administra ex diureticis facilibus dictis; deinde resolutiua ad extra ex uaporatiuis & embrochis, & balneis, emplastris: quod semper intellige factis purgationibus pluribus, & hic materia existente multa; deinde resolutiua per iterius; ut per clysteria. & eo casu aduerte, si adess. te modera ita in usu talium, ne in-

A flammies. deinde ueni ad uentosas: & hic est locus aduerte tię, & magnus, & non est opus nisi experti medici. itē ad rubificantia. ultimo uerò loco temperandum est cauterio de quo in sequenti rubrica.

In causa uerò calida oportet te resolutiua administrare, & nō multum fortia; cuiusmodi esset fomētatio ex chamęmil. meliloto, uiol. amygdalis amaris, fœnugrę. se. lini cū aceto al. & ex aloe, & myrrha dissolutis in aqua cauliū, & endi. cū farina hordei. item cum succo centau. aloe, & chamę. & foliis uiol. & plātag. uiol. itē & Rasis mucil. psylli, se. lini & fœnu. farina amborū cum oleo chamęmil. & consultit, q̄ ante positionē eius fiat fomētatio cū aqua calida, & dimittantur medicinę per. x. horas. itē emplastretur cū éplastro factō ex farina hordei, seminis lini, fœnug. flore chamęmillę anethi, meliloto, maluauisco cū butyro, & pi. guedine auiū, & pauco aceti albi, & ita cōsimiliter de aliis nō ascēdēdo ad multū calida uētosa rubificatiua. & cauteria nō uidentur hic directe cōpetere; sed sola sufficere uidentur resolutiua ex oleis calefactis superpositis cū petiā, & oleo chamęmillino, anethino, de liliis, pinguedinibus, & huiusmodi emplastris, embrochis. & tu considera.

B Materia autē existēte mixta admisce hæc adiuuicem fm coniecturā uerisimilem: & tu cōpone. hic autē subiungam quoddā ex laudatis in proposito nro: & tu ea tuo modo ac comoda loco. urina cum sale decocta, & spongia, uel petia lanea, uel linea triplicata superposita calida. item relege, quę in fine de cura podagrę posita sunt; sunt enim & in hoc casu conuenientia. item. R. uulpem integram interioribus euulsis, & coque in uase terreo cum aqua salita, uino & oleo adiūctis, saluia, rore marino, iunipero, anetho, origano, & maiorana usq; ad aquę, & uini consumptionē; & decoquatur usq; ad olsium separationem, postea in torculari exprimatur, & coletur, & addatur modicū cerę rubeę fiat unguentum. aliud ad idem, & maximē in causa frigida. R. anserem pingue deplumatā, impleatur carnibus salitis pinguibus, deinde. R. salis cōis, salis nitri, salis amoniaci, salis gemmę, aluminis. ana. ʒ. i. & addatur euphorbij, castorei. ana. ʒ. ʒ. & affetur, & quod distillatur, reseruetur, & ungetur: uel addas irium, arthriticam, pedē columbinum, coruinum, hermodactylū, parietariam, rutam, marrubium, cucumer asininum, folia hederę, & hæc omnia ponantur ad alembicum, & fiat aqua, in qua infundantur petię, & calidę superponantur addito in eo modico aquę ardentis. de coctio mirabilis, qua utuntur in dolore anchę ex phlegmate. R. corticū apii, fœniculi. ana. ʒ. x. colloquintidę, centau. taureę minoris, ameos, anisi, esulę. ana. ʒ. v. coquatur in li. iii. aquę, donec remaneat lib. i. & sumat quotidie. ʒ. i. aliud & probatum, & statim sanat, & est proprium: in quo est tāta laus, ut prius nos admoneat mercedem accipere. R. sauinę. ʒ. ii. piperis, baccę hederę foliorum rutę. ana. ʒ. vi. chamędryos. ʒ. ii. cū uino. unguentū ad sciaticā. Re. cerę citrinę lib. ʒ. liquefiat cū oleo oliuę lib. i. uini electi lib. i. bulliant ad consumptionē; post misce ʒ. ii. euphorbij puluerizati, & fortiter commisce.

C DE CORRECTIONE accidērium sic dicatur, quòd hæc iūctura non uenit ad lapideitatem, & nodositatem, ut ceterę: item nec ad ulcerationem, ut alię. accidunt tamē quędam accidentia in ea, ut in reliquis: de quorum correctiōne actum est supra de cura doloris iuncturarum in uniuersali: & tu ibi. sed restat tm dicere de doloris mitigatione, q̄ in cura ipsius est procedendum magis cautē, quā in mitigatione doloris aliarum iuncturarum; propterea quia narcotica, & frigida styptica sunt magis hic suspecta: & ideò cum cautela, & moderamine, cū euacuationibus frequentatis prius, & diuersionibus, & leuibus stypticis, & narcoticis: ita q̄ omnia alia prius tētabis. sis ex habitis in præcedenti ru. doctus. cūq; alia non contulerint, ueniunt nōnulli ad positionem cauterii maximē cum antiquatur, de quibus dicetur in sequenti rubri.

De cauteriis, & modo applicandi ea in passione iuncturarum. Rub. 12.

NONNULLI post expeditionem eorum, quę posita Practica. S. Bb 3 sunt

sunt in præcedentibus ru. discernentes in cura doloru eorum cum eis non profecisse, ausi sunt super cauteriu in eo sperantes eoru cura ad eam posse perducere sanitatem, quam humana ars attingere potest. neq; tu ad eum administrandu festinus esse uelis; sed, cum omnia alia maxime non contulerint; ultimò in eo fiducia capere; nã materiã subtiliat; etiã si fuerit in profundo, & ipsã ad superficiẽ trahit & sibi uiam facit, ut eradicetur. & idẽo uidetur sic exterminare materiã facientem dolorẽ in iuncturis. ex quibus infertur, q; ubi dolor iuncturæ esset à causa immateriali; non uideretur cõpetere cauteriu, & maxime causa existẽte calida. nunquid autẽ in dolore ex causa calida, & sicca materiali cõpetit cauteriu. dicendum q; sic; non autẽ sicut in causa calida, & humida, & applicare ipsum in ea cã est experti medici, & nõ cuiuslibet, & non administratur absq; magno nocumẽto: & ideo sis cautus, & est sentẽtia Albucasis ca. de cauterio: & de hoc statim infra.

CIRCA cuius administrationem septem sunt per ordinem consideranda; causa incitans, instrumentum, tempus, corpus, hora, locus, modus, & ordo.

Causa incitans est duplex; necessitas, & utilitas. necessitas quidẽ; qm̃ prædicta medicamina non sufficiunt: unde ad ipsum, tanquam ad ultimũ recurratur. nõ sufficiunt autẽ; propterea quia mẽbra corporis nutritiua adeo sunt ex diuturna passione defecta, & habituata est discrasia, q; materiã regenerando assidue multiplicent, & maxime phlegmaticã ex se etiã bono seruato regimine. item iuncturæ sunt debilitatæ, & sub dominio eorum positæ in recipiendo superfluitatẽ. itẽ uix sunt dilatatæ, lassæ; ut continuẽ ad eas fluat materiã coadiuuante dolore: nec quæ sic fluunt materiæ, possunt per prædicta educi, quæ de die in diẽ generantur: nec per talia loca fastidio, aut lasciuiã, aut in ægritudinem & soliditatẽ partium iuncturarum maxime quãdo iunctura est in profundo positã; sicut sunt iuncturæ anchæ, sciaticæ, spatulæ, & genu, in quibus locis dubitatur aut propter humiditatem dislocatio; ut in dolore sciatico, ut supra, aut propter indurationẽ humiditatis cõtractio, & nodositas, ut in podagra dictũ est. de utilitatẽ autẽ eius tm̃ dicatur, q; de eo inuenio utilitates ab authoribus nostris positas. prima, q; præseruat ab incursum accidentiu iã enarratorum; ut sunt dislocatio, nodositas, unde accidit. deinde impotentia aut ambulãdi, aut ponẽdi bolũ in ore, aut tergendũ sibi anũ uñ tales sunt uiui, & mortui. secũda, q; suo calore mẽbra confortat, & cõfortatus in eis calor materiã iam fluxam subtiliat, poros aperit, & proptẽ resoluunt, atq; consumit & maxime cã existente frigida. quòd, si fuerit calida; & multa adauget, & nocet; si uerò pauca; ipsam resoluunt & iuuat. itẽ ut supra ipsam materiã de profundo extrahit, & locũ aperit, per quem deinceps expurgat, & eradicatur. tertia, & si nõ sit ita ad propositũ; tñ ad integritatẽ rei dũ; quia præseruata alia loca à putrefactione, quæ sunt in circuitu; & idẽo administrat in herpete esthiomeno, in cancro, & hmõĩ ad prohibendũ ambulationẽ apatis, & putrefactionis; ut in ossibus corruptis et fit. quarta, quia sanguinem restringit; ut in fluxu sanguinis hæmorrhoidarũ, & aliorũ membrorũ cõiter fit. quinta, quia mirabiliter diuertit fluxum materiæ ut operantur oculistæ eũ ponendo retro collũ, & in fontanellis lacertorum in fluxu catarrhi; ut supra de catarrho. sexta, quia mirabiliter intercipit, ut cum cauterizatur uena temporũ, ne materia fluat ad oculum: septima ad extirpandum superflua, ut quando per ipsum rescantur glandulæ, & extirpantur carnes mortuæ. has quinque addidi ad eius integram notitiam.

Instrumentũ autem duplex actuale, & potẽtiale. actuale ipsum est cauteriu igneum, aureum, uel ferreum. potẽtiale autem, quod fit per medicinas comburentes, & ulcerantes; ut sunt cantarides, allium, flammula, pes coruinus, lac ficuum, calx cum sapone, & lacte ficuũ, de quibus aliquid in fine. & actuale, quod melius est, ut Albucasis, & alii; nõ enim peruenit nisi ad locum, quem uult medicus, nec cæteris ita nocet. quòd autem sit melius, dictum est supra.

Tempus primò, quo ad ætatem, ut post. xiiii. annos, & non ante: tamen multi præsumunt aute: tempus anni ut sit

temperatum, & proprium est uer, & autumnus.

CORPUS ut sit forte nõ debile aptũ sustinere, & maxime causa in eo existente frigida, & hu. benẽ euatũ, & purgatũ. Hora, quia in mane ante tertias facta prius euacuatione superfluitatum primæ digestionis.

LOCUS, quia aliter & aliter in alio, & alio loco: unde in dolore humeri tribus digitis sub humere inferius à iuctura, & non super iuncturam, quia sic esset periculum contractionis, & spasmi. q; si contingat propter humiditatem lubricantẽ humerum dislocari; ut in ancha, & non sigillatur in hora reductionis suæ, sed iterũ refiliat; apponat cauteriu sub titulo cũ instrumẽto triangulato, donec penetret cutẽ usq; ad latus. & si ponat laqueus in foramine; erit bonũ: prius tñ fiat reductio, ligetur, & cõseruetur, prout melius fieri poterit. in sciatica aut passione ponatur cauteriu triangulatum super sciaticã comprehendens intra se nodũ anchæ totaliter, & profundetur quasi usq; ad os, & uratur quasi tota caro, & non dimittat consolidari usq; ad tempus magnum; sed remaneat apertum ponendo super ipsum coe

PAS cõtusas cum butyro ita, q; à uulnere emanare possit sanies, & uenenum contentum in eo loco.

MODUS, ut iaceat infirmus secundum figuram, & situm magis aptum apertioni operatoris, & irroretur facies infirmi in aqua ro. & cõfortetur; & idẽo in corpore forti fiat & non in debili.

ORDO, ut successiue fiat incipiẽdo à debili impressione procedendo cũ forti. item stude ad stupefaciendum locũ prius, & erit utile ualde; quia sic nõ sentiet dolorẽ aut tm̃. & nota, q; nisi apertũ teneatur, q; erit error peior priori; qm̃ materia ad intra cõuertet ad principalia. & ex his, quæ tenent apertum locum, sunt cerea spera intus posita, foliũ hedera superpositũ, coepa trita cũ melle, aut cũ butyro, ut dictũ est de cauterizatione aliorũ locorum nihil propter breuitatẽ. & quia materia chirurgicis addã ut aliqua cauteria, siue uescantia, quæ pono, ut gratia exempli, et quia utilia sunt. catarides cũ fermento, & pauco aceti incorporati adinuicem uescant. emplastrũ ad hoc adeo forte, q; attrahit materiã ex profundo anchæ, & iucturæ, & est comburens. nasturcium, pyrethrũ, corticẽ capparum. an. cõfice cum aqua cinerum ficus, & pone ligatum, donec comburat. postea solue, si locus nigrescit: si non; repone, donec locus ampulletur, & aperiatur ampullæ, & laua cum aqua calida. aliud fortius, & est expertũ. R. pulueris calcis, pulueris cantaridũ. ana. temperetur cũ sapone gallico, & superponatur in modum unguẽti loco prius calefacto, & fricato cum aceto forti ualde. ista posui, ut dictum est gratia exempli: & sic tibi sufficiant; quia me in extendendo uiderer ingredi opus chirurgicum, ad quod recurras, cum tibi opus erit uti cauteris.

DE BOTHO. Rubrica. 13.

ER, licet materia hic sit chirurgicis (ut dux meus inquit remittens nos ad suum quartũ) tamẽ, ut rubricis suis satisfaciam; etiã eũ secutus sic de ea breuiter dicã, ut & ipse cõscripsit. accidit quandoq; in pedibus pustulæ nigrae & uirides, & fuscae, & magna, qnq; ex materia melancholica & earũ cura est illa, quæ uaricũ, de qua supra rubri. de uaricibus. quare ad eum locum te transferas.

DE DOLORE CALCANEI. Rubrica. 14.

CALCANEO accidit dolor à causa primitiua; ut calcalementi, aut obuiatione eius ad rem duram, aut coartationem quòd, si ex causa antecedente illud accidat; aut in calcaneo erit apostema, aut non: si apostema; cura apostematis calidi, aut frigidi, ut per signa cõprehendes: si non; tunc ille dolor reprimẽdus est, ut in doloribus podagricis, & cura habita est supra. & idẽo dux noster nullam fecit mentionem de causis antecedentibus: & idẽo considera &c.

DE DEBILITATE PEDUM. Rubrica. 15.

ACCIDIT pedum debilitas qnq; ex creatioẽ; qm̃ sic fuerunt à principio generationis: aliquando propter plurimum laborem; ut accidit illis, qui quotidie calcant pãnos in aqua; ut sunt tinctoris, aut qui mouet cum pedibus corria, aut propter mollificationem, quæ præcessit, unde non

transit

Erpis est esthiomenos græcis. nostris herper exedẽs nuncupatur.

transit spiritus motius ad membrum, ut soluit propter opilationem: aut propter aliquid aliud oppilans uiam nutrimenti, unde nutrimentum ad membra transire non posset, sicut strictura calciamenti facta desuper cauillam; ut faciūt francigenæ, & aliqui alemani, aut rosboth causatum in uia ex incisione; sicut accidit in castratis. q. si fuerit ex creatione; cura eius est impossibilis. si ex mollificatione; cura mollificationis ē habita. si ex rosboth; cura nulla est. si ex labore; confortetur pes cum stypticis confortatibus, & dimittatur exercitium. & hæc satis.

De dispositionibus unguium. Rub. 16.

INERMITATES, quæ in unguibus accidunt sunt dolor, pruritus, puncta alba, curuitas, gibbositas cum tineas, & excoaratione, & scissura. accidit ungui dolere. & ita dicitur: non quia unguis doleat; quia neq; sentit, sicut nec dentes; sed; quia ligata est multum membris sensibilibus; ut carni, musculis, neruis, & chordis, & cum suo dolore accidit quædoq; apostema dictum panaricium.

CYRA. te opponas cum contrarijs causis, quando fuerit ex mala complexione sola, solis alterantibus, ut de podagra dictum est. q. si fuerit cum materia absq; apostemate; diuertere, euacua, & altera, ut uidebitur expedire.

Quod, si fuerit cū apate; relinque chirurgicis. itē pūcta alba, quæ ueniunt rōne totius; mundifica cum foetidis dictis, medicamen turbith. & confortetur cor cum diamargariton, & hmōi. & habeat regimē calidum, & super unguēs portet continue picem, uel storacem liquidam, aut amonia cum mollificatum cum oleo de spica. in curuitate autem, quæ est à toto, mundifica cum pilulis de hermodactylis minoribus. & regimen declinet ad frigidum aliquantulum, & nō multum, & super locum ponatur emplastrum ex eruca, & aceto, uel epithemetur ex eo, aut ex semine coeparum, & agresta, aut ex cicuta, & aceto. in gibbositate autem cum tineas mundificetur corpus cum medicinis dictis supra rub. de melacholia, uel de phlegmate salso, fiat epithema super unguēs ex sale, foete acetis, & albumine, uel ex scilla contusa cum oleo sisamino, chamæmillino, uel de semine lini, uel ex coepis contritis cum aceto, & sale. in curuitate autem facta purgatione feras super unguēs per hebdomadam emplastrum de pinguedinibus auium contusis, & mixtis ad inuicem, deinde remoueat, qui si molles facti erunt; fricandi sunt cum frustis uitri, donec æquentur. deinde post æquationem superponatur cera, aut amoniaca mixtum, & dissolutum cum cera ad eorum duritiem.

In scissura autem eorum mundifica corpus ab humore melacholico, & adusto, & copus nutriatur rebus humectantibus, & impinguantibus, & mollificentur, & humectentur unguēs cum aqua tepida, pinguedinibus auium, cera, amoniaco. ubi autem unguis ceciderit manu, non tangatur; sed desuper ponatur cera, & dimittatur à prin. usq; ad finē generationis eius, ista sunt magis chirurgicalia; ideo leuiter pertransiui. & hæc sic sufficiant.

I M D V B I A H 9 A

DUBITATUR circa capitulum, utrum dolores iuncturarum sint passio hæreditaria; quia sicut ægritudines membrorum principalium non sunt hæreditaria; à fortiori aliorum membrorum dispositiones non debent esse hæreditariae. propter quod sciendum, quod de morbo hæreditario possumus loqui dupliciter, uno modo in quantum causatur à causa naturali, & intrinseca; alio modo in quantum causatur à causa extrinseca, & accidentali. exemplum primum; ut cum aliquis est podagricus naturaliter, quia à primis suis contraxit parētibus. exemplum secundum; ut cum quis factus est podagricus ex malo regimine ex parte cibi, potus, coitus, & huiusmodi, quæ habent inducere podagram. prima conclusio. Ille morbus propriè dicitur hæreditarius, qui genitus est ex causa intrinseca essentiali, & naturali; ad quod perpetrandum duo requiruntur. primum morbi diurnitas quia propter diurnitatem morbi intantum fit uirtus debilitata, quod non possit membrum simpliciter fortificare. secundum, quod ipse morbus fuerit in auo, proaui, & hu-

A iusmodi; transit sic de filio in filium, donec fuerit factus naturalis, & essentialis. secūda, quod improprie multi morbi possunt dici hæreditarij, ut euenientes ex causa non essentiali, naturali. unde ebrius, & crapulosus potest producere ex femine suo debili, & maculato filium paratum ad diuersas ægritudines, & dolorem iuncturarum; & tamen ipse nō erit podagricus, ipsa tamen ægritudo non est ex principiis generationis essentialibus, sed accidentalibus. & causa horum est idolum existens in semine, & spiritu. unde informatiua informat membrum cum dispositione tali portata, siue delata per semen, & spiritum à membris progenitorum decisa. & consimiliter dicendum de lepra, phthisi, & huiusmodi.

DUBITATUR, utrum in sciatica sit maior dolor, quam in podagra; quia in sciatica dolor est in ligamento, & ipsum est insensibile: tamen circa ipsum, & ad ipsum terminantur musculi, & nerui multi, & chordæ maiores, quæ omnia sunt multū sensibilia: quod non est in aliis iuncturis; & ideo in ea causatur fortior dolor cōmunicata causa doloris maiori quanto: & tu pro his uide supra diffusionem iuncturæ in principio capituli. considera.

DUBITATUR, utrum dolor iuncturarum à causa calida sit deterior; qm̄ uidetur plus contraria complexionis iuncturarum, cum sint membra frigida; in morbis enim minus periclitatur. in oppositum; quoniam frigida materia est magis grossa uiscosa resolutioni magis rebell. pro isto ponantur istæ conclusiones. prima, qd̄ dolor iuncturæ nunquam, uel rarissimè est ab humore frigido puro, uel calido. secunda, quod facta à causa calida cholericā à prædominio alijs paribus est deterior ratione sæuitatis accidentium, quia magis penetratiua acutior mordicatiores se. magis inducēs uirtutem magis prosternens. tertia conclusio, quod, licet ita sit; tamē ratione terminationis est minus mala semper pietate supposita; quia citius terminantur; quoniā est humor citius resolubilis. & tu pone duas conclusiones de facta à prædominio; e conuerso de calida iam dicta. & ex hoc patet quid dicendum ad rationes.

DUBITATUR, utrum sciatica dextri lateris sit deterior. dicendum, quod sciatica dextri lateris deterior est sinistri. primò quia in dextra parte sunt meatus ampliores, per quos erit maior quantitas materiæ, & facilius. secundò, quia in parte dextra est plus de humore calido, quod subtiliat phlegma, & ipsum reddit magis fluxibile, penetratiuum; & hæc quo magis faciunt ex una parte, quam fortitudo uirtutis ex alia: quod addidi propter augmentum. propter quod mulieres raro podagrizant; aut sciaticam patiuntur. prima causa; quia in quiete magna stant. quare membra non fatigantur, & sic ex labore non debilitantur. secunda; quia habent uias angustiores, & sic non ita penetrant materiæ facilliter ad iuncturas earum. tertia, quia omni mense purgantur; unde quæ non sic purgantur, quandoq; benè incurrunt. quarta; quia in paucā choleram abundant, quæ est uia magna ex causis penetrationis materierum ad iuncturas, ut in principio capituli dicebatur.

DUBITATUR, propter quid est, quod patientes sciaticæ sunt in generando impediti; & est problema Arist. quarto proble. primò dicitur, qd̄ in sciatica passione currit multa humiditas ad iuncturam illam, quæ uasa seminaria, & sperma infrigidat propter affinitatem ad illa. secundò indisponit sperma; & est ratio fortior, si testiculi sint necessarij ad generationem, ut tenent medici. & tu considera.

DUBITATUR, utrum stante peccato in sanguine, uel in eius prædominio in cura iuncturarum debeat fieri phlebotomia de eodem, uel de contrario latere. absque argumentis ponuntur conclusiones. prima, quod in fluxu materiæ ubi intentio est ad diuertendum phlebotomia debet fieri ex latere contrario, ut si fuerit dolor in latere dextro; debet fieri phlebotomia basilicæ de brachio sinistro; nam quanto est magis contrarietas, tanto diuerso maior. secundò, quod ubi intentio sit ad euandam magis, quam ad diuertendum, debet fieri ex eodē latere: ut, si dolor fuerit in pede dextro, fiat ex basilica brachij dextri; nam minor sufficit contrarietas. Conciliator differentia. 160: prima conclusio, quod in

principio principiante stante phlethoria, & uirtutis cōstātia fiat phlebotomia non tm̄ ex contrario latere, sed ex contrario; ut de dextro in sinistrū, ut dictū est; phlethoria enim indiget eūone cum attractione ad longinqua. secunda, q̄, ubi corpus non sit plethoricum, & uirtus non sit multum fortis, & etiā morbus nō sit initiāns; sufficit phlebotomia eiusdē lateris; ut, si fuerit in dextro pede, phlebotome ē basilica dextra. tertia ponitur conclusio pro cōiter practican- tibus, quōd in princ. ubi uirtus & c. consentiant non ex- stente magna plethoria fiat phlebotomia ex latere eodem, contrario tamen; ut, si fuerit in pede, ex basilica manus; si in manu; ex saphena eiusdem lateris. quarta cōclusio, quōd ra- tione causā coniunctā fiat ex uena ipsius membri; ut uerbi gratia, si fuerit sciatica ī dextra ancha; fiat phlebotomia ex saphena eiusdem pedis: & hoc uoluit Auic. quarta primi ut supra, cum in dolore dixit, q̄ phlebotomia sciaticā curabat dolorem sciaticum, & erat sicut eius debitum. quinta con- clusio, q̄ superabundantia sanguinis secundum plurimum magis inducit fe. apoplexiā, suffocationē, uenā scissuram, q̄ dolorem iūcturarum; & ideō rarissimē ratione ipsius esset phlebotomandum, & ideō phlebotomia in istis doloribus fienda est cum misterio; & hęc uidetur sententia Concilia- toris allegata differētia; materiā enim faciētes huiusmodi dolores sunt secundum quid maximē materiā frigidā indi- gestā, ut in principio capituli dicebatur.

DVBITATUR, utrum materia existente phlegmatica competat phlebotomia in dolore iūcturarum. dicendum quōd materia tali existente sanguini mixta, aut propinqua sanguini potest phlebotomia competere: patet. conclusio secundo, quōd, ubi esset phlegma non admixtum, quōd sal- tem nō competeret euacuatiua; licet diuersua possit com- petere: quā tamē non est fienda magna ad euitandū crudi- tatem. considera.

DVBITATUR, utrum phlebotomandus in sciatico de- beat stare duobus diebus ieiunus, antequā phlebotome- tur, quōd sic. Auic. quōd non; quoniam phlebotomia debet euari in corpore inanito. dicendum, quōd intentio Aui- est, quōd debet talis uacare à multo cibo, & subtiliter dia- tari; ut uirtus reddatur fortior ad digerendum materiā phlegmaticā sanguini admixtam. &, cum fiet phleboto- mia; non sic in crudabitur, quia ex abstinentia suscepit ali- quid digestionis. item confert in dolore; quoniam non sic fluet materia; quoniam membra retinebunt ex inanitione. ex isto collige, quōd, ubi materia sit phlegmatica mixta san- guini; confert diēta. hęc considera.

DVBITATUR, utrum in cura doloris iūcturarum me- dicina competat uomitiua: quōd non; quia materia quando que est in inferioribus: ergo. item materiā grossā in hepa- te debent per inferiora euacuari iuxta illud Hippo. Aesta- te per superiora, hyeme uerō per inferiora. prima conclu- sio, competit uomitiua ratione causā antecedentis maxi- mē dolore existente in parte inferiori, patet. secūda, quōd ratione coniunctā parum confert materia scilicet existen- te in parte inferiori.

DVBITATUR, utrum debeat medicina fortis in cu- ra eius, dicendum, q̄ in prin. non debet dari medicina abso- lutē fortis; quoniam materia est indigesta, & etiā quia in principio minoramus, & nō eredicāms; debet tamē medi- cina illa esse fortis propter humorem, qui cum difficultate euacuatur: debilis; quia in parua dosi; ut turbit, agaricus scammonia, & hmōi in dosi parua. dicitur secūdo, quōd in ultimis, q̄ eradicare intendimus cōsentiēte uirtute, & cæ- teris; debet dari medicina absoluta fortis. & sic tollitur cō- tradictio apprens inter authores nostros.

DVBITATUR, utrum oxymel competat in digeren- do materiā iūcturarum, cum acetum ut supra maximē neruis noceat, maximē ratioe penetrationis, mordicatio- nis. dicendum, ut cōmuniter oxymel multā acetositatis nō confert; sed parua. alii, q̄ añ. xiii. non confert; post autē sic: nam tunc quietatus est humor, & oxymel ratione aceti nō facit materiā amplius penetrare, & ueniens ad locū ma- teriā fluxā digerit, &, si mordicat, parum mordicat; sed ma- ius est iuumentum nocumento.

DVBITATUR, utrum acetum conferat emplastris, & unguentis. prima conclusio, quōd in emplastris, & huius- modi acetum positum ratione penetrationis, & in parua quantitate iuumentum pręstat propter conferentiam penetrationis aliarum rerum. secunda, quōd, ubi sit in- tentio medici ad resoluendum materiā in profundo exi- stentem ipsum cum resolutiuis positum iuuat; & hoc uo- luit Auic.

DVBITATUR, utrum in cura doloris iūcturarum, ut podagrā, & huiusmodi, medicinā solutiua dari debeant se- ro, uel mane. quōd mane Auic. quōd sero communis mo- dus practicandi multorum. prima conclusio, quōd, quando uolumus euacuare materiā antecedentem; debemus da- re solutiuum mane, & in forma liquida. patet; quia talis cō- tinetur in stomacho, & in uis propinquis eius ut plurimū & ideō melius euacuantur. Secunda, quōd in euacuando materiā coniunctā detur solutiuum sero ante cōenam. patet; quia sic melius per stomachum actuatur, & continue materias melius trahit à remotis. tertia conclusio est quōd secundum, & supra omnibus computatis, & ratione antece- dētis, & cōiunctā melius est dare summo mane, super quod dormiat debite ēt in forma pilulari, siue liquida: quam con- clusionem sequuntur moderni: & tu considera.

DVBITATUR, utrum in cura talium dolorum compe- tat uinum, cum sit calidum, & siccum resolutiuum; quare in phlegmatica maximē conferre uidetur. item quia est ma- ximē uirtutis restauratiuum, quā in forti dolore multū de- bilitatur: item quia plures authores, ut Auic. in passioni- bus neruorum uidetur cōcedere antiquum, ut supra de pa- ralyti. oppositum clamāt authores Halyabbas præcipue, & Mes. nocet enim cerebrum, & neruis, & materias penetra- re facit. prima conclusio, uinum ratione potus assumptum in passionibus iūcturarum, est negandum. patet; quia hu- mores dissoluit, & ad iūcturas penetrare facit, & neruos relaxat, & in stomachis talium acetosatur, & nihil deterius aceto: quare. secunda ipsum gratia potus medicinalis in ta- li dolore est exhibendum, & maximē in declinatione morbi qm̄ eo tempore reliquias materierum ad expulsionem inci- tat, & maximē per urinam, quas primō in crudabat, itē tūc uirtutem roborat. tertia, q̄ in consuetis nō est penitus pro- hibendum, & subito; sed gradatim procedendum, ut ab ip- so absteineat.

DVBITATUR, utrum uinum grossum, an subtile sit magis euitandum. prima conclusio, quōd in præseruatione magis est prohibendum uinum grossum; quia magis indi- gestibile, causatiuum humorum grossorum causatiuorum dolorum iūcturarum. secūda, quōd respectu habito ad pe- netrationem, qua talia corpora læduntur, magis est prohi- bendum subtile; quia magis facit penetrare. tertia, q̄ abso- lutē minus malum est uinum declinās ad grossum, quā ad subtile, & maximē tempore doloris. sit itaque uinum, ut di- ctum est de cura eorum & c.

APHORISMI.

Ex. ii. sectio. xvi. apher.

Duobus doloribus simul non eundem locum infestanti- bus uehementior alterum obscurat.

Ex. iii. sect. xx. apher.

Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor; purgari inferius oportere significatur.

xxx. apher.

Lassitudinem habētibus in febribus, in articulos, & cir- ca maxillas potissimum abscessus fiunt.

xxxiii. apher.

Sed & si ante morbum, aliqua parte laborauerit; hic mor- bus firmatur.

xliiii. apher.

Quibus febres longæ, his tubercula, uel labores in arti- culis fiunt.

Ex. v. sect. xxv. apher.

Tumores articulorum, atq; dolores absque ulcere, & po- dagricos

† Para- gnarus. i. in buccis gnathi. n. (ut & i. p. cedenti- bus adno- tati sunt) latera est sunt oris utriusque quæ (spir- tu retin-

dagricos quoq; atq; conuulsa horú plurima, frigida aqua largè effusa leuat, & extenuat, soluitq; dolorem; nam modicus torpor dolorem soluit.

Ex. vi. sect. xxi. aphor.

In infanientibus, si uarices, uel hæmorrhoides superuenierint, infaniz solutio.

xxij. aphor.

Quæcunque rupta ex dorso ad cubitum descendunt uenæ sectio soluit.

xxvii. aphor.

Eunuchi neq; podagra laborant, neq; calui fiunt.

xxix. aphor.

Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint.

xxx. aphor.

Puer podagra non laborat ante usum uenereorum.

xxxiiij. aphor.

Quicumque calui sunt, ijs magnæ uarices non fiunt; quibus uerò caluis uarices magnæ superueniunt, hi rursus capillati fiunt.

xlvi. aphor.

Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt ante pubertatem, moriuntur.

xlix. apho.

Quicumq; morbi podagrici fiunt, hi sedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.

lv. aphor.

Dolores podagrici uere, & autumno magna ex parte mouentur.

lix. aphor.

Quibuscunq; à coxendicum dolore diuturno molestatis excidit coxa, & rursus incidit, ijs mucres superueniunt.

lx. aphor.

Quibuscunq; à coxendicum dolore molestatis diuturno excidit coxa, iis crus tabescit, & claudicant, si non urantur.

PERORATIO.

Explicit cum gratia omnipotentis Dei, Mariæ gloriose, beati Hieronymi, beatorum Petri, & Pauli apostolorum, in quorum festiuitatem ego Michael de Sauonarola compleui capitulum uigesimum secundum totius operis finem, pro quo, & cæteris Deo summo patri, filio, & spiritui sancto gratias ago infinitas. & Dominus sua immensa misericordia me in omni opere benè confirmet. Amen.

Michael Sauonarola Patauinus ordinis equestris hierosolymitanorum Physicus, & Medicus clarissimus, hoc diuinum medicinæ opus edidit.

REGISTRVM


ABCDEFGHIJKLMN O P Q R S T V X Y Z,

abcdefghijklmnopqrstuxyz, Aa Bb,

Omnes sunt terniones.

Indicis uerò Registrum per se patet.

VENETIIS Apud Vincentium Valgrifium.



PRACTICA CANONICA

De Febris

IO. MICHAELIS SAVONAROLAE.

ITEM

DE
PULSIBVS.
VRIBVS.
ECSTASIONIBVS.
VERMIBVS.
BALNEIS OMNIBVS ITALIAR.

Quae operantur emendatiori in lucem eduntur, quam
antea fuerunt.

Celsus Opus Medici Neapolitani, De Hæc et Febræ,
opus ædificatum.

INDEX TVM CAPITVM, TVM RERVM
OMNIVM.



VENETIIS

Apud Vincentium Valgrifium

M D L X I

PRACTICA CANONICA

De ...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



PRACTICA CANONICA

De Febris

IO. MICHAELIS SAVONAROLAE.

I T E M

DE { PULSIBVS.
VRINIS.
EGESTIONIBVS.
VERMIBVS.
BALNEIS OMNIBVS ITALIAE.

Quæ opera nunc emendatiora in lucem edimus, quàm
antea fuerunt.

Cæsaris Optati Medici Neapolitani, De Hæctica Febre,
opus absolutum.

INDEX TVM CAPITVM, TVM RERVVM
OMNIVM.



V E N E T I I S

Apud Vincentium Valgrifium.

M D L X I.

PRACTICA CANONICA

De Febris

IO. MICHAELIS SAVONAROLAE

ITEM

DE }
 BALNEIS OMNIBUS ITALIAE.
 VERMIBUS.
 EGESTIONIBUS.
 URINIS.
 PULSIBUS.

Quae operantur emendatiora in lucem eduntur, quam
 antea fuerunt.

Operis Operti Medici Neapolitani, De Haecica Febric,
 opus absolutum.

INDEX TUM CAPITUM, TUM RERUM
 OMNIUM.



VENETIS

Apud Vincentinum Valgriniam

M D C X I

ANDREAE BARANSONIO

MVTINENSI,

EXCELLENTISSIMO ARTIVM, ATQVE

MEDICINAE DOCTORI

IOANNES MARINELLVS. S. D.



RABVM Sectam maiores nostri in re medica exercitati sibi imitandam proposuerunt, & tuendam susceperunt. ex quibus unus fuit Ioannes Michael Sauonarola Patauus Medicus, quo neminem in schola illa scientius uersatum esse confitendum est: multa enim opera composuit, scriptisq; cōmendauit, quæ immortalitati eius nomen consecrarunt. Horum politissima, ac doctissima, & quæ his temporibus ualde necessaria sunt, habemus PRACTICAM MAIOREM appellatam, quam ut Vincentius Valgrifius, qui in negotio conficiendo neq; operæ, neq; sumptui unquã pepercit, excuderet, curauimus: eamq; antea multò emendatiorem dedimus: & PRACTICAM CANONICAM, quam hoc tempore in lucem ædimus. in his autem libris partes Arabum tulisse nemo est nescius, sed quidem adeo doctè, accuratèq; ut omniũ suæ ætatis facilè princeps sit habitus. Galenum non posthabuit: uerùm medici illi Academiam Auicennicã sectebantur: uel quoniam illis temporibus, ætati, regioniq; Arabum Canones seruire uiderentur: uel quoniam, cū Auicenna, alijq; uiciniori seculo uixerint; eos multa certè à priscis diuersa, atq; nostris incommoda afferenda cognouisse existimarent. nam omnes sciunt etsi in arte medica parum uersati Galenum, & Auicennã in multis differre, quæ tu sæpe EXCELLENTIS-

ME ANDREA mihi, publicèq; aperuisti, ac rationes, causasq; quã plurimas, & illas doctissimas reddidisti: & quod difficillimum nostris uidetur medicis, eorum disputationes & inter se habitas cum maxima tua laude conciliaisti, ac tuam sententiã, quæ maximi est facienda, in medium protulisti. præterea addidisti causas, cur medici his temporibus Galenum magistrum habeant, sed fore, uti rerum mundanarum mos est, ut Auicenna, Arabumq; tota schola restitueretur, iamq; id euenit: Gentilem enim, Guilielmum Placentinum de Saliceto, cuius methodum, medendiq; rationem in uulgus breui ædemus, Rasim, eiusq; interpretes, Gattinariam, Sauonarolam omnes præ manibus habent medici, sed libros inelaboratos, rudesq; & sententias, & dictiones ob ætatis inuidiam, & malignitatem, & ex multiplici lectione deprauatas; addo, quòd fere est corruptrix librorum typographia. Nos uerò cum tantam barbariè, totq; errores humanæ speciei noxios uidissemus; primum Herculanum Rasis interpretem correximus, & Maiorem, ut aiunt, Sauonarolæ Practicam: nunc uerò Canonicam, quæ tibi CLARISSIME ANDREA à me inscripta exit, & de Pulsibus, de Vrinis, de Egestionibus, & de Balneis libellos, quos omni diligentia, omni labore, studioq; addito emitimus. idq; significationem dabit omnibus meæ erga te obseruantia: nam & rei medicæ experientia, & doctrina, & probitas tua homines sic obstringunt, ut egregiis animi tui bonis omnia debere existiment. sint igitur hi libri & tibi, & reliquis argumentum tuæ uirtutis, & dignitatis, testimonium iudicij, grati animi, non quale uelim, sed quale possum monumentum. Vale.

INDEX

INDEX CAPITVM

OMNIVM IN PRACTICAM

Io. Michaelis Sauonarolę

DE FEBRIBVS.



De definitione febris & eius declaratione. Cap. 1.	fo. 1. 1.
De causis februm in generali. Ca. 2. 1. 1.	1. 1.
De signis februm in uniuersali significatibus. Cap. 3.	1. 2.
De diætâ febricitantium in uniuersali continens rubricas quatuor. Cap. 4.	3. 3.
De canonibus diætandi febricitantes in usu. Rub. 1.	3. 3.
De cibis temperatis. rub. 2.	5. 4.
De cibis distemperatis simplicibus s̄m distemperantiã quatuor humorum, initium faciens à frigidis humidis s̄m ordinem eorum quæ conceduntur. rub. 3.	6. 1.
De ordinatione diætaram. rub. 4.	7. 3.
De alteratiuis, digestiuis, ac solutiuis tã simplicibus quam compositis omnium quatuor humorum & specierum eorum. continens rubri. duas. Cap. 5.	7. 4.
De digestiuis, & alteratiuis. rub. 1.	7. 4.
De solutiuis; tam simplicibus, quam compositis usualibus. rub. 2.	9. 3.
De ephemeris, continens rub. duas. Cap. 6.	10. 3.
De definitione ephemeræ & eius declaratione. rub. 1.	10. 3.
De causis, signis & cura ephemeræ tam in uniuersali quam in particulari. rub. 2.	10. 3.
De febribus putridis in generali, continens rubricas tres. Cap. 7.	12. 4.
De causis febris putridæ in generali, & eius definitione. rub. 1.	12. 4.
De signis putridæ interpolatæ, & continuæ in generali, & de modo inuestigandi eam. rub. 2.	14. 1.
De canonibus generalibus attendendis in cura febris putridæ. rub. 3.	14. 2.
De febribus acutis, peracutis, & perperacutis non pestiferis, & eorum accidentibus, continens rub. 24. Ca. 8. 20. 2.	20. 2.
De descriptionibus, causis, signis, & cura ipsarum februm. rub. 1.	20. 2.
De rigore, horripilatione, & frigore. rub. 2.	20. 4.
De sudore superfluo, & eius cura. rub. 3.	23. 4.
De fluxu sanguinis narium. rub. 4.	24. 1.
De uomitu superfluo. rub. 5.	24. 2.
De fluxu uentris superfluo. rub. 6.	24. 3.
De siti superflua. rub. 7.	24. 4.
De profunditate somni. rub. 8.	25. 1.
De grauitate capitis. rub. 9.	25. 1.
De uigilia superflua. rub. 10.	25. 2.
De dolore stomachi uel uentris. rub. 11.	25. 2.
De asperitate linguæ. rub. 12.	25. 3.
De sternutatione. rub. 13.	25. 4.
De dolore capitis. rub. 14.	25. 4.
De tussi. rub. 15.	26. 1.
De destructione appetitus. rub. 16.	26. 1.
De bolyismo. rub. 17.	26. 2.
De denigratione linguæ. rub. 18.	26. 2.
De appetitu canino. rub. 19.	26. 2.
De syncope. rub. 20.	26. 2.
De constrictione anhelitus. rub. 21.	26. 3.
De tristitia siue angustia. rub. 22.	26. 3.
De difficultate transglutiendi. rub. 23.	26. 3.
De frigiditate extremitatum. rub. 24.	26. 4.
De feb. acutis pestiferis, continens rub. 6. Cap. 9.	26. 4.
De definitione, & causis feb. pestiferæ. rub. 1.	26. 4.
De signis prognosticis futuræ pestis. rub. 2.	29. 2.
De præseruatione corporum à peste. rub. 3.	29. 4.
De signis febris pestilentialis. rub. 4.	34. 4.
De cura febris pestilentialis. rub. 5.	36. 2.
De glandulis, & carbunculis pestiferis. rub. 6.	39. 4.
De febribus tropicis siue conuersiuis. Cap. 10.	40. 3.
De feb. sanguineis, continens rub. 4. Cap. 11.	40. 3.

De definitione feb. sanguinæ, & eius declaratione rub. prima.	40. 3.
De synocha & causis eius. rub. 2.	40. 4.
De signis synochæ, & de eius cura. rub. 3.	41. 2.
De synocho. rub. 4.	43. 2.
De feb. cholericis, continens rub. 4. Cap. 12.	44. 2.
De diuisione, causis, & signis feb. cholericarum in generali rub. 1.	44. 2.
De tertiana pura. rub. 2.	45. 2.
De tertiana non pura siue notha. rub. 3.	47. 1.
De tertiana continua. rub. 4.	49. 4.
De causone. Cap. 13.	50. 2.
De feb. phlegmaticis, continens rub. 13. Cap. 14.	52. 2.
De definitione & causis feb. phlegmaticæ, ac de signis eius tam in uniuersali quam in particulari. rub. 1.	52. 2.
De cura februm phlegmaticarum in generali. rub. 2.	54. 3.
De cura feb. phlegmaticæ periodicæ a phlegmate dulci factæ. rub. 3.	56. 3.
De cura feb. phlegmaticæ periodicæ à phlegmate salso factæ. rub. 4.	57. 3.
De cura phlegmaticæ periodicæ ex phlegmate mucilaginoso uitreo & aquoso. rub. 5.	58. 1.
De cura phlegmaticæ periodicæ ex phlegmate acetoso, & pontico. rub. 6.	58. 1.
De cura phlegmaticæ periodicæ permixtæ. rub. 7.	58. 1.
De cura phlegmaticæ continuæ quæ latica dicitur. rub. 8.	58. 3.
De feb. empyala siue emphyalos dicta. rub. 9.	59. 1.
De febre liparia. rub. 10.	59. 3.
De liffura & est feb. inter has media. rub. 11.	60. 1.
De febre syncopali humorosa. rub. 12.	60. 2.
De febre syncopali minuta. rub. 13.	61. 4.
De febrib. melancholicis, continens rub. 8. Cap. 15.	62. 3.
De definitione feb. melancholicæ in uniuersali & causis eius & de signis cuiuslibet speciei feb. melancholicæ. rubri. ca. prima.	62. 3.
De cura quartanæ in uniuersali. rub. 2.	64. 1.
De cura quartanæ sanguinæ. rub. 3.	65. 4.
De cura quartanæ cholericæ. rub. 4.	66. 1.
De cura quartanæ phlegmaticæ. rub. 5.	66. 4.
De cura quartanæ ex melancholia foecali & non ex adustione. rub. 6.	67. 2.
De quartana continua. rub. 7.	67. 4.
De quintanis, sextanis, & huiusmodi. rub. 8.	68. 1.
De feb. hecticis, continens rub. 3. Cap. 16.	68. 4.
De definitione, diuisione, signis, causis, & februm hecticarum. rub. 1.	68. 4.
De cura feb. hecticæ simplicis. rub. 2.	70. 4.
De hectica senectutis. rub. 3.	73. 1.
De feb. compositis, continens rub. 7. Cap. 17.	73. 4.
De modis, causis, & signis compositionum februm ad inuicem. rub. 1.	73. 4.
De definitione, diuisione, causis & signis hemitritæ. rubri. ca. 2.	75. 2.
De cura ueri hemitritæ. rub. 3.	76. 1.
De cura non ueri hemitritæ. rub. 4.	76. 4.
De cura hecticæ cum putrida compositæ. rub. 5.	77. 4.
De febribus erraticis. rub. 6.	78. 2.
De febribus apostematum. rub. 7.	78. 4.
De recidua. Cap. 18.	79. 3.

DE PULSIBVS.

De pulsibus. Cap. 1.	79. 4.
De causis pulsus in generali. Cap. 2.	80. 1.
De notificatione generum siue specierum aut differentiarum eius cum suis causis particularibus. Capitulum tertium.	80. 2.
De obseruandis à medico ut pulsuum debitam agnitionem consequatur. Cap. 4.	84. 3.
De rebus naturalibus pulsuum mutantibus, continens rubri. 5. Cap. 5.	85. 1.
De pulsu complexionum. rub. 1.	85. 1.
De pulsu habitudinis. rub. 2.	85. 2.
De pulsu ætatum. rub. 3.	85. 3.

De

INDEX

De pulsu sexus. Rub. 4.	85.3
De pulsu pręgnantium. Rub. 5.	85.4
De rebus non naturalibus pulsum mutantibus, continēs rubricas decem. Cap. 6.	85.4
De pulsu ueris. Rubrica prima.	85.4
De pulsu æstatis. Rub. 2. 86.1. De pulsu hyemis. Ru. 3. 86.2	86.2
De pulsu autumn. Rub. 4.	86.2
De pulsu regionum. Rub. 5.	86.3
De pulsu ex cibo & potu proueniente. Rub. 6.	86.3
De pulsu ex somno & uigilia proueniente. Rub. 7.	87.2
De pulsu ex motu & quiete, & ex balneo proueniente Rubrica. 8.	87.4
De pulsu ex inanitione & repletione & coitu proueniente. Rub. 9.	88.1
De pulsu ex accidentibus animę proueniente. Rub. 10.	88.2
De pulsibus ex rebus præternaturam prouenientibus rubricę. 36. Cap. 7.	88.2
De pulsu malę complexionis, malę compositionis, & solutę continuitatis in uniuersali. Rub. 1.	88.2
De pulsu feb. putridarum in generali. Rub. 2.	88.3
De pulsu feb. ephemerarum in uniuersali. Rub. 3.	89.1
De pulsu sanguinearum. Rub. 4.	89.2
De pulsu cholericarum. Rub. 5.	89.3
De pulsu tertianę purę. Rub. 6.	89.4
De pulsu tertianę non purę. Rub. 7.	89.4
De pulsu tertianę ex ingrossatione cholera factę per aduersionem. Rub. 8.	90.1
De pulsu tertianę de cholera pręsina. Rub. 9.	90.1
De pulsu tertianę ex admixtione cholera, mixtione nõ unica. Rub. 10.	90.1
De pulsu tertianę nothę à cholera citrina procedente. Rub. 11.	90.1
De pulsu tertianę nothę, quia à cholera uitellina proueniente. Rub. 12.	90.1
De pulsu tertianę continuę. Rub. 13.	90.1
De pulsu caufonidis. Rub. 14.	90.1
De pulsu feb. phlegmaticarum in generali. Rub. 15.	90.2
De pulsu feb. phlegmaticę a phate naturali. Rub. 16.	90.3
De pulsu phlegmaticę, de phlegmate falso. Rub. 17.	90.3
De pulsu phlegmaticę, de phlegmate uitreo & acetoso. Rubrica. 18.	90.3
De pulsu phlegmaticę, continuę, & laticę. Rub. 19.	90
De pulsu empyalę. Rub. 20.	90.4
De pulsu liparię. Rub. 21.	90.4
De pulsu syncopalis humorosę. Rub. 22.	90.4
De pulsu syncopalis minutę. Rub. 23.	90.4
De pulsu quartanę purę. Rub. 24.	91.1
De pulsu quartanę notę phlegmaticę. Rub. 25.	91.2
De pulsu quartanę notę ex aduersione sanguinis. Rubrica. 26.	91.2
De pulsu quartanę notę ex aduersione cholera. Ru. 27.	91.2
De pulsu quartanę notę ex aduersione melancholię naturalis. Rub. 28.	91.2.
De pulsu erraticarum. Rub. 29.	91.2
De pulsu hecticarum. Rub. 30.	91.2
De pulsu hecticę senectutis. Rub. 31.	91.3
De pulsu feb. pestilentialis. Rub. 32.	91.3
De pulsu feb. apostematum. Rub. 33.	91.4
De pulsu feb. compositarum. Rub. 34.	91.4
De pulsu hemitritę ueri, & non ueri. Rub. 35.	91.4
De pulsu in particularibus morbis cõtinenti. Ru. 36.	91.5
De significationibus & prognosticis à pulsu sumptis. Capitulum. 8.	92.4

DE VRINIS.

D E descriptione urinę & conditionibus in eius uisu obseruandis. Cap. 1.	93.3
De coloribus urinę, continens rubricas. 16. Capitulum. 2.	94.4.
De color. urinę in uniuersali & de causis & numero eorũ. Rub. 1.	94.4
De colore albo urinę. Rub. 2.	95.2
De colore nigro urinę. Rub. 3.	96.2
De colore uiridi & liuido urinę. Rub. 4.	96.3.
De colore citrino urinę. Rub. 5.	96.1.

De colore rubeo urinę. Rub. 6.	97.3
De coloribus urinę etatum. Rub. 7.	98.1
De coloribus urinę complexionum. Rub. 8.	98.2
De urinis mulierum non pręgnantium. Rub. 9.	98.2
De urinis pręgnantium. Rub. 10.	98.3
De urinis uirorum. Rub. 11.	99.1
De differentia inter urinam homines & urinam aliorum animalium. Rub. 12.	99.1
De colo. urinę in omni specie phlegmatis apparentibus. Rub. 13.	99.2
De colo. urinę in omni specie cholera apparentib. ru. 14.	99.2.
De coloribus urinę in omni specie melancholię apparentibus. Rub. 15.	99.3
De colo. urinę in sanguine apparentibus. Rub. 16.	99.3
De substantia urinę. Cap. 3.	99.3
De quantitate urinę. Cap. 4.	100.4
De contentis urinę, continens rubricas. 18. Cap. 5.	101.1
De odore & sapore urinę. Rub. 1.	101.1
De circulo urinę. Rub. 2.	101.2
De ampulla urinę. Rub. 3.	101.3
De granis urinę. Rub. 4.	101.4
De nebula urinę. Rub. 5.	101.4
De spuma urinę. Rub. 6.	101.4
De pure urinę. Rub. 7.	102.1
De pinguedine urinę. Rub. 8.	102.1
De pilo urinę. Rub. 9.	102.1
De sanguine urinę. Rub. 10.	102.1
De arena urinę. Rub. 11.	102.1
De chymo urinę. Rub. 12.	102.2
De fursure chrinoide & squamis urinę. Rub. 13.	102.3
De atomis urinę. Rub. 14.	102.4
De spermaticis filis urinę. Rub. 15.	102.4
De materia cineritia in urina. Rub. 16.	102.4
De uapore siue fumo in urina apparente. Rub. 17.	102.4
De hypostasi urinę. Rub. 18.	103.1

Dubitationes de Vrinis.

Vtrum urina sit superfluitas aquosa. Dub. 1.	104.2
Vtrum urina sit nuncius fallax. dub. 2.	104.3
Vtrũ qualitates actiue det primo colorę urinę. du. 3.	104.4
Vtrum color uiridis causetur à frigido. dub. 4.	104.4
Vtrum substantia urinę detur à qualitatibus actiuis. dubitatio. 5.	104.4
Vtrum diuisiones ex parte substatię debeant esse & sint quot ex parte coloris. du. 6.	105.1
Vtrum urina tenuis possit ingrossari. du. 7.	105.1
Vtrum color prius detur quàm eius substantia. du. 8.	105.1
Vtrum hypostasis decidatur à tertia digestionem. du. 9.	105.2
Vtrum hypostasis decidatur à materia morbi.	105.3
Vtrum hypostasis debeat esse albi coloris	ibid.
Vtrum hypostasis debeat stare in fundo.	ibid.
Vtrũ hypostasis debeat esse figurę pyramidalis. du. 13.	ibid.
Vtrum hypostasis debeat esse secundum colorem urinę. ibi.	ibid.
Vtrum hypost. rubea sit melior subrubea.	ibid.
Vtrum contenta crinoidalia possint à carne decidi.	105.4
Vtrum contenta crinoid. sint peiora fursuribus.	ibid.
Vtrum hypostasis inæqualis, & non tincta debito colore sit bona.	ibid.
Vtrum incontinuitas hypo. sit melior continuitate.	ibid.
Vtrũ talis sit proportio significationis hypo. supra materiã in tota dispersã qualis est puris supra materiã apatis. ibid.	ibid.

DE GESTIONIBVS.

Q UID sit egestio naturalis. Cap. 1.	106.1
De egestiõẽ nõ naturali siue præternaturã dictã cũ suis signis demonstratiuis, & prognosticis continens Rub. 11. Cap. 2.	106.4
De egestione non naturali quid sit Rub. 1	106.4
De signis demonstratiuis & prognosticis à forma, & substantia sumptis. Rub. 2.	108.1
De signis demonstratiuis & prognosticis à quantitate sumptis. Rub. 3.	108.3
De signis domonstratiuis, & prognosticis à colore sumptis & citrino & uiridi. Rub. 4.	108.3.

I N D E X

De signis demonstratiuis, & prognosticis à colore albo sumptis. Rub. 5.	108.4.
De signis demonstratiuis, & prognosticis à colore sumptis. Rub. 6.	109.1.
De signis demonstratiuis, & prognosticis à colore rubeo sumptis. Rub. 7.	109.3.
De signis demonstratiuis, & prognosticis à colore crugino fo uirulento & sanioso sumptis. Rub. 8.	109.3.
De signis demonstratiuis & prognosticis a coloribus cōpositis creteo scilicet & terreo sumptis. Rub. 9.	109.3.
De signis demonstratiuis foetoris, odoris, & exitus eorum. Rub. 10.	109.4.
De signis demonstratiuis connexorum, ut sunt uentofitas spuma & huiusmodi. Rub. 11.	109.4.
Dubia de Egestionibus.	
Vtrum egestio unctiosa, siue pinguis significet dissolutionē membrorum solidorum. dub. 1.	110.1.
Vtrum magna sit egestionum quātitas ex cibo plurimæ quātitatis assumpto. dub. 2.	110.1.
Vtrum egestio foetida mortem significet. dub. 3.	110.1.
Vtrum egestiones nigræ, qualis sanguis, uenientes sponte, & cum feb. & sine sint pessimæ, dub. 4.	110.2.
Vtrum fel nigrum sic in principio deorsum exiens semper sit malum. dub. 5.	110.3.
Vtrum egestio nigra in principio dysenteriae apparens sit mortalis. dub. 6.	110.3.
Vtrum uarietas coloris in egestione apparens sit laudabilis. dub. 7.	ibid.
Vtrum uentofitas à calido fiat uel à frigido. dub. 8.	111.1.
Vtrum spumosa egestiones significant defluxum phlegmatis à capite. dub. 9.	111.2.

D E V E R M I B V S.

DE diffinitione uermis eiusq; speciebus. Ca. 1.	111.3.
De causis intrinsecis & remotis uermiu. C. 2.	112.1.
De præseruatione corporu à uermib. Cap. 3.	111.3.
De signis & cura uermium. Cap. 4.	113.2.
De prognosticis à uermibus sumptis. Cap. 5.	116.1.

D E B A L N E I S L I B E R P R I M V S.

DE esse balnei & de balneo aquæ frigidæ simplicis. Cap. 1.	117.1.
De balneo calido aquæ simplicis. Cap. 2.	118.2.
De balneo uini simplicis. Cap. 3.	120.1.
De balneo oleagineo. Cap. 4.	120.2.
De balneo lacteo. Cap. 5.	120.2.
De balneo aereo humido. Cap. 6.	120.3.
De balneo aereo sicco. Cap. 7.	121.1.
De balneo sicco igneo. Cap. 8.	121.4.

L I B E R S E C V N D V S.

DE inuestigatione causarum caliditatis thermarum naturalium. Cap. 1.	121.4.
De proprietatib. simpliciu, cōtinēs Ru. 9. C. 2.	122.4.
De proprietatibus sulfuris. Rub. 1.	122.4.
De propr. aluminis. Rub. 2.	123.2.
De propr. salis. Rub. 3. 123.4. De propr. nitri. Rub. 4.	124.2.
De propr. cineris. R. 5. 124.3. De propr. calcis. Ru. 6. 124.4.	124.4.
De propr. gypsi. rub. 7. 125.1. De propr. ferri. rub. 8.	125.1.
De propr. æris. rub. 9.	125.3.
De naturis & proprietatibus balneorum naturalium continens rubricas 24. Cap. 3.	125.4.
De balneis ebani. rub. 1.	125.4.
De balneis sancti Petri. rub. 2.	126.4.
De balneis domus nouæ. rub. 3.	ibid.
De balneis montis grotti. rub. 4.	ibid.
De balneis S. Bartholomæi. rub. 5.	128.1.
De balneis S. Helenæ. rub. 6.	128.2.
De balneis Orthoni montis. rub. 7.	128.3.
De balneis de la porretta. rub. 8.	128.3.
De balneis romandiolæ. rub. 9.	129.2.
De balneis ciuitatis Lucanæ. rub. 10.	129.3.
De balneis Pifarum. rub. 11.	129.4.
De balneis Vulterræ. rub. 12.	130.1.

De balneis Senarum. rub. 13.	130.1.
De balneis Viterbii. rub. 14.	130.4.
De balneis Aesculi. rub. 15.	131.3.
De balneis Urbis ueteris. rub. 16.	ibid.
De balneis Perusii. rub. 17.	131.4.
De balneis montis Catini. rub. 18.	ibid.
De balneis in Terra Laboris Napolitanis de Agnano dictis. rub. 19.	132.1.
De balneis ciuitatis Aquensis. rub. 20.	132.2.
De balneis Siciliae. rub. 21.	132.2.
De balneis de Aquario. rub. 22.	132.3.
De balneis Carpensibus. rub. 23.	132.4.
De balneis aquæ maris. rub. 24.	133.3.
De balneis artificialibus compositis. Cap. 4.	133.4.
De signis prognosticis ad sciendum si anno futuro salubria aut morbosa erunt balnea, & ex consequenti si ad ea transeundum sit. Cap. 5.	134.2.
De obseruādo cultu ab his qui se balneare uolunt, continens rubricas tres. Cap. 6.	135.3.
De canonibus omnibus balneis cōuenientibus. ru. 1.	135.3.
De modo subueniendi accidentibus ex balneis euenire cōsuetis. rub. 2.	137.2.
De canonibus balneorum de la porretta. rub. 3.	157.3.
De modo inuestigandi mineras balneorum naturalium. Cap. 7.	138.2.

R E R V M O M N I V M S C I T V D I G N A R V M, Q V A E I N V N I V E R - S O H O C O P E R E C O N T I N E N T V R.

I N D E X.

*Cuius prior numerus paginam indicat,
secundus columnam.*

A



Ccedētium febris quædam sunt essentia lia, quædam extrinseca	4.2.
Aer duobus modis causa putredinis esse potest.	13.
Aer de mente Aristo. dupliciter mutari contingit.	27.3.
Aeris corrupti radix & causa.	28.1.
Aer quis deterior, calidus, an frigidus, & sic alia qualitates simplices.	28.1.
Aere infecto, an aliquis stare possit, & per ipsum ambuiare, ut mercatores, artifices, & huiusmodi.	34.4.
Animales dispositiones quot numero sint.	10.4.
Annus quando mortalitatem adducit.	28.1.
Annus propter quid mortiferus sit, quando motus ranarū paruarum ramoidarum fiat.	29.3.
Apostema matricis quando feb. fortem capitis dolorem, & alia accidentia faciat.	79.2.
Aquæ frigidæ potu prohibitionis quot causæ existant.	15.3.
Aquæ potu senes, decrepiti, debiles, & huiusmodi exules sint.	16.1.
Aqua hordei cum datur alterandi gratia, & non cibandi, cum syrupo acetoso commisceri potest.	16.2.
Aqua balnei de la porretta cum sulphure non parum participet & est ex alumine styptica reddatur, quamobrem tã diuretica, tanq; solutiua sit, de bal. de la porretta	128.3.
Argumentum non ualet, est pulsus bonus, & urina bona, ergo ephemera.	11.1.
Astra disponunt hominem ad aliquid sic faciendum, quod non ad aliud.	29.2.

B

BALNEI ante introitum conditiones, quæ attendendæ, sint.	11.3.
Balnei minera s̄m philosophū, quomodo cognoscat.	126.1.
Balneum an aliquo tempore ingrediturum sit.	134.2.
Balnea an omni anno bisextili inutilia sint.	134.4.
Balnea de la porretta nunquid in anno bisextili, ut in aliis omnibus æque fructuosa uideantur.	135.1.
Bal. ingrediētib. an i meridiæ aliqd comedere liceat	135.3.

Balneum

INDEX.

Balneum ingredientibus an pilulis uti possint 136.1.
 Balneum ingredientibus an somnus conueniat 136.2.
 Balneum ingredientibus an aquę frigidę potus conuenire hab eat. 136.3.
 Bolus Armenus an semper in peste conueniat. 34.2

C

Cibus accidentibus uirtutem prosternentibus illico dandus est. 4.4
 Cibi cōuenientiores febricitātibus sunt cibi humidi. 4.3
 Citrinus color qui. 97.1
 Coitus ex dimissione nonnunquā subita mors euenit, & quonam pacto coitu utendum sit. 33.1
 Cholera sicut per alterius humoris admixtionem non naturalis efficitur, ita & eius solutiuum utrunque humorē amplecti debet 9.4
 Colorum differentię quę. 94.4.
 Colores principales qui. 95.1.
 Consuetudo est altera natura. 3.4
 Corpus primo & magis febrī pręparatum. 1.2

D

DIÆTA quotuplex sit, de cano. dię. 3.3.
 Dięta in antiquis codicibus scripta quare nō seruetur. 5.3
 Dięta quo pacto consideretur. 5.1.
 Dięta grossa quę. 5.2
 Diętę distantia quę. 5.2
 Dięta antiquorum quo pacto deuiandum sit. 5.3.
 Digestioni contrarium duplex est. 2.4
 Digestionis bonę ex causis est debita cibi cum potu permixtio. 4.3
 Digestionis bonę signum quod sit. 4.3.
 Digestiua quo pacto esse & dari debeant. 7.4
 Digestiuorum loco quę fieri debeant. 9.2

E

Egestio fœtida utrum mortem significet. 110.1
 Egestio nigra utrum sit pessima cum febre uel sine. 110.2
 Egestio nigra in principio dysenterię apparens utrum sit mortalis. 110.3
 Egestionis colorum uarietas utrum laudabilis sit. 110.3
 Euacuationem si contingat in principio fieri non posse, in caufonide, in augmento fieri non debet. 50.2.

F

FEBRIS acuta absolutaque. 20.4
 Febris quotuplex sit. 1.3
 Febrē curare est impossibile, nisi prius cognoscatur. 1.4.
 Febris phlegmatica cęteris paribus longior est quā cholericā simplex, & quę harum media sit. 2.2
 Febris ad longitudinem quę faciunt. 3.1.
 Febris interpolata quę sit. 13.3
 Febris inclusa quę. 13.4
 Febrīum continuarum differentia. 13.4
 Febris cronica quę. 20.3
 Febrībus in putridis an cordi epithemata, sacculi, & huiusmodi competant, & maxime ā principio. 22.3
 Febris pestilentialis epitheta. 26.4.
 Febris si in aliquo reperietur, qui ex comestione ueneni febriens foret, cum eo conuersari tutum non esset. 27.2
 Febris quare non cessabit, si illud quod resoluitur, est plus quā illud quod eleuatur. 43.2
 Febris tertiana de cholera citrina dicitur, quando cholera per phlegmatis aquosi admixtionem nota est. 54.2
 Febris tertiana an ex duabus speciebus generari possit. 45.2
 Febris tertiana an ex naturali cholera non putrescente causari possit. ibid.
 Febris syncopalis materiam, quare Auicenna cum phlegmaticis tractauerit, etiam si ex phlegmate non fiat. 61.4
 Febris sanguinis nanquid cum aliis complicetur. 40.3
 Febrīum compositio quomodo intelligatur. 73.4
 Febrīum continuarum complicatio, an possit sit. 73.4
 Feb. putridę cum putrida complicatio quomodo fiat. 73.4
 Feb. tertianę accessions in die aliud digestiuū esse debet, & aliud in die phlegmaticę. 76.3
 Febrīum putridarum quod primum signum. 88.3
 Ferrum quo pacto rubigine carere debeat. 125.1

G

GALENVS quare in phlebotomia audacior Auic. fuerit. 42.1
 Gingiuarum ad inflationes remedium. 123.2
 Grosities materię ex egritudinis permanētia arguitur. 2.2

H

HECTICÆ sunt magis apta corpora maiora extenuata, cholericā, facile resolubilia. 69.3.
 Hecticę febris caliditas an maior sit quā putridę. 69.4
 Hecticę calor quo pacto aliarum terminus existat. 73.2
 Humor quilibet magis motum habet in una hora, quā in alia. 3.3
 Humor quoniam compositus est, composita adinuicem cōponi possunt. 9.1
 Humor oppilationem faciens si sanguis fuerit, quid agendum. 12.3.
 Humores omnes cur in ebullitiōe nō ponunt, & cur nō prius cholera, cum magis apta existat. 13.1.
 Humor acetosus, licet ex se factius appetitus existat, aliquando tamen propter longā eius morā in stomacho sua frigiditate eum corrumpit, ac deicit. 26.1
 Humores omnes an cum sua simplici qualitate, & maxime cholera humorem causare possint. 40.4
 Humor unus uere an fiat, si ex phlegmate adueniente cholera, ex cuius aduentu uitellina causetur. 47.1
 Humor quis maiorem concussionem faciat, siue tremorē, siue rigorem. 63.4
 Humor niger ab egestione nigra tripliciter differt. 109.1
 Humiditates alię ab humoribus an febrem facere possint. 13.3

I

INFERIORA quare ā superioribus infirmentur, cum ab ipsis conseruari debeant. 29.1
 Ignis minera cur non extinguitur, cum euentationem nō habeat. 122.3
 Iuncturarum in passionibus an plus balneum sulphureum quā aliud conferre habeant. 127.4.

L

LAMBICATIONE omnium mineralium minerę, & etiā mediorum, ea quę sulphuris excepta, comprehenduntur aperte. 128.4
 Lenitiua quę sint & dicantur. 133.4

M

MALITIA omnis non suo contrario medicatur. 122.2
 Massa sanguinea, tam in concauo, quā in gibbo hepatis generatur. 93.3.
 Medicina solutiua fere nulla est; quę unum tantum humorem euacuet. 9.3
 Medicinę educentes cholera citrinā, quę etiam uitellinā non educant, sunt rarę. Item rarę sunt, quę educunt cholera, quę etiam non educant phlegma. 10.2
 Medicina benedicta duobus modis dicitur. 37.2
 Medicina in omni est multū laudabile expertos sequi. 37.2
 Medicus uerisimili cōiectura de se. specie iudicare pōt. 1.3
 Melancholia non naturalis est duplex. 61.1
 Membra quę communiter læduntur, sunt stomachus hepar, & splen. 65.4
 Morbus acutus qui. 21.4
 Mortalitas quo pacto in aliis animalibus ab homine cōtingit, & de draconibus Philippi tempore natis. 27.4

N

NON est periodus sanguini, sed motus continuus, cum est extraneus. 14.3

O

ODOR bonus & suauis, sicut spiritum uitalem, ac animalē confortat, ita malus destruit. 123.1
 Odorifera uni multa sunt, quę alteri fœrent. 30.1
 Opilationes quando non sunt plurimę & fortes, urina in principio erit alba & grossa, & alia multa de hoc. 52.3

P

PANIS est uiscosus, & ideo sarruraceus melior. 57.4
 Paroxyismi conditiones sunt septem ā quibus sumitur indicatio de febris longitudine & breuitate. 2.4
 Paroxysmorum inuasionis diuersitates quatuor causę esse dicuntur.